JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.

The Gift of
The Associates of
The John Carter Brown Library

[illegible]

METHODVS APODEMICA

IN EORVM GRATIAM, QVI cum fructu in quocunq; tandem uitæ genere peregrinari cupiunt,

A

THEOD. ZVINGERO BASILIENSE

typis delineata, & cùm alijs, tum quatuor præ ſertim ATHENARVM *uiuis exemplis illuſtrata.*

CVM INDICE.

BASILEÆ
EVSEBII EPISCOPII OPERA ATQVE IMPENSA
M D LXXVII.

CL. I. C.

IOAN. LINSMAIERO
VIENNENSI
CAROLI AVSTRIÆ
EXARCHI
CONSILIARIO PRVDENTISS.
FISCIQ. ADVOCATO
INTEGERR.

THEOD. ZVINGERVS
BASIL.

Methodum hancce
Apodemicam
IVVENILIS IMPETVS
MAGISTRAM
SENILIS CONSILII
MINISTRAM
AMICITIÆ FAVSTO CEPTÆ
OMINE MON.
DD.

2 f 4 B

IN

METHODVM APODEMICAM

AD

IO. LINSMARIVM I. C. FISCI AVSTRIACI ADVOCATVM

Theod. Zuingeri PRÆFATIO.

QVANDOQVIDEM *ex ÿs, quæ humanæ naturæ propriæ ſunt, functionibus, nulla Intelligendi munere præſtantior eſt: huic autem ſenſus non communi tantùm cum cæteris partibus miniſterio famulari, ſed peculiari inſuper ratione obſtetricari conſpicitur: in eam plerique homines abducũtur ſententiam, ut omnia ea, quæ promiſcuè ſub omniũ ſenſus cadunt, naturalis intelligentiæ lumine à quouis comprehendi & dÿudicari poſſe ſibÿpſis perſuadeant. Hanc ſanè ob cauſam de Iuſtis & Iniuſtis, de Salubribus & Inſalubribus apud Platonem paſſim, non modò docti, ſed & plebeÿ ſeſe aliquid dicere poſſe arbitrantur: cùm quorum ſtudium commune eſſe debet, eorundem quoq; conſilium & iudiciũ, tam plauſibili quàm pernicioſo errore, ad omnes ex æquo pertinere contendant. Idipſum cùm in alÿs quoq; (ſed utinam parcius ſaltem in rebus ad religionem ſpectantibus) pro ea quæ ſeculum noſtrum inuaſit nouitatis libidine experiamur, tum uerò in eo quo omnes paſſim iuueneſq; ſeneſq; aguntur peregrinandi ſtudio. Cuius deſiderium etſi per ſe ab hominis natura alienum non eſt, neq; exiles uel ad cognitionem ueri uel ad boni adeptionem occaſiones ſubminiſtrare poteſt: niſi tamen recta ratione inſtituatur, nõ modò infrugiferum, uerumetiã calamitoſum euadere, multi magno ſuo cum malo experiuntur. Qui à uipera ſunt icti, occulta qua-*

dam ſympathia nemini, niſi qui eodẽ mali genere aliquando ſit cõflicta-
tus, morbum ſuum detegere audent. Mihi uerò, cui in prima ſtatim
adoleſcentia ſtudiorum bene cœptum curſum inconſultè ſuſcepta peregri
natio interrupit, ut nulla cauſa eſt, priuatam hanc calamitatem publi-
cè deplorandi: ita uel meo exemplo ad ſaniora conſilia adoleſcentes reuo-
candi cohortandiq́; cauſa permagna eſt: ſed illa multò maxima, ut qui
periculoſi morbi hiſtoriam expertis indicare, & uel ad condolendum, uel
etiam ad ignoſcendum cordatos quoſq́; & nihil à ſe humani alienum eſſe
putantes adducere poſſum: eiuſdem remedia uel aliorum ſubmonitione,
uel noſtra etiam obſeruatione deprehenſa, in medium afferam, & epide-
mio huic ineptæ peregrinationis malo, quantum in me eſt, mederi coner.
Ad eã uerò rem cùm Theſeo ſit opus, te, LINSMARI ornatiſſ. ex mul-
tis unum delegi: ut quem hoc commentationum genere delectari audio,
eundem honeſtis de cauſis per SIMONEM Oſtermannum concilia-
tæ amicitiæ nomine, non modò iudicem, uerumetiam, ſi res ita ferret,
adſtitem & auxiliatorem mihi adſciſcerem. Verumenimuerò ne illotis
manibus argumentum à paucis tractatum aggredi uideamur, Pere-
grinandi ſtudium in uniuerſum ex fontibus Hippocrateis & Platoni-
cis deducamus, GVL. præſertim Aragoſij Galli, philoſophi Aſclepia-
dei, in Gallica iam olim, nunc etiam in aula Cæſarea ob accuratam me-
dendi rationem clariſſimi, priuatis colloquijs animati confirmatiq́;:
Methodum ſubinde Apodemicam, uetuſto Thymelicorum more, ſuo de-
lineatam exornatamq́; titulo, ſub tuo nomine in ſcenã producturi.

Ab uno ente primo, quo ad eſſentiã ſuã Potẽte, Sapiente, Bono; quo ad
accidentia, Infinito, Immoto, Aeterno, reliqua entia omnia, Homerica
quadã catena dependent. Et illa quidem reſpectu Eſſentiæ, quam à per-
enni illo fonte ſumpſere, & Poſſunt & Sciunt & Volunt ea ad quæ crea-
ta ſunt Agere Patiq́;: at reſpectu accidentiũ, Finita loco, Tẽpore circũſcri
pta, & quia ad ortus ſui principium redire debẽt, perpetuo Motui, qui in
Quietẽ tẽdit, ſubiecta exiſtũt. Inter hos rurſus ſecundorũ Entiũ gradus,
pro uaria perfectionis ratione, alij maiorũ, alij minorũ gentium eſſe, in
Corpora quinetiã & Spiritus uniuerſim diſtingui poſſe uidẽtur: ut illa
quidem (ſiquidem homo ex Protagoræ ſententia ἁπάντων μέτρον eſt)
ſenſu, hæc ſola intelligentia apprehendantur. Nam Cabaliſtarum illud,

Hominem

Hominem uniuerſi uinculum eſſe, propriè quidem de Meſsia benedicto, Dei ab æterno, Hominis in tempore filio, inter τὰ ἀγέννητα & γεννητὰ medio, & proinde omnium mediatore, pronunciatum: magno quinetiam illi Homini, omnia ſuo ambitu cōplectenti, cuius Caput Supra cœlos, Cor In cœlis, Manus ad Ortum & Occaſum, Ventrem in Elementis, Pedes in Centro terræ, hiſtorica ratione Triſmegiſtus cōſtituit, accommodatum: non minus de certo & definito etiam gradu Entium, inter τὰ νοητὰ & αἰσθητὰ medio, de Homine ſcilicet propriè nuncupato, intelligi poſſe atq; debere, tum ratio conuincit, tum auctoritas philoſophorum, ſed Ariſt. inprimis perſuadet, qui Propter hominem omnia quodammodo facta eſſe, aſſerere non dubitauit: multò maiora prolaturus, ſi huic ipſi non cœleſtia tantùm corpora, ſed & æternas intelligentias miniſtrare, quodq; humanum captum propè ſuperat, ſi Dei æterni æternum & conſubſtantialem filium, eiuſdem fratrem fieri, Reuelationis ſacroſanctæ radio illuſtratus agnouiſſet. Spiritus igitur ad diuinitatem propius accedentes (quos & quia intelligendo maximè ualent, & intelligendo tantùm percipiuntur, Intelligentias uocant) ſuperiorem uniuerſi circumferentiam occupant. Corpora uerò ad centrum propius, ſed certis & ipſa diſtincta gradibus & interuallis, accedunt, ſenſibus non uno modo expoſita & ſubiecta: Cœleſtia nimirum non ipſa per ſe, ſed motu & influxu ſuo: Inferiora autem per ſe, cùm puriſsimorum illorum impreſsiones & ſuſcipere & propter denſitatem retinere queant. Pro uaria iccirco ſeminum cœlitus in centrum uſq; tranſmiſſorum natura, ex primarum qualitatum perpetua actione, paſsione, miſtione, attemperatione, uarij corporum gradus conſurgūt, Lapides, Metalla, Stirpes, Animalia: inter quæ principatum homo obtinet, idemq; etiam inter caduca & æterna medius, diuinæ eſſentiæ Imago & Similitudo, per quem ceu Dei terrenum uicarium omnia ad Deum tum Agendo tum Contēplando redire debent. Cùm igitur Homo non influxum tantùm diuinum, ſed & ipſummet Deum recipere aptus ſit (id quod ſoli Chriſto Opt. Max. per naturam, cæteris per Spiritus gratiam contingit) & inferiorum quinetiam entium omnium gradus æquiualētia complectatur: reliqua autem omnia propter illum, ipſe propter Deum, qui ei coniungi uoluit, creatus ſit: præterea omnis motus ad certum finem deſtinetur: finis profectò uniuerſi is erit, ut AB VNO o-

omnia, AD VNVM tandem redeant omnia. Quod ipſum non ra-
tione circumferentiæ, non centri, ſed ipſius fiet medij Hominis: quando
homo, qui per Chriſtum Deo coniunctus eſt hypoſtaticè in hac uita, ei-
dem in altera uita per gratiam quoq; coniungetur, donec cognoſcat, ſicut
cognitus eſt. Quãdoquidem igitur in perpetuo motu ſunt omnia propter
hominem, homo propter Deum: motus autem propter finem certum in
quiete poſitum: quies uerò non niſi per eum & cum eo & in eo conſiſtere
poteſt, qui omnia mouens à nemine mouetur: ut reliquorum motus om-
nis in homine, ita hominis moti quies in Deo reponenda erit. Porrò cùm
eorum quæ ſimplicia ſunt motus quoq; unus ſit & ſimplex: Hominis pro-
fectò, omnia inſtar microcoſmi comprehendentis, motus erunt uarij, ſic
tamen ut alter in alterum tendat: quies itidem multiplex, ſed una om-
nium perfectiſſima. À ſuperioribus Animam ſumit homo immortalem:
ab inferioribus Corpus mortale. Vtriuſq; coniunctio, Hominem & ab
Intelligẽtijs, & ab inferioribus entibus, Animalibus ſcilicet, Animanti-
bus, & Inanimatis ſeparat. Cùm ergo & ea, quæ Intelligentiarum ſunt,
& quæ ſunt Inferiorum entium, homini certa lege inſint: iccirco dupli-
cem uitam ſortitus eſt, Mortalem alteram, alteram Immortalem Tem-
pore enim prior eſt Coniunctio animæ cum corpore, aliquando deſitura:
coniungitur in utero matris, in quo prius corpus naſcitur, quàm ani-
ma inſeratur: editur in terram morientium, & uitam uiuit mortalem.
Poſterior eſt Coniunctio corporis cum anima in æternum permanſura:
coniungitur in ſinu Abrahami patris, in quem prius anima quàm cor-
pus transfertur, editurq́; in terram uiuentium, uitam æternam uictu-
ra. Etſi autem uita quælibet totius hominis ἐνέργεια eſt, in priore tamen,
quam Terreſtrẽ uocant, Corporis potior eſt operatio, anima, quæ illi tan-
quã carceri affixa eſt, mouente & ducẽte. In poſteriore uerò, quæ Cœleſtis
dicitur, Animæ liberrima erit operatio, corpore non tã famulante quàm
comitante. Et de uita quidem cœleſti quæcunq; uel ſacrarum literarum
monumentis ſunt tradita, uel eruditis Theologorum commentationibus
expoſita, ab inſtituto ſcilicet noſtro remotiora, libens prætereo. At uitæ
terreſtris operationes, in qua corpori non tam imperat quàm inſeruit
anima, paulo altius repetendæ erunt, uti ex toto genere ſpeciem quam
uolumus euoluamus. Corporis igitur animati operationes in uniuerſum

alia

aliæ γνωστικαὶ, aliæ ὀρεκτικαὶ ſtatui poſſunt. Γνωστικαὶ *reſpectu eorum quæ cognoſcuntur duum ſunt generum: Exteriorum quidem* αἰσθητικαὶ *quinquepartitæ: Interiorum uerò* Λογιστικαὶ*; inter quas* Κτητικαὶ *duæ, Phantaſia quo ad* λῆψιν*, Memoria quo ad* φυλακήν*:* Χρηστικαὶ *totidem, altera abſq; diſcurſu* Νοῦς*, Intelligentia, altera cum diſcurſu,* Διάνοια*, Ratiocinatio.* Ὀρεκτικαὶ *pariter uariæ, quòd uarijs uſib. hominis natiua cupiditas inſeruire debeat: diſtingui tamen poſſe uidẽtur, quòd alia reperiatur in homine, communis illi cum entibus ratione præditis, Volũtas ſcilicet: alia cum entibus rationis expertibus, & ijs uel animalibus* Ζωτική*, uel animatis* Φυτική*.* Ζωτικὴ *in* Παθητικὴν *internam, & externam* Κινητικὴν *ſubdiuiditur.* Φυτικὴ *ſub ſe comprehendit Principes tres,* θρεπτικὴν*,* αὐξητικὴν*, &* γεννητικὴν *(quarum prioribus duabus indiuidui, poſteriori conſeruatio ſpeciei propoſita eſt) ſed & Famulantes quatuor, in Attractione, Retentione, Concoctione & Expulſione tam noxij & ſuperflui, quàm ſalubris & moderati, occupatas. Græcas uoces libenter retineo, non propter linguam ipſam (quid enim illa præ Latina eximiũ habet?) ſed quòd ipſo uſu emollitæ, locutuleiorũ aures minus uideantur offenſuræ. Tot igitur operationum humanarũ ſpecies eſſe uidentur, huiuſce uitæ propriæ: etſi harum ipſarum quædam in futura inſuper uita uel conſeruabũtur, uel certè perficientur;* γνωστικὴ *ſcilicet utraq;,* ὀρεκτικαὶ *itidem pleræque, exceptis ijs, quas* Φυτικὰς *appellauimus, quarum cùm nullus ſit uſus futurus amplius, ut non actu, potentia ſaltem, ad humanæ naturæ priſtinæ complementum, retinebuntur. Inter* ζωτικὰς *κινητικὴ non poſtremum locum obtinet, ſenſibus maximè conſpicua, quæ partes qualeſcunq; corporis mouet, & uerò quàm maximè quæ hominem totum de loco in locum transfert. Nam cùm in primo ortu terreno anima cœlitus corpori inſeratur, in ortu uerò cœleſti, qui ſecundus eſt, anima humi relicto corpore cœlum repetat: utrobique non corpus ipſum loco moueri, ſed hoſpitem cœleſtem uel admittere uel dimittere uidetur. Illa proinde* εἰσαγωγὴ*, hæc* ἐξαγωγὴ *dici poteſt, & partis tantùm nobiliſſimæ, non autem totius hominis motus localis. At quãdo in hac uita de loco in locum homo mouetur, & (ut cum D. Bernardo loquar) uaſculo terreo maximè fragili preciosiſſ. diuinæ naturæ ſimulacrum circumfert: tunc totus homo moueri dicitur motu Corporeo: cui in altera illa cœleſti motus reſpõdebit Spiritualis.*

tualis, quando corpus animæ denuò coniungetur, eiuſdemq́ agilitatem
citra repugnantiam imitabitur. Et Διαγωγὴ *quidem, hæc loci mutatio*
ab homine in locum alium uel propinquiorem uel remotiorem facta, ap-
pellari propriè queat: prior ſanè non magni momenti; poſterior uerò, pro-
pter laborem & ſumptum & pericula, iam inde ab omni antiquitate, nō
niſi magni animi uiris quocunq́ tandem conſilio familiaris. Quam
ipſam Latini à peragrando, hoc eſt, à patrijs agris in exteros fines com-
migrando, Peregrinationem; Græci reſpectu loci à quo fit motus, Ἀποδη-
μίαν *&* Ἐκδημίαν, *at reſpectu termini ad quem fit,* Ἐπιδημίαν *nuncupa-*
uere. Etſi enim homini totius uniuerſi domino nulla certa patria, nec
prædium, nec domicilium, neq́ uerò officina medica uel mechanica, quod
Ariſton dicere ſolebat, ex parentis naturæ inſtituto tribuatur: ſed inſtar
plantæ cuiuſdam cœleſtis capite tanquam radice cœlo infixus, pedibus ue
luti ramis hinc inde mobilis, ubique terrarum in patrio ſolo uerè recteq́
philoſophando κοσμοπολίτης *eſſe debeat: eidem tamen uel natiuæ uel ſal-*
tem aduentitiæ uitioſitatis merito non omnis fert omnia tellus, neque e-
tiam ſuis opibus ita contentus uiuere poteſt, quin alienis & ad uiuen-
dum & ad bene uiuendum neceſſarijs indigeat. Quas proinde manibus
adducere nequit, pedibus conſectetur oportet tum intelligendi tum agen
di commoditates, lociq́ permutatione ſoli patrij inopiæ medeatur. Tri-
tum eſt illud apud philoſophos, Nihil eſſe in intellectu, quin prius fuerit
in ſenſu. Iam cùm duo ſint rerum cognoſcendarum dijudicandarumq́
κριτήρια, *Senſus tempore, Ratio dignitate & certitudine prior: inter ſen*
ſus autem principatus debeatur Viſui & Auditui: & huius functio ἀ-
κρόασις *ſit, illius* αὐτοψία: *hæc uerò in peregrinationibus potiſſimùm elu-*
ceſcat: quantum profectò ipſa ad cognitionem ueritatis & poſſeſſionem
uirtutis conferet, tantundem quoq́ peregrinationes, quibus illa uel præ-
cipuè famulatur, utriq́ uitæ generi, tam practico quàm theorico, condu-
cturas eſſe, uel mediocriter erudito conſtare poterit.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quàm quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus, *inquit ille:*

magis quinetiam delectant ea, quorum teſtes oculati quàm auriti fui-
mus: quòd horum cognitio ex aliena fide & auctoritate pendere, illorum
uerò tanquam caſtrenſium bonorum poſſeſſio, noſtra, & quidem propria
eſſe

eſſe uideatur. Vt ergo è toto terrarum orbe precioſæ merces in celeberrima conuehuntur emporia, & ex ijſdem certatim euehũtur: ita omnigenæ ſapientiæ & uirtutis theſauri per totum uniuerſum diſſeminati, uel in unam Remp. (quod Plato in ſua fieri uolebat) uel in unam Academiam, uel etiam in unam Eccleſiam, peregrinantium ſtudio, conuectæ, inde rurſus tanquam ex equo Troiano peti poſſunt. ut hac ſanè ratione peregrinationes ad omne genus uitæ non exiguum habere momentum intelligantur. Præter id quòd ea quæ peregrinando & noua & uaria conſpiciuntur, inprimis delectare conſueuerunt, cùm, iuxta Tragici illud, μεταβολὴ ſit πάντων γλυκύ. Quòd ſi inſuper, uti Plato rectè pieq́; uoluit, omnia hæc inferiora ad ſuperioris illius omnium bonorum, pulcrorum, uerorum, fontis inexhauſti contemplationem ſunt referenda: quæ tam admiranda in terreſtri peregrinatione conſpicimus, in ſuis hæc ipſa ideis aliquando conſpiciendi deſiderio accendemur. Eſt namq́;, ut Axiochi uerbis utar, παρεπιδημία τίς ὁ βίος, καὶ δεῖ ἐπιεικῶς διαγαγόντας, εὐθύμως, μονονουχὶ παιανίζοντας, εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι: cognituri illic non modò nunquam perfectè cognita, ſed ne cogitata quidem: experturi uerò ea quæ hominis captum mortalis multis excellunt paraſangis. Et hæc quidem de FINE Peregrinationis dicta ſint, qui non niſi in Homine ſuam perfectionem conſequi poteſt, hoc ipſum cum cæteris animantibus commune habente, quòd Motui perpetuo ſubiectus eſt, nobiliore tamen conditione, melioreq́; ſucceſſu.

Quòd ſi nunc EVM, in quem peregrinatio cadit, tanquam Efficientem perpendamus: ut commune, ſic etiam diuerſum quid à reliquis omnibus in motu poſitis Homo obtinebit. Merces ex diuerſo orbe petitæ non tam peregrinantur, quàm peregrinis coacta hac loci mutatione communicantur. Ex auibus ciconiæ, hirundines, grues, annuas ſuas peregrinationes ſtatis temporibus obeunt. Idem in piſcibus uidere eſt, quorum alij ex Ponto hyemem, alij in Pontum æſtatem fugiunt: plerique per hyemem ex alto ad littora teporis gratia ueniunt. Quas diætarum mutationes Lucullus, Hortenſius, alijq́; piſcinarij apud Romanos arte imitari ſunt auſi. Vt taceam interim & locuſtarum & culicum uel certas, uel fortuitas etiam, ſub cœlo calidiore, incurſiones: quarũ fidem murium gliriumq́; in noſtris interdum regionib. expeditiones confirmant.

Cæterùm Appetitus hæc propria ſunt, id quod iucundum eſt conſectan-
tis, quod triſte eſt fugientis, Naturæ, non Rationis effecta. In Homine ue-
rò, quem politicum animal Numen finxit, neq; uni tantùm alicui certæ
ſocietati ſtudere, ſed totius mundi ciuem eſſe uoluit: cùm ſibi non ſoli ſit
natus, ſed & alijs; neq; à ſe ſolo omnia uitæ præſidia, ſed ab alijs quoq; per
uniuerſum orbem hinc inde diſperſis petere cogatur; ut in communican-
dis ſuis, & conſequendis alienis rectæ rationis adminiculis opus habet, i-
ta non minus in Peregrinatione, quæ utriuſque conatus ueluti inſtru-
mentum eſt, non modò puerorum & adoleſcentium, ſed adultorum quo-
que, rectè inſtituenda.

Huius autem inſtitutionis FORMA uti per ſe ad Logicam pertinet:
ita materiæ ſubiectæ, hoc eſt, eorum, quæ partim ratione inuenta, par-
tim auctoritate grauiſs. ſcriptorum ſparſim hinc inde collecta ſunt, theo-
rematum ſimul atque præceptorum ad peregrinationem conferentium
(quorum illa cognitioni, hæc etiam actioni inſeruiunt) reſpectu, non ad
certam aliquam philoſophiæ partem, ſed ad communia omnis philoſo-
phiæ principia, & quidem ad Efficientes inſtrumentales referenda erit:
quibus Efficiens princeps triplex, Natura ſcilicet excitari, Ars firmari,
Vſus animari queat. Hanc proinde, reſpectu utriuſque cauſæ internæ &
conſtituentis, METHODVM APODEMICAM non tam inſo-
lente, quàm rationi conſentaneo uocabulo appellare poſſumus: cùm pere-
grinatio non minus quàm cætera humana omnia Naturæ inprimis du-
ctu & præſidio, Artis ſubinde & Exercitationis ſubſidijs indigeat. Et
proinde, ſi quis ſemina naturæ artis cultura excitare, hoc eſt, præceptis
ampliare, uſu inſuper animare ſtudeat, in nouo fortaſſe, aut certè à per-
paucis (ſi HIERON. Turlerũ I.C. quem ego maiorem natu ante XX.
annos Patauij noueram, & Hilarium Pyrckmaierum excipias) deliba-
to argumento uerſans, non magis ob inſolẽtiam argumenti riſum, quàm
ob eiuſdem dignitatem & utilitatem applauſum mereri uideatur. Eius
primam cogitationem cùm mihi ante decẽnium clariſs. uir HVGO Blo
tius I.C. bibliothecæ Auguſtæ præfectus inieciſſet, tum uerò Io. Lucæ Iſelij
priuigni mei Gallicæ & Italicæ peregrinationes extruſiſſent, cùm cer-
tatim à ſtudioſis eam expeti uiderem, eodemq; tempore & Vienna Blo-
tius, & Auguſta SIMON Oſtermannus, eruditione & uſu rerum cor-
datiſſi-

datiſſimis quibuſque ætate noſtra Iureconſultis conferendus, pietate & ſanctitate ueteribus quoque anteferendus, tuo nomine, Linſmari conſultiſſime, eiuſdem à me exempla flagitarent: uti & petendi & tranſcribendi labore multos ſubleuarem, primos illos typos ſub incudem reuocare, pauloq́ diligētius expolire cœpi. non modò ut accuratioribus poſterorum cogitationibus & ſcriptionibus campum aperirem, uerumetiam ut in argumento omnibus, ſed præſertim literarum ſtudioſis tam notiſſimo quàm communiſſimo, methodiuè deducendo, methodi in quouis alio ſtudiorum genere & imitandæ & conſectandæ ſpecimen uiuum exhiberem. Traxit proinde ut lis litem, ſ[illegible]tio rationem, in eamq́ amplitudinem paucarum pagellarum protocolla excreuit, ut mole fortaſſis ſua peregrinanti oneroſa, ſtudioſo certè ad profectionem cum iudicio ſuſcipiendam, cum fructu perficiendam ſeſe adornanti, maximè lucroſa ſit futura. Neque enim præcepta peregrinandi tantùm coaceruauimus, ſed ea ex ſuis fontibus deducta, exemplis inſuper hiſtoricis exornare uoluimus, ut una eademq́ opera & prodeſſemus & delectaremus. Cuius quidem laboris noſtri Diſpoſitionem, more noſtro, breui tabella deſcribemus, ſi illud prius monuerimus, Ariſtotelis imitatione (qui in Politicorum libris diſputationem de Quæſtuaria in γνῶσιν ſiue Cognitionem naturæ τῆς χρηματιστικῆς, & in Πρᾶξιν ſiue Exercitationem eiuſdem diuiſit) nos quoque Methodum hancce Apodemicam non modò in γνῶσιν & πρᾶξιν, quarum utraque ad ἐνθύμησιν uniuerſalem referri debeat, partitos eſſe: uerumetiam particularium ἐγχείρησιν, uti uiuis exemplis præcepta Contemplationis & Actionis illuſtrarentur, ſuperpondij loco adieciſſe. Quod Typus ſequens demonſtrabit.

METHOdi proinde Apodemicæ

- Vniuerſalis Ἐνθύμησις uerſatur partim in
  - Γνώσει ſiue Cognitione Naturæ ipſius peregrinatiõis per Cauſarum & Accidentium Θεωρήματα. LIB. I. De Peregrinatiõe in
    - Genere quo ad
      - Eſſentiam, de Cauſis
        - Externis, nẽpe de
          - Fine. CAP. I.
          - Efficiente. CAP. II.
        - Internis, de
          - Forma. CAP. III.
          - Materia. CAP. IV.
      - Accidentia. CAP. V.
    - Specie, *quæ ſint illius Species tum Eſſentiales tum Accidentales.* CAP. VI.
  - Πράξει, hoc eſt, Actione, quam Νουθετήματα dirigere debẽt. LIB. II. Præcepta Peregrinationum alia
    - Generalia, *quibuſcunq; ſpeciebus conuenientia.* CAP. I.
    - Singularia, *Specierum ſingularũ propria: quorum*
      - *Enumeratio* CAP. II. *ponitur.*
      - Illuſtratio *ſeqq. capp. habetur.* Vide AA.
- Particularis Ἐγχείρησις in Exemplorũ obſeruatione conſiſtit. Exempla à peregrinante obſeruãtur per ἀνάγνωσιν, per αὐτοψίαν, per ἀκρόασιν: eademq; obſeruata plurimum lucis Præceptionibus afferre poſſunt. Periclitemur proinde in obſeruatione tum
  - Multiplici, *utputa unius alicuius Reip. uel Vrbis.* LIB. III. Vide BB.
  - Simpliciore, *licet minus operoſa, magis tamẽ exacta unius alicuius particularis.* LIB. IV. *Exempli loco ſit obſeruatio particularis*
    - Rei, *ut puta*
      - Loci, *puta Gymnaſij ueterum.* CAP. I.
      - Locati, *ut Statuæ Coleoniæ.* CAP. II.
    - Actionis, *nimirũ Typographicæ.* CAP. III.

AA, Præcepta

AA. Præcepta igitur quædam peculiaria habet peregrinationis Species deſumpta à

- Cauſis, utputà
  - Fine uel
    - Simplici, ſuſcepta ſcilicet cauſa
      - Linguarum, *Grammatica.* CAP. III.
      - Locorum, *Topica.* CAP. IV.
      - Morum, *Ethica.* CAP. V.
      - Rerum *uel uiſu uel auditu dignarum, Pragmatica.* CAP. VI.
      - Religionis, *Religioſa.* CAP. VII.
      - Militiæ, *Militaris.* CAP. IIX.
      - Artis *mechanicæ, Mechanica.* CAP. IX.
      - Sanitatis. CAP. X.
      - Opum. CAP. XI.
      - Amicitiæ. CAP. XII.
    - Multiplici. CAP. XIII.
  - Efficiente. *Præcepta Peregrinationis*
    - Doctorum *hominum ſeu Profeſſorum.* CAP. XIV.
    - Studioſorum *ſeu Diſcipulorum.* CAP. XV.
    - Theologorum. CAP. XVI.
    - Iuriſperitorum. CAP. XVII.
    - Medicorum. CAP. XIIX.
    - Militum. CAP. XIX.
    - Viatorum, *Tabellariorum,* Nunciorũ. CAP. XX.
    - Mercatorum. CAP. XXI.
    - Pædagogorum. CAP. XXII.
    - Puerorum *uel Adoleſcentum.* CAP. XXIII.
    - Regum *&* *Principum.* CAP. XXIV.
    - Legatorum. CAP. XXV.
    - Pauperum. CAP. XXVI.
    - Multorũ *ſimul, Συναποδημίας.* CAP. XXVII.
  - Forma. *Præcepta Peregrinationis*
    - Pedeſtris. CAP. XXIIX.
    - Equeſtris. CAP. XXIX.
    - Currulis. CAP. XXX.
    - Nauticæ. CAP. XXXI.
    - Glacialis. CAP. XXXII.
  - Materia. *Præcepta Peregrinationis ſecundùm Materiam conſideratæ.* CAP. XXXIII.
- Accidente, *puta à Tempore.* CAP. XXXIV.

BB. Athenarum quadruplicium obſeruationes perſequemur, nimirum

- BASILEAE primùm. Vide ſignum CC.
- LVTETIAE. Pariſiorum
  - Generalem, *totius Agri.* CAP. XII.
  - Particularem
    - Metropoleos in
      - Genere. CAP. XIII.
      - Specie,
        - Materialiter. CAP. XIV.
        - Formaliter. CAP. XV.
    - Agri *reliqui.* CAP. XVI.
- PATAVII. *Patauinorũ conſideratio*
  - Generalis. CAP. XVII.
  - Particularis
    - Metropoleos
      - Vniuerſim. CAP. XIIX.
      - Singil*latim, ſecundũ ſpecies*
        - Materiales. CAP. XIX.
        - For*males, quoad cõſtitutionem*
          - Eccleſiaſticã. CAP. XX.
          - Aca*demicam*
            - Generatim. CAP. XXI.
            - Speciatim. CAP. XXII.
          - Ciuilem. CAP. XXIII.
          - Oeconomicam. CAP. XXIV.
    - Agri *reliqui.* CAP. XXV.
- CECROPIAE *ſiue Athenarum*
  - Vniuerſim *primò, & agri* Attici *& metropoleos ratione.* CAP. XXVI.
  - Sin*gillatim quoad*
    - Me*tropolim in*
      - Genere. CAP. XXVII.
      - Specie,
        - Materialiter *quidem* CAP. XXIIX.
        - Formaliter, CAP. XXIX.
    - Agrum *reliquum.* CAP. XXX.

CC. BA-

- CC. BASILEAE *obſeruatio in*
  - *Genere.* CAP. I.
  - *Specie, quo ad*
    - Metropolim
      - Maio*rem*
        - Vniuerſim. CAP. II.
        - Singil*latim, conſideratam ſcilicet*
          - Materialiter. CAP. III.
          - Formali*ter, ſecundùm conſtitutionem*
            - Eccleſiaſticam. CAP. IV.
            - Scholaſticam. CAP. V.
            - Politicam. CAP. VI.
            - Oeconomicã. CAP. VII.
      - Mino*rem*
        - Vniuerſim. CAP. IIX.
        - Singillatim, *ſecundùm ſpecies*
          - Materiales. CAP. IX.
          - Formales. CAP. X.
    - Agrum *reliquum.* CAP. XI.

Hæc igitur Methodi Apodemicæ Librorum atq; Capitum ſeries eſt. Quam ſi qui uti ludicram & puerilem ridebunt, impunè id quidem licebit, dum illi uiciſſim depoſito riſu maiora & meliora aliquando præſtent, nobiſq; exilem hanc curam lucis methodicæ in Scholarum & Eccleſiarum, ipſarum quinetiam Rerumpub. plantaria inferendæ, bona cum pace relinquant, ne præclaro ſaltem bene merendi ſtudio interea excidamus, dum hiſce interludijs Hippocrateos labores non tam ſuſpendimus, quàm expendendo confirmamus & acuimus.

Erunt

Erunt alÿ fortaſſe, quos perpetua eiuſdem diſputationis ſeries offen-
det. At cogitent illi primùm, ad euitandum repetitionis faſtidium ue-
teres κρύψιν *methodicam excoluiſſe, ſed quæ pòſt nimio artificio inuolu-*
ta & ueluti ſuffocata, ex hominum oculis ſimul atq; mentibus propè eua
nuerit, ut præter exempla illuſtria grauiß. ſcriptorum, uix umbram præ
ceptorū tenuiß. retineamus. Deinde uerò & illud agnoſcant, in analyſi
uarietatem methodi ab auctoribus obſeruatam religioſè retinendam eſ-
ſe: in geneſi uerò, methodi uarietatem artificio, conſtantiam certitu-
dini eiuſdem atteſtari; præſertim cùm nil uetet, eadem ipſa, quæ unifor-
mi methodo didaſcaliæ cauſa ſemel ſunt tradita, aßidua ruminatione in
alios docendi modos ueluti transformare. Acribologiam ſi qui repre
hendent, aut etiam λεπτολογίαν *accuſabunt, non nobis ſed rei naturæ ac*
ceptā ferant. Capita certè obſeruationum ſingula recenſenda fuere, ut
licet coniunctim in ſingulis non reperiantur, ſed in alÿs alia, in omnibus
tamen omnia diuiſim cōſideratis ſubſiſtere deprehendantur. Aetatem ſa
nè hominis uel unius loci obſeruatio accurata requirat. Aulœdi ergo
ſint, qui citharœdi eſſe nequeunt, & quod Venuſinus inquit,

Non poſsis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen iccirco contemnas lippus inungi.

Ad propoſitam ideam Ciceroniani oratoris etſi nullus unquàm pertin-
get, attamen Polycletea hac ueluti regula poſita, quanto quis ad eam pro
pius accedet, tanto maiorem laudem merebitur: adeoq́; methodo inſtru-
ctus, ut in obſeruando occupatißimus, ita quoq; expeditißimus erit. In
alÿs alia uel obſeruanda, uel ſaltem accuratius obſeruata: ut in Baſilea
Diſpoſitio urbis, in Patauio Academiæ iura, Virorum item clarorum
& Familiarum illuſtrium catalogus: in Athenienſe Repub. ipſa Poli-
tiæ conſtitutio. ſcilicet quòd uel alia alibi magis excellant: uel certè alia
alÿs, ſæpe etiam ÿſdem diuerſa, pro loci & temporis & ſcopi diuerſita-
te, excellere uideantur. Minuta quædam interſperſimus, quæ ut pon-
dere ſuo parum ualeāt, at numero tamen ualebūt: atq; ut in præſentibus
parui ſint momenti, in illuſtrioribus tamen uel regionibus uel ciuitati-
bus illuſtriora fient. Vt enim paruorū corporum motus ſunt parui, par-
uæ quinetiam offenſiones: ita magnorum ediuerſo magna omnia, & pro
inde notatu digna: adeoq́; ÿdem qui in paruis uel ieiuni ſunt, uel inanes

Tituli, in magnis fœcũdi & locupletes euadent. Exempla multa hinc inde ad locos Typorum uacuos explendos inſerſimus, ut non neceſſaria, ſic neq; uel inutilia, uel ἀπροσδιόνυσα, ſiue hiſtoriæ uarietatem ſpectes, ſiue hoc ipſum quòd Tabularum ariditatem quodammodo lenire uidentur. In peregrinationum econtra ſpeciebus multa fortaſſe neceſſaria omiſimus, quòd ob ſingularis hiſtoriæ ignorantiam, uniuerſalia præcepta, quæ inde fuerant deducenda, analogiſmo tantùm delineare neceſſe habuerimus: quæ ipſa alij εὐσχήμονος ἱστορίης συνετοὶ (ut Hip. noſter loquitur) per otium deſcribere & excolere poterunt. Qua in re ſi quis fortaſſe audaciam noſtram incuſabit, ſciat idem, periclitari nos uel in Exotericis uoluiſſe, uti aliorum ſtudia uel prouocaremus, uel accenderemus: cùm in conſimili genere non tam

Turpe ſiet uinci, quàm contendiſſe decorum.

Ergo Iureconſulti, ſi quæ propria habent peregrinationum uel præcepta uel exempla, ſi quæ Theologi, inprimis uerò Philoſophi, ea inopiæ noſtræ ſupplendæ cauſa in medium proferant, & ſuis quoq; cogitationibus locum aliquem non in ſerijs tantùm, uerumetiam in ludicris hiſce relictũ eſſe lætentur.

Quòd ſi inſuper moroſus aliquis Neſtorianum illud urgeat,

ἱππεὺς ἱππεύειν ἐδάη, καὶ ἀοιδὸς ἀείδειν.
εἰ δέ τις ἱππεύειν ἐδαὼς ἐθέλησιν ἀείδειν,
ἀμφοτέρων ἥμαρτε καὶ ἱπποσυνῆς καὶ ἀοιδῆς.

eaq; propter mihi, in peregrinationibus nec lõginquis nec diuturnis, ſed, quod grauius eſt, inconſideratis uerſato, argumenti tam ampli tamq; uarij ſtadium non fuiſſe ingrediendum obijciat: ille idem uiciſſim tam ſeuerus cenſor neſciat fortaſſe humani intellectus perfectionem non in uno aliquo indiuiduo, ſed in tota tantùm ſpecie humana reperiri; ſi modò magno illi Auerroi, ſeu potius ei, cuius apud omnes maxima eſſe debet auctoritas, rationi rectæ credendum eſt. Alioqui quod Hip. noſter ait, πάσῃ εὐπορίᾳ ἀπορία ἔνεστιν, nec ulla ad ſupremum excellentiæ faſtigium uel uirtus uel eruditio pertingere unquam potuit: adeoq; ſi ſcientias & ignorantias humanas, ut ita loquar, inter ſe conferamus, ex Gnomologi ſententia ἴσως τοι πάντες ποικίλ' ἐπιστάμεθα.

Quantũ temerè ſuſcepta peregrinatio anno ætatis XV *ſtudijs meis*

incommodarit, qui officinæ typographicæ integro triennio Lugduni ad-
dictus, florentiſſ. ætatem non modò ſine fructu, uerumetiam cum inſigni
eorum quæ domi hauſeram rudimentorum iactura, contriuerim, non ſi-
ne dolore recordor. Sed hanc famem Pariſienſis copia per biennium non
tam extinxit, quàm dum ſine duce, ſine lege, in omne genus diſciplinarũ
illotis manibus irruo, ad alterum extremũ perduxit, ut ab ἀγνοίᾳ κατ'
ἀπόφασιν aliquantum liberatus, in ἑκτικὴν alteram multò periculoſio-
rem inciderem, & dum multa paucis, quàm pauca multùm diſcere labo-
ro, inexplebili ingluuie per linguæ Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ re-
gios campos uagatus, fucatæ philoſophiæ riuulos, limpidiſſ. Ariſtoteleis
fontibus propemodum cum execratione poſthabitis, &, quod magis ri-
deas, etiam Cabalæ arcana ſuperficietenus conſectatus, in centonibus di-
ſciplinarũ eruditionem omnem ſitam eſſe mihi perſuaderem. Hac ina-
ni ſpecie Encyclopædiæ tumidus, Italiam peto, & ut morbus morbum tra-
hit, praxi medicæ priùs, quàm theoria meipſum ingurgitans, uix tan-
dem BASSIANI Landi Placentini methodica docendi ratione publi-
cè inſtitutus, priuatis quinetiam adhortationibus cõmonefactus, inſanũ
Peripateticæ philoſophiæ odium deponere, & redintegrato ſtudiorũ cur-
riculo, ueluti à meta ad carceres redire cœpi. Ariſtotelis interea priua-
tim interpretandi, & per ſchematiſmos explicandi occaſione oblata, ne-
ceſſitateq́; impoſita, ſuperioris uitæ errores faciliùs agnoſcere quàm cor-
rigere & emendare licuit. Et hæc quidem in principe peregrinandi ſco-
po tot tamque enormia errata mihi κατ' αἶσαν ἢ παρ' αἶσαν contigê-
re. Minus principes alij ueluti per ſomnium tantùm obuerſabãtur, cùm
conatum inconditum ſucceſſus nõ diſpar cõſequeretur, & multæ illuſtres
obſeruandi occaſiones uel ignorantem laterent, uel negligentem auerſa-
rentur. Nam præter inſcriptiones ueteres & recentiores omnium tem-
plorum, ad quas ipſas BASILII Amerbachij I. C. ſtudiũ, quem fratris
loco, ſicuti debeo, ſemper colui, nos excitauerat, nihil aliud ex tota Pata-
uina hiſtoria, quantacunq; illa eſt, per totum ſexennium, quo parietibus
illis ſpongiæ inſtar adhæſi, colligere licuit. In moribus hominũ præter exo-
ticas illas ſalutandi, conuerſandi, ueſtiendi, comedendi rationes, nihil
quod ad Oeconomiam uel Politiam aliquando facere poſſet, obſeruatum.
In culpa fuit animus, qui uel ſecundùm Socratem extra ſe peregrinaba-
tur:

tur: uel etiam, iuxta Horatianū illud, ipſe ſe non deſerebat unquam. Nimius fortaſſe ſum in calamitate propria explicanda, neq; tamen præter inſtitutum; ut uel meo exemplo ſapere diſcant alij, neq; peregrinari tantùm (quod cum ciconijs & gruibus & hirundinibus cōmune habemus) ſed cum ratione potius, ſic uti cordatos decet adoleſcentes, peregrinari, in animum inducant.

Hæc ſunt, quæ in Methodum Apodemicam ad te, LINSMARI *amiciſs. præfari placuit: non modò ut in hoc cōmentandi genere, quo te cum primis delectari audio, præclaras tuas cogitationes acuerem: uerumetiam quòd tibi argumenti huius cognitionem & cenſuram inprimis conuenire iudicarem; cui, quantumuis patre opt. (qui poſt occupatam à Turcis Budam, quò ſeſe ex Auguſta Acilia honeſtæ negociationis ergô contulerat, cum ſocero, Ludouici regis Vngariæ cōſiliario, Viennam migrauit) in prima ſtatim pueritia orbatus eſſes, matris tamen primariæ fœminæ cura,* IOAN. *quinetiam Bapt. Pachelebij, Cæſarei Cancellarij, affinis ueſtri conſilio, domi foriſq; liberalem educationem feliciter obtigiſſe, & Germanicas quidem peregrinationes doctrinæ & experientiæ omnigenæ adiumenta & incrementa, Italicas earundem teſtimonia & ornamēta liberaliter contuliſſe, ex* OSTERMANNO *noſtro, teſte omni exceptione maiore, didiceram. Ea ſi uel doctis, uel ſaltem ſtudioſis hominibus probabuntur, eſt quod tibi & Oſtermanno* πολιτικοτάτῳ, *qui ad fœtum huncce immaturum relambendum ſtimulos ſubdidiſtis, gratias agam immortales. Sin minus, at certè uoluntatem meam tibi comprobauero, ſimulq; accuratioribus aliorū cogitationibus uel anſam dedero, uel uiam quoq; aperuero. Vale, uir ornatiſſime, & ſi quando per occaſionem licebit, magnificis* VVEITMOSERIS *ueteris notiq; ſodalis memoriam refricato. Baſileæ, Cal. Auguſti.*

M D LXXVII.

LECTORI.

CVM pagellæ aliquot uacuæ ſupereſſent, DAVIDIS Pſalmos quinq;, à peregrinantibus, dum eunt, commorantur, redeuntq́;, in honorem numinis decantandos, quòd pietate nullus eſſe poſsit comes uel expeditior uel ſecurior, ex G. Buchanani uerſione attexuimus. Subiunximus Horatianam epiſtolam, de peregrinationum delectu atq; fructu.

PSALMVS CXXXIX.

MOMENTA uitæ nulla te latent meæ,
Rector benigne cœlitum:
Seu ſedeo, ſiue ſurgo, ſeu quid cogito,
Tu cuncta præſens aſpicis.
Lux ſiue curam, ſeu quietem nox tulit,
Curam & quietem temperas:
Nec te minutæ uoculæ fugit ſonus,
Quam lingua temerè fuderit.
Et os & humeros, totiusq; corporis
Sic arte mira fabricam
Finxiſti, acumen nullum ut humani ingenij
Ratióue poſsit aſſequi.
Quónam ergo uultum fugero tuum? quibus
Clauſus latebris occular?
Petámne cœlum? præſto es hîc. Ad inferos
Demergar? illinc non abes.
Aurora curru me uolucri ut deferat
Ad Occidentis limitem,
Hîc deprehendes me, nec hîc tutus tuæ
Vitabo fulmen dexteræ.
Incauta mens ſi fortè ſecum cogitet,
Nox me tenebris occulet:
Obſcura tenebris noſtra nox luce eſt tibi
Meridiana clarior:
Tibi nec tenebræ ſunt tenebræ, nec tuæ
Nox ulla prouidentiæ eſt.
Arcana mentis tu tenes, qui pectoris
Arcana fabricatus es:
Qui me parentis uentre conditum, cutis
Tenello amictu inuolueras.
Compago mira corporis noſtri, tuæ
Miraculum eſt ſolertiæ.
Stupenda cuius opera nec noſtra aſſequi,
Sed nec negare mens poteſt.
Nam nulla noſtri tam minuta eſt corporis
Pars, ut tuam ſcientiam
Fugiat, nec ulla clauſtra pectoris latent
Te conditorem pectoris.
Maſſæ recentis rudia adhuc primordia,
Rudisq́; maſſæ ſemina,
Ceu ſcripta haberes, corporisq́; lineas,
Motum ſtatumq́; noueras.
Et mẽbra nondũ quũ forent, quid adderent
Dies ſciebas ſinguli.
Hæc mente tacita cogitanti mihi ſtupor
Torporq́; ſenſus alligat:
Animus labaſcit, quum tuæ miracula
Perpendo mecum dexteræ.
Citius inibo numerum, arenæ in littore
Quot uoluat æſtus corpora:
Quamuis ocellis peruigil nunquàm meis
Dulcem ſoporem indulſero.
O quando perdes impios rerum parens,
O quando ſanguinarios
A me repelles, qui ſceleſti nomini
Et numini illudunt tuo?

Te quiſ-

Te quiſquis odit, nunquid odi? non tuos
Odi profectò: nec tuis ex hoſtibus
Reuolue mentis intimos ſinus Deus,
Niſi hîc amorem uideris tui, niſi
Si par ſceleſtis ſcelere ſum, uitæ parem
Hoſtes habebam pro hoſtibus?
Amicus eſt quiſquam mihi.
Latebrasq; noſtri pectoris,
Animum obſequi non impigrum,
Da cum ſceleſtis exitum.

PSALMVS XCI.

SI protegendam præſidio Dei
Credas ſalutem, rem, ſobolem, domum,
Inſana cùm ſors intonabit,
Si Domini fugias ſub umbram,
Securus omnem fer uiolentiam
Sortisq; mortisq;, & tetricas minas
Contemne, ſecurus tumultum
Deſpicias creperi duelli.
E fraude cæca te Deus eximet,
Frangetq; caſſes inſidiantium:
Nec ſæuiens latè uenenum
Lethiferæ patiêre peſtis.
Expandet alas te ſuper, & ſuis
Pennis fouebit rebus in aſperis:
Certusq; promiſſæ ſalutis
Sub clypei latitabis umbra.
Noctis per atræ cæca ſilentia
Non expaueſces cæca pericula,
Non luce graſſantem timebis
Perniciem, nec aperta bella:
Interq; ſtrages mille cadauerum
Dextra, ſiniſtra mille cadauerum,
Periculorum exors propinquam
Incolumis fugies ruinam.
Pœnam luentes interea malos
Lætus uidebis, præſidio Dei
Securus armorum & tumultus,
Ceu ualidis tegerere muris.
Nec te nec ædes uis propius tuas,
Aut damna tangent. Nam Deus Angelos
Cuſtodiæ tuæ ſalutis
Præficiet, uigilesq; ad omnes
Motus, uiarum qui reſerent moras,
Qui per ſalebras te manibus ferant,
Ne ſaucietur pes recuſſus
Obijcibus ſcopulorum acutis.
Securus atras inter aſpides
Deges, ferarum & pignora tigridum:
Tutusq; calcabis dracones,
Et Lybicæ catulos leænæ.
Obſeruat, inquit, me, Deus, unicè, &
Honore nomen proſequitur meum:
Laborioſis hunc uiciſsim
Incolumem eripiam periclis.
Præſens uocanti ſubſidium feram,
Et imminenti rebus in aſperis
Fato eximam: exemptoq; honorum
Eximium decus arrogabo.
Faxo uirenti robore tranſigat
Seræ ſenectæ tempora ſuauiter:
Meosq; monſtrabo beare
Qua ſoleam ratione amicos.

PSALMVS CXXVII.

DVM procul à patria mœſti Babylonis in oris
Fluminis ad liquidas fortè ſedemus aquas,
Illa animum ſubijt ſpecies miſeranda Sionis,
Et nunquam patrij tecta uidenda ſoli.

Fleuimus,& gemitus luctantia uerba repreßit,
Inq; ſinus liquidæ decidit nubes aquæ.
Muta ſuper uirides pendebant nablia ramos,
Et ſalices tacitas ſuſtinuêre lyras.
Ecce,ferox dominus, Solymæ populator opimæ,
Exigit in medijs carmina læta malis:
Qui patriam exilio nobis mutauit acerbo,
Nos iubet ad patrios uerba referre modos,
Quale canebamus,ſteterat dum celſa Sionis
Regia,finitimis inuidioſa locis.
Siccine diuinos Babylon irrideat hymnos?
Audiat & ſanctos terra profana modos?
O Solymæ,ô adyta,& ſacri penetralia templi,
Vllâne uos animo deleat hora meo?
Comprecor,antè meæ capiant obliuia dextræ,
Nec memor argutæ ſit mea dextra lyræ:
Os mihi deſtituat uox,areſcente palato,
Hæreat ad fauces aſpera lingua meas:
Prima mihi ueſtræ niſi ſint præconia laudis,
Hinc niſi lætitiæ ſurgat origo meæ.
At tu(quæ noſtræ inſultauit læta rapinæ)
Gentis Idumeæ tu memor eſto,pater:
Diripite,ex imis euertite fundamentis,
Aequaq;(clamabant)reddite tecta ſolo.
Tu quoq; crudeles Babylon dabis impia pœnas,
Et rerum inſtabiles experiere uices.
Felix qui noſtris accedet cladibus ultor,
Reddet ad exemplum qui tibi damna tuum.
Felix qui tenero conſperget ſaxa cerebro,
Eripiens gremio pignora chara tuo.

PSALMVS CXIV.

QVVM domus Iſacidûm patrias remearet ad oras,
Barbaraq; inuiſæ linqueret arua Phari,
Ipſe Deus Iudam cœleſti numine tutum
Fecit:erat populi ſignifer ipſe ſui.
Vidit,& attonitas trepidum mare diffidit undas,
Iordanis refugas in caput egit aquas:

Læta

Læta per intonſos ſalierunt culmina montes,
Vt ſaturas geſtit dux gregis inter oues:
Lætaq; frondente[illegible]uere cacumina colles,
Agnus ut in pratis luxuriare ſolet.
Quid mare uidiſti,ſolito cur ceſſeris alueo?
Cur fugis in fontes fluminis unda tuos?
Cur ita concuſſo ſalijſtis uertice montes,
Vt ſatur exultat dux gregis inter oues?
Cur ita frondenti ſalijſtis uertice colles,
Agnus ut in pratis luxuriare ſolet?
Nempe Dei trepidum præſentia terruit orbem,
Cui cadit in Solymos uictima multa focos:
Qui lapidum uenas laticum laxauit in uſum,
Cui fluxit largo flumine dura ſilex.

PSALMVS CXXVI.

QVVM pater omnipotens captam remeare Sionem,
Dulcemq; iuſsit patriam reuiſere,
Attoniti ſtupuere animi,nec opinaq; ſecum
Metum librantes inter & ſpem gaudia:
Vixq; ſibi credunt.ueluti qui noctis opacæ,
Sopore pulſo,manè uerſat ſomnia.
Pro lacrymis redeunt riſus:ſua gaudia quiſq;
Sermone celebrat,patrium laudans Deum.
Nec minus attonito ſtetit ad miracula uultu,
Sic barbarorum turba ſecum muſsitans:
En pater ille Deûm quot ſigna oſtendit amoris,
Huius ſaluti gentis uſq; proſpicit,
Ergo alacres læto teſtamur gaudia plauſu.
At tu benigne fac parens ut cæteri
Iam redeant,pleniſq; uijs ſic agmen inundet,
Vt æſtuoſi quum flat Auſtri ſpiritus
Indignata ſuis cohiberi flumina ripis
Vaga per agros murmurant licentia.
Qui malè fœcundæ commiſit ſemina terræ,
Et corde triſtis multa uoluit anxio,
Si uenit uberior ſeges imbribus aucta benignis,
Exultat hilari cor metentis gaudio.

Nos quoq; longa fugæ poſt tædia, poſtq; labores,
Læti arua dulcis patriæ reuiſimus:
Te patrium canimusq; Deum, ſemperq; canemus,
Agimusq; memores atq; agemus gratias.

HORATII LIB. I. EPIST. XII.
AD BVLLATIVM.

QVID tibi uiſa Chios, Bullati, notaq; Lesbos?
Quid concinna Samos? quid Crœſi regia Sardis?
Smyrna quid, & Colophon? maiora, minorāne fama?
Cunctāne præ campo & Tyberino flumine ſordent?
An uenit in uotum Attalicis ex urbibus una?
An Lebedum laudas, odio maris atq; uiarum?
Scis Lebedus quàm ſit Gabijs deſertior atq;
Fidenis uicus: tamen illic uiuere uellem,
Oblitusq; meorum, obliuiſcendus & illis,
Neptunum procul è terra ſpectare furentem.
Sed neq; qui Capua Romam petit imbre, lutoq;
Aſperſus, uolet in caupona uiuere: nec qui
Frigus collegit, furnos & balnea laudat,
Vt fortunatam plenè præſtantia uitam:
Nec ſi te ualidus iactauerit Auſter in alto,
Idcirco nauem trans Aegæum mare uendas.
Incolumi Rhodos & Mytilene pulchra facit, quod
Penula ſolſtitio, campeſtre niualibus auris,
Per brumam Tyberis, Sextili menſe caminus.
Dum licet & uultum ſeruat fortuna benignum,
Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.
Tu quamcunq; Deus tibi fortunauerit horam,
Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum:
Vt quocunq; loco fueris, uixiſſe libenter
Te dicas. Nam ſi ratio & prudentia curas,
Non locus effuſi latè maris arbiter aufert,
Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.
Strennua nos exercet inertia: nauibus atq;
Quadrigis petimus benè uiuere. Quod petis, hic eſt,
Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus.

METHODI APODEMICAE LIB. I.

DE PEREGRINATIONUM Cauſis, Accidentibus, & Speciebus.

De FINE *Peregrinationum.* CAP. I.

CVM motus omnis, tam Volũtatis quàm Naturæ, ad certum finem dirigatur: Peregrinationis profectò, quæ motus corporei de loco in locũ ſpecies exiſtit, Finis ante omnia aſsignandus erit, ex quo & Cauſæ reliquæ & Species inſuper deducantur. Finis igitur in genere unicus eſt, ipſum ſcilicet Bonum, cuius fruitione quietem ſperat: in ſpecie uerò multiplex, ut motu locali, ſibi ſuisúe, quorum cauſa peregrinatur, uel id boni, quod non adeſt, comparet; quod adeſt, communicet, augeat & amplificet: uel id mali quod adeſt, abigat, minuatúe; quod non adeſt, arceat ab amicis, inimicis inferat. Plato XII. de Legibus ciuium beatæ ſuæ Reip. peregrinationẽ duplicem facit, πολεμικὴν, quæ iuuenibus publicè conuenit: & πολιτικὴν, non priuato, ſed publico tantum nomine ab ijs, qui L. annum exceſſerint, ſuſcipiendam, uel Pręconij, uel Legationis, uel Speculationis cauſa, ut aliorum moribus inſpectis, patrias leges domum reuerſi corrigant, augeant, amplificent, illuſtrent. Idem Peregrinorum (Hoſpitum ſcilicet, non Hoſtium) in eadem Rep. quatuor facit genera: quorum alij adueniunt cauſa priuata, tum quæſtus, ut Mercatores; tum cognitionis rerum

atq; perſonarum, θεωροὶ quidam hiſtorici: alij cauſa publica, uel agendi, ut Præcones, Legati; uel contemplandi, qui mores atq; leges cum ſuæ patriæ legibus cõferendas cognoſcere ſtudent, θεωροὶ quidam politici ſiue ethici. Semina ad ſuos fontes ſunt referenda: ne qui methodum profitemur, in ipſo limine uideamur impegiſſe, Specierum prius quàm Generis rationem habentes.

PEREGRINANTVR *ergo alij, propter illud, quod reuerà aut opinione ſaltē tale eſt, uel*

- Bonum, *tum*
  - Abſens, *ut illud comparent & acquirant, uel* Ratione, *uel* Senſu: *ſiue ſit*
    - Animi, *nempe uel* Veritas *Cognitionis, uel* Virtus *Actionis.* Vide ſignum I.
    - Corporis. *Sic peregrinantur cauſa*
      - Sanitatis *recuperandæ confirmandæue ij qui Aeſculapij* Epidaurenſis, *pòſt etiam* Romani *templa frequentabãt olim. Toto terrarum orbe peſtilentia laborante, circa tertiam uel* XXI. *Olymp.* Pythia *reſpondit, à pop.* Atheni*enſe uota omnium nomine facienda.* Itaq; *ab omnibus gentibus legati eò miſſi, ſed & ab* Hyperboreis *Abaris* Scytha, *magus inſignis.*
      - Roboris *comparãdi.*
      - Pulcritudinis *conſequendæ.*
    - Fortunæ. Vide ſignum II.
  - Præſens, *ut illud exerceant, confirment, oſtentent, communicent.* Vide ſignum III.
- Malum. Vide ſignum IIII.

- I. Sic *igitur* Acquiſitio *alia*
  - Theorica *& uniuerſalis Præceptorum pertinentium ad humanæ ſapientiæ*
    - Inſtrumẽta : *nempe ad cultum*
      - Orationis *uel*
        - Simplicis, *qui Grammaticæ proprius eſt*. Huc illi, *qui peregrinantur linguarum cauſa, uel præceptis uel uſu addiſcendarum.* Andreas *Alpagus* Bellunenſis *in* Syria *per* XXX. *annos linguam* Arabicam *didicit, & primus* Auicennæ *opera latino orbi communicauit.* Ioannes Scotus, *natione* Britannus, Athenas *profectus,* Græcas, Chaldaicas, Arabicasq; *literas didicit.* Reuerſus *in patriam, monachus factus, in* Oxonienſi *academia theologiam & philoſophiam tanto acumine docuit, ut noua ſecta* Scotiſtarum *condita,* Subtilis *doctoris cognomen meruerit.*
        - Ornatæ *tum*
          - Abſq; *metro, quem* Rhetorica *curat.* Vlyſſes Sirenum *inſulas accedere,* ἀλλὰ παρεξελάαν *iubetur.* Sic Cicero Aſiaticis *ſeſe* Rhetoribus *recoquendum dedit.*
          - Cũ *metro,* Poeticæ *ſubiectum.*
      - Rationis, *in iis quæ* Confuſa *ſunt diſtribuendis* Ordine, *quæ ignota ſunt demonſtrandis* Methodo. Vtrunq; *munus ad* Logicam *pertinet.*
    - Subiecta. *Vide ſignum* A.
  - Hiſtorica *& ſingularis* Exemplorum. *Vide* B.

A.
Subiecta *circa quæ occupãtur potiſsimum, uel cauſa*

- Cognitionis. *Vt qui peregrinantur cauſa ſcientiæ comparandæ*
  - Naturalis. *Sic Vlyſſes ad Aeolum non tam uentorum impetu eiectus, quàm eorundem cognoſcendorum deſiderio illectus, nauigaſſe perhibetur.*
  - Mathematicæ. *Sic Græci olim ad Chaldæos, ad Aegyptios: Hercules ad Atlantem, Vlyſſes ad Calypſo eiuſdem filiam.*
  - Diuinæ. *Sic in Alexandrinam olim ſcholam Chriſtiani, in Hieroſolymitanam Iudæi confluebant. Aſſaſini Aſiæ populi fortiſsimi religione Chriſtiana ſuſcepta, legatos Hieroſolymã miſere ad Patriarchã, in fide exactius inſtituendos. Qui cùm à Chriſtianis quibuſdã in itinere ſpoliati eſſent, barbaræ genti à pietate & baptiſmo deficiendi auctores fuere. Apollonius Tyaneus ex uniuerſo terrarum orbe, ex Aegypto, Babylonia, Arabia, India præſtigias magicas, quas dæmones Chriſti Opt. Max. miraculis opponerent, ſub Caio, Claudio, & Nerone, ad Neruam uſque hauſit.*
- Actionis *uel*
  - Practicæ *ſiue Ethicæ, tam Politicæ quàm Oeconomicæ: ut qui Morum uel præceptis uel exemplis conformandorum cauſa peregrinantur. Sic Spartam olim Græcos tanquàm reconditæ philoſophiæ gymnaſium inuiſere cõſueuiſſe, Plato teſtatur. Minos rex Androgeo F. Athenas ſtudiorum cauſa miſſo, & per inuidiam cæſo, ſubactis Athenienſibus, crudeli illo & memorabili puerorum & puellarum tributo annuo in Cretam ad Minotaurum mittendo parentauit.*
  - Mechanicæ. *Qui artis mechanicæ percipiendæ ergò cœlum mutant. Qua in re Germanorum iuuentus omnibus alijs gentibus antecelle re uidetur. Benedictus Biſcopius Britãnus monachus, quinquies Romam uenit, et inde uitriarios, pictores & architectos primus ſecum in patriã aduexit, obijt an. 703. ſeptuagenarius.*

B. Reſpectu

B.

Reſpectu *hiſtoricæ & ſingularis Exemplorũ perceptionis*, Pythagoras *uitam humanam ſimilẽ eſſe dicebat* Olympiorum *panegyri,ad quam alij emendi & uendendi, alij certandi, alij ſpectandi cauſa proficiſcerentur: quorum poſtremis philoſophos cõparabat.* D. *certè* Auguſtinus *tria uidere deſiderauit:* Chriſtũ *in carne,* Paulum *in cathedra,* Romam *in flore: &* Vlyſſem πολυμήτιν Homerus *uocauit,* ὅτι πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω. Exempla *porrò iſta uel ſunt ſingulares*

- Actiones & *Paßiones humanæ,atteſtantes aliorum bonis uel malis tum quo ad*
  - Animum. *Atteſtantur enim Habitui animi uel reſpectu*
    - Inſtrumentorum. *Sic peregrinantur quidam ad audiendum*
      - Rhetorem. *Vt qui* Demoſthenis & Aeſchinis *cauſa* Athenas *cõfluebant.*
      - Poetam. *Vt qui* Euripidẽ *dramata ſua in theatro exhibentem ſpectaturi,è* Græcia Athenas *ueniebant.*
    - Subiectorum. *Vide ſignum aa.*
  - Corpus. *Vide ſignum bb.*
  - Fortunas. *Vide ſignum cc.*
- Res,*hoc eſt,naturæ artisúe opera,quæ in tota peregrinatione occurrunt,tum quo ad* Terminos duos, A quo & Ad quem, *tum quo ad* Spacium, Per quod peregrinatur. *Harum autem rerum cùm ſit ingens uarietas, diuidi poſſe uidentur in* Loca & Locata. *De quibus ſub* Materia. *Sic* Diodorus *Siculus &* Ptolemæus & Strabo *totum penè terrarum orbem,*Herodotus Aegyptum, Pauſanias Græciam, Arrianus Pontum Euxinum *perluſtrarũt,ut non locorum tantùm, ſed & eorum,quæ in locis illis uel ſpectatu uel auditu digna eſſent,ueras hiſtorias cognoſcerent.*

ad.
Exempla *reſpe ctu Subiectorum ſuorum atteſtantur habitui animi quo ad*

- *Cognitione tum*

  - **Naturalem**, *quæq; huius ſoboles eſt Medicam. Sic Hippocrates hiſtorijs morborum è templo Aeſculapij, quod in Coo eſt, deſcriptis, multorum ſingularium obſeruatione methodum artis uniuerſalem conſtituit. Eodem conſilio chirurgum futurum caſtra ſequi iubet. Dioſcorides Anazarbeus botanologiæ cauſa militiam ſequitur. P. Aegineta uniuerſam Græciam peragrat.*

  - **Mathematicam.** *Chriſtophorus Columbus Genuenſis coſmographus in Hiſpaniam profectus, ut tabulas quaſdam maritimas ex Luſitanorum nauigationibus corrigeret, cum gubernatorem ſenem à longinqua peregrinatione, amiſſis in ipſo portu Maderæ ſocijs, reuerſum, humaniſſimè excepiſſet, orbis incogniti hiſtoriam ampliſſ. hæreditatis loco ab eo accepit, & Ferdinandi Aragonij auſpicijs ſtupendam illam ad Antipodas nauigationem feliciter inſtituit.*

  - **Diuinam.** *Carolus Magnus Papiã obſidens, Bernardo F. in caſtris relicto, inermis cum inerme comitatu Romam profectus eſt, & Auguſtus ſalutatus: ter poſtea diuerſis temporibus eandem urbem orationis & pœnitẽtiæ cauſa inuiſit. Sed quod illi ob inſigne meritum euerſi Longobardorũ regni licuit, ſequentib. Impp. non licuit, quos niſi armis aduenientes Romani & excluſerũt ſæpius, & receptos neſcio quàm piè, inhumaniſſimè certè tractarũt. Huc item qui Hieroſolymam, qui Compoſtellam, uel ſuo uel alieno nomine petunt, ad diuorum impetrandam pacem, ad ſpectanda Sanctorum corpora. Sic Athenienſes olim pompam ad Hyperboreos, theoros item ad oracula exquirenda mittebant.*

  - **Ethicam.** *Plutarchus hiſtoricus Spartam petit, ſcriptores Laconicos de rebus Spartanis conſulturus.*

  - **Mechanicam.** *Monachos duos à Seribus uſq; bombycum lanificium orbi Græco intuliſſe, hiſtoriæ tradunt.*

- **Actione**

  - **Practicam.** *Sic Olympiæ multi ad Herodotũ Muſas ſuas recitantem conuenere: & inter eos quoq; cum patre Oloro Thucydides etiamnum puer.*

  - **Mechanicam.** *Vt qui ad Archimedis opera ſpectãda Syracuſas ueniebant: ut qui decantata illa Pyramidum miracula uiſuri Memphim adibant.*

bb. Corporis

bb.
Corporis bonorũ ma lorũmue aliena exempla ſpectaturi peregrinantur: utputa aliorum

Mortes, Supplicia. Sic multos Romam ad Vetronij Thurini ob fumos uenditos fumi ſupplicio necandi ſpectaculum concurriſſe legimus, Alexandro Seuero imperante.

Certamina

Roboris, quæ Græci olim ludis Olympijs, Iſthmijs, Pythijs atq; Nemæis exhibebant, tanto cum ſtudio, ut Xerxe multis myriadibus in Græciam irrumpente, ipſi ſedentes Olympia ſpectarent.

Formæ: ut apud Elidem, in Lesbo inſula, Eleuſine item in Cereris feſto.

Natales. Sic Magi ex Oriente (fortaßis ex Brachmanum gente) Ethnicorum conuertendorum primitiæ, Hieroſolymam ueniunt, regis Iudæorum recens nati incunabula ſpectaturi, auro Regem, thure Deum, myrrha Hominem ueneraturi.

Spectacula. Sic Sabinæ ad Romana profectæ ſpectacula ex uirginibus matronæ ſunt factæ. Seculares ludi, cẽteſimo quoque anno Romæ celebrandi, per præcones indicebantur in uniuerſa Italia, Venirent ad ludos, quos nullus uel uidiſſet antea uel uiſurus eſſet amplius. Florentini ante cc. an. paradiſi & inferni hiſtorias ludicris fabulis exhibituri, ad alterius mundi nouitates ſpectandas publica præconis uoce uicinos, ſcripto etiam peregrinos euocant. Ominoſa fuit inuitatio. Fracto enim ponte, qui ſupra Arnum porrigitur, in quo ſpectaturi conſtiterant, non pauci fluctibus ſuffocati, pro ludis feria adiere ſpectacula.

cc.
Fortunæ alienæ ſpectatores peregrinãtur, cognitum, ſpectatum, ſciſcitatum aliorum

Nuptias. Sic è tota Græcia olim ad nuptias à Cliſthene Sicyoniorum tyranno filiæ Agariſtæ cauſa indictas, ſpectandas multi confluxere.

Expeditiones. Qui Xerxis Perſarum regis copias, ponte per Helleſpontum tranſmiſſas, quas ipſemet ex ſuggeſtu in Abydenis campis recenſere uoluit, ex longinquis regionib. ſpectatum ſunt profecti.

Inaugurationes. Pompas. Triumphos.

Regna. Sic Nicaula Aethiopum regina Solomonem adijt.

Exilia, Errores. Sic Telemachus Spartam, à Menelao certi quid de patre expiſcaturus.

II. Fortunæ

- II. **Fortunæ** bona conſiderantur
  - *Per ſe, quatenus referenda ſunt ad*
    - **Opes.** *Peregrinari cauſa*
      - **Pecuniæ.** Sic *πλοῦτον ἀπὸ τοῦ πλόου* Græci maris accolæ dixiſſe uidētur, à nauigatione mercatorum & piratarum. Etſi Ariſt. in Politicis *ἀπὸ τοῦ πλήθους* potius deducat. Argonautæ uellus aureum Colchis petunt. Mercatores ad extremos Indos currunt.
      - **Supellectilis**
        - **Librariæ.** Sic Gul. Poſtellus *proprio ære* Arabicas *bibliothecas perluſtrauit, ut orbi noſtro incognitis auctoribus ſuam bibliothecam illuſtraret, indignam profectò, quæ ab improbis & imperitis* Lutetiæ *primùm deinde etiã* Lugduni *tam male fuerit tractata.*
        - **Veſtiariæ. Ruſticæ.**
      - **Alimentorum.**
      - **Medicamentorum.** Sic Vlyſſes ex Ithaca Ephyren *proficiſcitur* Odyß. α. *ab* Ilo *toxicum uenatorium petiturus.*
    - **Honores.** Sic Hannibalis *legati* Carthaginem *profecti modios annulorum cæſis ad* Cannas Romanis *detractorum, inſignis uictoriæ monumentum, in conſpectu patrum effuderunt.* Impp. Germani *olim* Roma *imperij titulos petebant.* Eos Rodolfus Habſpurgius, *tot ex ſua gentilitate & regum & imperatorum ſucceßione digniß. reſpuit.* Cauſam *rogatus*, Quia *me ueſtigia terrent, reſpondit.* Studioſi Germani, Cimbri. Suecones, Poloni, *inſignia medica uel iuridica ex* Italia & Gallia *ab ignotis petunt, quibus domeſtica notorum ſordent teſtimonia.* Fr. Petrarcha *eodẽ die à* Romanis & Pariſienſibus *ad lauream poeticam ſuſcipiendum inuitatus,* Roberti *regis ſuaſu* Neapoli *ad urbem profectus eſt.*
    - **Amicitias.** Vide A.
  - **Reſpectu** *Habitus circa illa uerſantis.* Vide B.

A. Peregrinãtur quidam amicitiæ contrahendæ cauſa tum

- **Priuatæ:** *utputa*
  - **Coniugiorum.** *Sic*
    - **Eliezer** *Abrahami diſpenſator, herili filio Bathuelis filiam Rebeccam conciliat.*
    - **Tobias** *angeli ductu Saram à dæmone liberatam ſibi iungit.*
    - **Theſeus** *& Pirithous ad Proſerpinæ raptum proficiſcuntur.*
    - **Proci** *Helenæ Spartam, Penelopes in Ithacam confluunt.*
  - **Societatis.** *Apelles Rhodum nauigans, memorabili illa ſubtiliſſimæ lineæ diuerſicolore diuiſura Protogeni amicus fit.*
- **Publicę**
  - **Sociorũ.** *Sic*
    - **Cum** *Ezechia Iudæorum rege diuinitus à peſtilente morbo conſeruato rex Aſſyrius per legatos fœdus inire ſtudet.*
    - **Antalcidas** *Spartanus, cùm uicti ad Gnidum nauali pugna maritimo imperio exuti eſſent Lacedæmonij, miſſus ad Artaxerxem Perſarum regem, celebrem illam pacem Antalcidiam dictam confecit, qua urbes Græcas & inſulas regi attribuit, Lacedæmonios eidem uectigales fecit.*
    - **Fœderum** *cauſa Fœciales Romani peregrinabantur.*
  - **Subditorum.** *Perſarum reges ſub imperij initia per omnes regni licet ampliſs. ciuitates proficiſcebantur, munera ſubditis daturi: diligentia nimirum & liberalitate & fide multis principibus (quod pudori ſit Chriſtianis) excellentiores.*

B. Reſpectu Habitus circa Fortunæ bona uerſantis.

- **Guloſus** *Apitius in Africam oſtreorum cauſa proficiſcitur. Sic Galli quondam ab Helicone populari noſtro exciti (ne tantam gloriam Heluetijs quis præripere auſit) uini cauſa Italiam petiere, ſi dijs placet. Archeſtratus uniuerſum terrarum orbem peragrauit, quo quæq; loco delitiæ & palati illecebræ naſcerentur, haberentur, colerenturq́; monumentis literarum conſignaturus, teſte Athenæo.*
- **Luxurioſus** *Paris Spartam pro Helena adit, Demoſthenes Corinthum nauigat ad Phrynem: unde prouerb. uerſus, Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Regina Amazonum ad Alexandrum Magnum uenit. Iſabella Fuſca Luchini Vicecomitis Mediolanenſis uxor Venetias feſto Aſcenſionis die uidere geſtiens, ornatiſſima claſſe cum fœminarum nobiliſſ. per Padum deuecta, cum inſigni probro proſtratæ apud Vgolinum Gonzagam & Dandulum Venetorum ducem pudicitiæ rediens, tabifico ueneno adulterij pœnam anteuertit.*
- **Auari**
  - **Reges,** *Cyrus contra Scythas, P. Craſſus contra Parthos, ſucceſſu uterq; pari: Alexander Magnus, eiuſdem cum pirata profeſſionis: Romani item contra uniuerſum orbem terrarum exercitus duxere. Eodem animo Traianus Oceani naturam inueſtigare ſtudebat, quòd res Indicas non obſcurè præ ſe ferret, ut cùm quoſdam in Indiam ſoluentes uideret, exclamarit, Vtinam uerò mihi & otium & uita & ætas ſuppeteret. Eodem conſilio Mithridates ignoto habitu totã Aſiam perluſtrauit.*
  - **Mercatores** *animam lucro uendunt.*
  - **Milites** *tenuiſſimo ſtipendio uenales ſunt.*
  - **Meretrices** *alia atq; alia loca petunt. Phryne Sicula Corinthum, Rhodope Aegyptum adijt.*
- **Ambitioſi,** *ex robore quidem Athletæ, ex eruditione Sophiſtæ gloriam captantes, diuerſis in locis ſpecimina edere conſueuerunt. Quod de Proteo Lucianus ſcribit, Olympiæ pyram conſcendente.*
- **Superſtitioſi** *Turcæ annuas peregrinationes Mecham ad Mahometi impuriſſ. ſepulcrum ſuſcipiunt.*

III. Bona

III. Bona ergo quæ ſibi ſuiſue adſunt, uel augere & amplificare, uel alijs etiã cõmunicare peregrinãdo conantur, tum

- Animi. Siue ſint
  - Præcepta. Vide ſignum aa.
  - Exempla. Vide bb.
- Corporis. Vt puta
  - Robur. Sic ſacrorum certaminũ athletæ ad ludos Olympios, Iſthmios, Nemæos, Pythios confluebant. Sordellus Vicecomes Mantuanus eques per totum orbem Chriſtianum XXIII. monomachijs uictor nobilitatus eſt, circa annum ſalutis 1200.
  - Formam. Quod impudicæ interdum faciunt, ex forma quæſtum captantes.
- Fortunæ. Nempe cauſa
  - Diuitiarum oſtentandarum.
  - Potentiæ declarandæ. Tales Oſyridis Aegyptij, tales Perſarum regum expeditiones fuere.
  - Amicitiæ exercendæ, declarãdæ, conteſtãdæ tum
    - Publicæ. Vide ſignum cc.
    - Priuatæ.
      - Conſulendo. Actius Pacuuij iudiciũ de Atreo fabula Tarenti exquirit.
      - Aſsiſtẽdo, Defendẽdo in iudicio. Cum Timotheus Cononis F. adoleſcentulus Athenis cauſam diceret, Iaſon Theſſalorum tyrannus paterni amici cauſa ſine ullo præſidio ſe Athenienſiũ muris credere auſus eſt.
      - Liberãdo. Paulus Epiſcopus Nolanus, ut filium unicum uiduæ redimat, ſemetipſum eius loco Vãdalis mancipat.
      - Inuiſendo. Cato minor Deiotarum Galatarum regem ob ius hoſpitij & paternam amicitiam inuiſit prius, quàm ad Remp. accederet.

aa Præceptorum cauſa ſuſcipiuntur peregrinationes

- Philoſophicę. Quales fuere
  - Apoſtolorum, & præſertim D. Pauli, ad erudiendos homines in fide Chriſtiana: Monachorum quinetiam Anglorum per uniuerſum ferè Chriſtianum orbem. Fridolinus Viator dictus, relicto Scotiæ & Hyberniæ regno, an. 134. peregrinatus docuit Chriſtum: tandem ſub Clodoueo in inſula Saccinga ſupra Baſileam conſedit, cùm alijs miraculis, tum præſertim Rheni alueo in ſiniſtram partem traducto celebris.
  - Hęreticorũ orbis angulos perreptantium. Anno 1400. ſacerdos quidam ex Alpibus deſcendens, magnam mortalium turbam poſt ſe trahens linteis indutam (unde Albati dicti) Romam petebat, deplorans rerum humanarum ſtatum, & ad pœnitentiam omnes cohortans. Cæterum à Bonifacio IX. Viterbij ſub hæreſeos crimine oppreſſus fuit.
  - Poetarũ. Homerus per totam Græciam uagatus, Muſas non tam proſtituit, quàm ob eius ſeculi imperitiam modò non fame confectas ad meliora ſeruauit tẽpora. Simonides Ceus lyricus ex omnibus Græcis ſolos ſuis carminibus non decepit Theſſalos, ſtupidiores dicens quàm qui decipi poſſent.
  - Sophiſtarũ olim per Græciam diſcurrentium. Quatuor ſimiliter diſcipulorum Bedæ, Lutetiæ ſub Carolo Magno uenalem ſe ſapientiam pleno foro habere clamantium, ſi locus & alimenta darentur. Quæ initia fuere Pariſienſis primùm, deinde etiam Papienſis Academiæ.
- Organicę. Plato Dionyſio Siciliæ tyranno mittit Heliconem Cyzicenum Pythagoreum, διαιρέσεων peritum, hoc eſt methodi logicæ.
- Mechanicę: ut Oſyridis, Cereris, Triptolemi, Bacchi, ad frumenti atq; uini inuenta cõmunicanda. Germanorũ item ad Venetos, in typographica & bombardaria arte amplianda: ad Polonos ſimiliter in agricultura & architectura erudiendos, ſub Caſimiro II. teſte Cromero.

Elias XL. dierum itinere ad ſanctum montem Orebum proficiſcitur. Tobias Nephthalenſis ter ſingulis annis Hieroſolymam. Hyperborei uirgines certo tempore in Delum ad reddendum Lucinæ tributum pro partu maturando mittere conſueuerant, teſte Herod. lib. 4. Chaldæi ſub Conſtantino Magno Ignem deum omnium potentiſſimum oſtenſuri, ſcito ſacerdotis Canopei commento, Nili ſtatuæ, uim aquarum profundentis, manus dedere. Apollonij Tyanei opera alexicaca uarijs in locis ad auertenda muſcarum, culicum, murium, ſerpentum damna, ad cohibendos item uel incitandos animi motus, paſſim extare, & ſuam etiamnum uim retinere, Cedrenus ex Anaſtaſio Theopoleos epiſcopo refert.

Heſiodus in Chalcidem proficiſcitur ad funebres ludos Amphidamantis, cum Homero iuniore certaturus. Victor proinde, tripoda uictoriæ præmium Muſis conſecrauit. Tragici quatuor celeberrimi Mauſoli funus cohoneſtarunt: ſed uictor fuit Theodectes Phaſelites, Ariſt. diſcipulus. Etſi alij Theopompum malint.

bb. Sic igitur

Rhetores ad parentalia Mauſoli ab Artemiſia euocati: Lugduni item ad aram Iulij Cæſaris, ad Araris & Rhodani confluctem. Nero quinquennale ludicrum, Olympiorum æmulatione, omnium ordinum profeſſoribus inſtituit, Ioui Capitolino conſecratum.

Legati principum, tum bello, tum pace, peregrinationes ſuſcipiunt uarias. Miſſi legati à Græcis pro repetenda Helena ad Troianos. Franciſcus Dandulus ad Clementem V. ob occupatam Ferrariam Venetis irrecōciliabilem orator miſſus, cùm aditus denegaretur, quadrupes cathena collo appenſa ad pedes pontificis cœnantis deuolutus, patriæ pacem impetrauit.

Hippocrates Græciam à peſtilentia liberauit, dimiſſis per urbes hincinde diſcipulis. Dignus profectò, cui honores ampliſſimi à tota Græcia haberentur: maxime uerò ab Athenienſibus, qui eum ſecundum ab Hercule Eleuſinijs ſacris initiarunt, ciuitateq́; donarunt, publica quinetiam alimenta in prytaneo poſteris eius decreuerunt.

Alexius Romanus prima nuptiarum nocte ſponſam deſerit, per XVII. annos caſtitatis ergò peregrinatur, in patriam reuerſus ſub mendici habitu apud ſuos moritur, incognitus tamen, niſi quòd ſcheda poſt ſe relicta errores conditionemq́; ſuam faſſus eſt. Cuius exequias Arcadius & Honorius Impp. præſentia ſua cohoneſtauere.

ee. Amicitię publicæ exercēdæ cauſa peregrinantur tum

- Politicæ. ſiue id præſtent
  - Congratulando. Sic Dauid rex legatos ad Ammonitarum regem, rex Babyloniorum ad Ezechiam: uterq; ob recuperatam ſanitatem congratulaturus.
  - Condolendo. Ilienſium legati ad Tiberium ſerius uenerant ob mortem Druſi quæſtum. Is tarditatem eorum reprehendens, Se uiciſſim uicem illorum dolere, qui Hectorē præclarum ciuem amiſiſſent, reſpondit.
  - Reprehendendo. Sic Iobum amici calamitatibus oppreſſu n adeunt, religionem eius non maligno, ſed ſtulto tamen zelo, omnium malorum cauſam eſſe oſtenſuri.
  - Auxilium offerendo. Alexander Macedonum rex Athenienſes extrema paupertate ob incenſam à Xerxe urbem laborantes ſolicitabat, ut à Græcis ad Mardonium deficerent. Lacedæmonij ergò, ne ob paupertatem ſibi perſuaderi paterentur, liberaliſſimè Athenienſibus urbem ſuam & alimenta pro liberis & uxoribus obtulere. Herod. lib. 7.
  - Liberando. Carolus Magnus per legatos multa millia Chriſtianorum ſub Saracenis captiuorum redemit.
- Bellicæ. Adiuuando ſcilicet
  - Armis. Tuſculani occupato ab Appio Herdonio ſeruorum duce Capitolio, non expectatis Romanis ſuppetias tulere, & in arce recuperanda cum ipſis ciuibus contendere.
  - Pecunia, Commeatu. Hiero Syracuſanorum tyrannus afflictis Thraſimena clade Rom. ccc. M. modiorum tritici, cc. hordei, auri ccxl. pondo in habitum Victoriæ conformata, ut religione moti ea accipere cogerentur, per legatos miſit.
  - Conſilio. Franciſcus Sfortia Ludouico XI. Gallorum regi multitudine & uarietate hoſtium oppreſſo per legatos conſuluit, Cum multis pacē faceret, unum ſolum perſequeretur: eo ſubacto, non defuturam & occaſionem aggrediendi & facultatem uincendi ceteros.

IV. Malum

IV. Malum quod

- **Præſens** *eſt peregrinando uel effugere & declinare, uel profligare & amoliri nituntur.* *Vide ſignum A.*
- **Abſens** *eſt peregrinando uel*
  - **Alijs** *cõmunicare conantur, ſiue ſit*
    - **Animi** *Sic*
      - **Hæretici** *uirus ſuum apoſtolicarum peregrinationum æmulatione ſpargunt.*
      - **Artinius** *Aſiaticus è Media aurum in Peloponneſum attulit, Græcos corrumpendi ſollicitandiq; cauſa: ab Athenienſibus iccirco pro totius Græciæ ſalute excubantibus hoſtis iudicatus. Vtinam uerò noſtro hoc ſeculo uel deeſſent Artinij, uel adeſſent Athenienſes.*
    - **Corporis.** *Vt qui inimicos terra mariq; petunt. Sic Medea in Theſſaliam Peliæ inſidiatura. Sic Græci claſſe aduecti Troiam, raptum Helenæ ulturi. Liuius atq; Nero Aſdrubalem oppreſſuri, priuſquam ſeſe Annibali coniungeret. Saulus Damaſcum, Chriſtianis cædem intentans.*
    - **Fortunæ,** *quo ad*
      - **Opes.** *Qui cum aliorum iniuria peregrè quæſtum faciunt, quantum ſibijpſis præter meritum boni afferunt, tantũdem mali alijs inferunt.*
      - **Bella** *& inimicitias. Q. Fabius Carthaginẽ legatus miſſus ueſte in ſinum collecta bellum pacemne mallent interrogans, utrũ mallet reſpondentibus, laxata lacinia, Bellum ergo habetote, ſubintulit.*
  - **Sibijpſis** *acquirere coguntur, in exiliũ pulſi, relegati, deportatiue. Diogenes Cynicus ob monetæ adulterium Sinope eiectus, omnibus ijs quæ exules comitari ſolent miſerijs oppreſſus, philoſophiæ ſtudio eas ſibi & ſalutares & glorioſas fecit.*

A. Malum

- **A.** Malũ *quod fugiũt uel eſt*
  - **Animi.** Ergo
    - Abrahamus *é* Hur *Chaldæorum in* Meſopotamiam, *inde in* Cananæam *uenit, idololatriam fugiens.*
    - Paulus *ſub* Decio *&* Valeriano, *ne idolis ſacrificaret, ſedecim annorum adoleſcens, primus apud inferiorem* Aegypti Thebaida *eremitam egit, unde* Thebæi *cognomentum traxit.*
  - **Corporis.** *Qui peregrinando euitant*
    - **Mortem.** Sic
      - Moſes *cæde* Aegyptij Memphis *patrata ad* Madianitas *uenit.*
      - Dauid *ſoceri* Sauli *inuidiam declinans, ad* Gethæos *confugit.*
      - Ioſephus *θεοτρόφος cum* Maria *θεοτόκῳ &* Ieſu *θεοανθρώπῳ ad mortem* Herodis *uſq; in* Aegypto *peregrinatur.*
      - Dido *ex* Phœnicia *in* Numidiam *profugit* Pygmalionem *fratrem metuens.*
      - Athanaſius Conſtãtij *Imp.* Ariani *minas* Treuerim *uſq; ab* Alexandria Aegypti *euitauit.*
    - **Morbos.** Huc
      - Qui *peſtilentiam fugiunt citò, longè (ſic peregrinantur) tardè.*
      - Hiſpanus *quidam lue uenerea miſerandum in modum infectus, nec ullum mali remedium uidẽs, de hoc uno certus, quòd ab ijs, qui* Americam *primi repererant,* Hiſpanis *perpetuò contagio hoc malum* Hiſpanos *primùm, ſubinde bello* Neapolitano Gallorum *quoq; caſtra inuaſiſſet, & ingenioſa coniectura, in morbi ſolo natali remedium eiuſdem inueniri, iudicans, lõginqua nauigatione in nouum orbem ſuſcepta & uirus illud diſcuſſit, & ſalutarem guaiaci uſum in noſtras regiones traduxit.*
  - **Fortunæ.** *Vide* B.

B. Sic

B.

Sic *igitur peregrinādo fugiunt, alij*

- Pauperta- *tem. Proinde*
  - Impiger *extremos currit mercator ad Indos,*
    Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.
  - Sueones *&* Gothi, *Gotharo regnante, fame diuturna compulſi in uniuerſam* Europam *ſeſe effuderunt: in* Italia *etiam, euerſis priorib.* Gothis, *qui illic ductu* Theodorici *conſederant, regiam ſedem* Papiæ *ſub* Longobardorum *nomine fixerunt.*
- Ignominiam. *Heſiodi pater Cumis Æolicis in* Bœotiam *profectus eſt, quòd corbis ignominiam, qua notatus erat, concoquere non poſſet. Galli ad terram ſanctam recuperandam, & ignominiam Chriſtiani nominis delendam,* Petro Eremita *duce proficiſcuntur.*
- Inimicitiam. *Lycurgus* Charilao *nepoti ſuo ex fratre regno tradito, inuidiam aduerſariorum declinans, peregrinationem inſtituit in* Cretam, Aſiam *&* Ægyptum.
- Seruitutem *ſub*
  - Tyrannis. *Talis fuit* Timoleontis Corinthij, *ſed prior* Dionis *expeditio in* Siciliam, *contra tyrannidē* Dionyſij.
  - Hoſtibus.
    - Abrahamus *reges* Orientales *tumultuaria ſeruorum manu inſecutus,* Lothum *patruelem liberauit.*
    - Hannibal, *uictis ad* Zamam *à* Scipione Carthaginenſibus, *auctor illis fuit pacis petendæ: ipſe ad* Antiochum Aſiæ *regem fugit.*
  - Belluis. *Sic* Hercules *&* Theſeus, *hic* Græciæ, *ille totius orbis monſtrorum domitores.*

De Efficiente *Peregrinationum.*
CAP. II.

- Efficientem *ſtatuimus aliũ*
  - Principẽ, *eũ qui corpore & animo mouetur de loco in locũ alienũ et remotũ: ſiue conſideretur ſecundùm*
    - Quanti*tatem. Sic peregrinantur*
      - Popula*riter, uel*
        - Gentes *integræ, ſedib. ſuis excitæ, exactæue. Quarũ exempla in Com. de Migrationib. gentium Vuolphgangus Lazius complexus eſt.*
        - Coloniæ *aliunde emiſſæ, aliò traductæ.*
      - Nõ popula*riter, tũ cauſa*
        - Publica, *ut Legati, Stipẽdiarij.*
        - Priuata.
    - Qualitatem, *reſpectu*
      - Voluntatis. *Vide* A.
      - Affectionis *uariæ.* *Vide* B.
  - Inſtrumen*talẽ, ſiue conferat ad peregrinationem*
    - Inſtituendam. *Vide* D.
    - Obeundam. Huc *pertinent ea omnia, quæ peregrinanti utilia ſunt uel etiam neceſſaria: quæ ſi abſint, & maiore cum difficultate, & minore cũ fructu peregrinabitur, niſi patiẽtia & induſtria ſua impedimẽta iſta ſuperare norit.* Requirũtur *ergo in peregrinante bona*
      - Inter*na Animi, tum*
        - *λογικά: uidelicet*
          - Ratio *ad Obſeruandum.*
          - Oratio *ad Conuerſandum.*
        - *ἠθικά: Morum*
          - Probitas.
          - Elegantia.
      - Exter*na*
        - Corpo*ris*
          - Primaria: Cor*poris firmitudo ad labores itineris perferendos.*
          - Secundaria: *Ætas oportuna.*
        - Fortunæ, *Vide ſignum* E.

A. Pere-

A. Peregrinatur uel

- **Sponte** *atq; uolens, uel conſilio certo, uel cæco impetu, uel arcano motu animi inductus.*
- **Inuitus** *atq; coactus ui aliqua*
  - **Non hu-** *mana, ſiue illa ſit*
    - **Diuina.** *Habacucus è Iudæa Babylonem deportatus ab angelo, pultem Danieli inter medios leones famelico attulit.*
    - **Dæmoniaca.** *Sic*
      - **Antidius** *Turonenſis epiſcopus dæmonem geſtientem uidens, quòd Chriſti uicarium uix tandem ſeptẽnij ſpacio ad ſtuprum pellexiſſet, eodem uectore uſus Romam petijt, Zoſimum Pp. ad pœnitẽtiam perduxit, Turonum eodem die redijt.*
      - **Ad** *Mariæ Formoſæ Ratiſponenſis ſimulacrum lymphati è tota Germania irrequieto curſu anno ſal. 1516. contendebant, neque uel minis, uel uinculis ullis coerceri poterant. Vbi in conſpectum ueniſſent ſtatuæ, ceu ſidere tacti concidebant, mox ſurgebant, & ſe morbo inſaniæ grauiſſ. liberatos profitebãtur, teſte Sebaſt. Franco.*
  - **Humana** *uel*
    - **Magiſtratuum:** *ut Qui exilio ſolum uertere coguntur.*
    - **Hoſtium.** *Sic Iudæi in Babyloniam abducti à Nabucodonoſore: Iſraelitarum decem tribus multò antè in terram Arſareth à Salmanaſſare, quæ miraculosè ſub Tartarorum nomine in Aſiam & Europam redierunt, & principum Chriſtianorum incuria ad Mahumetiſmum tranſierunt, ſi Haytono Armeno credendum eſt.*

- **B. Peregrinans uarius eſt quoad bona atque mala tum**
  - **Animi,** *nimirum quo ad theoriã uel hiſtoriam*
    - **Philoſophicam.** *Sic peregrinatur ſtudiorum perſequendorum, exercendorúmue cauſa*
      - Grammaticus.
      - Rhetor.
      - Naturalis *philoſophus*, Medicus.
      - Mathematicus.
      - Theologus, *Metaphyſicus*.
      - Politicus, *Iureconſultus*.
    - **Mechanicam.** *Sic peregrinantur artis mechanicæ cauſa uarij artifices: utputa*
      - Pelliones.
      - Milites.
      - Aurigæ.
      - Nuntij, *Tabellarij*.
  - **Corporis.** *Vide* C.
  - **Fortunæ:** *quo ad*
    - Opulentiam, *Diues*, *Pauper*.
    - Gentem. *Quod in hirundinibus, ciconijs, gruibus, ſuapte natura peregrinationi addictis uidere eſt, idem quoq; in hominibus contingere ipſa docet experientia. Gallos olim peregrinationes bellicæ in* Italiam, *Græciam & Aſiam nobilitarunt.* Germanos *quinetiam*, Gothorum, Burgundionum, Sueuorum, Longobardorum, *& qui ab ipſo peregrinandi inſtituto nomen deſumpſerunt*, Vandalorum *in uniuerſum penè terrarum orbem migrationes.*
    - Genus, *Nobilis*, *Plebeius*.
    - Dignitatem, *uel eſt*
      - Cum *magiſtratu: ut*
        - Princeps.
        - Legatus.
      - Abſq; *magiſtratu.* *Priuatus.*
    - Amicitiam, *Notus, uel Ignotus*.
    - Conſuetudinem, *uel*
      - Aſſuetus.
      - Non *aſſuetus*.

C. Qua

C

- Quo *ad* Corporis *bona uel mala*
  - Primaria, *nempe quoad*
    - Sanitatem, *peregrinatur*
      - Sanus.
      - Aeger.
    - Actiones *uel*
      - Robuſtus.
      - Debilis.
  - Secundaria, *peregrinatur quoad*
    - Aetatē *uel*
      - Puer. *Anno* 1226. *puerorum exercitus ex tota Germania confluentiū,* Pa*læſtinam à* Turcis *liberaturus, quū ad mare ueniſſet, nuſquam poſtea comparuit, teſte* Auentino. *Animus ſcilicet illis aderat, corporis robur militare deerat. Sed ijs qui noſtra ætate in* Galliam *&* Italiam *peregrinantur pueri, ſtulto parentū conſilio, ut corpore peregrinationi pacatæ pares ſint, animo tamen multum ſunt impares.*
      - Iuuenis. *Igneus eſt ollis uigor, peregrinationis motui cōuenientiſsimus.* Roma *quotannis ſex patricij iuuenes auguralis diſciplinæ cauſa in* Hetruriam *mittebantur.*
      - Cōſiſtens. Plato *ſuis ciuibus à* XL. *ad* L. *annum uſq;, ſed non niſi permiſſu magiſtratus, peregrinationē concedit.*
      - Senex. *Huc illud aptiſsimè,* οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. Quie*tem hæc ætas, natiuo colore elanguéſcente, requirit.*
    - Sexum,
      - Vir.
      - Mulier. D. *Vrſula cum* XI. *millibus uirginum* Romā *peregrinatur.* Pau*la* Romana *Bethlehemam abit.* Me*dea* Iaſonem *ſequitur.*

D.
Inſtrumentalis *cauſa ad peregrinationem inſtituendã, uel eſt*

- **Deus** *ſiue* Natura, *occulto aliquo motu. Vt ad alia atq; alia ſtudia diuerſis ſyderum influxibus mortales ducũtur, ita eoſdem ad peregrinationes quoq; populariter interdum excitari hiſtoriæ docent.* Sic
  - **Babylonij** *ſolo ſibilo à* Deo *euocantur, iræ diuinæ miniſtri futuri & uindices, apud* Eſaiam *prophetam.*
  - **Magi** *ex* Oriente Hieroſolymam *proficiſcuntur, ſtellam ſecuti,* Ethnicorũ *ad* Chriſtum *conuertendorum primitiæ.* An *quæ anno* 1572. *mẽſe* Nouembri *in* Occidẽte *apparuit, & per aliquot menſes in* Caßiopeæ *ſidere crucis ſymbolum expreßit,* Iudæorũ *uicißim ad* Chriſtum *conuertendorum decimas adumbrauit? ut oraculare illud monet,* Ab Oriente *euocabo nomen tuum, & ab* Occidente *congregabo te.* Veni Domine Ieſu: *ſed ad* καθολικὴν *interea* ἀποδημίαν *tuo nos ſpiritu præpara.*
  - **Declinante** Romano *imperio certatim ex* Septẽtrione, *& præſertim ex* Scandia, *quam* Iordanes Vaginam *gentium appellauit, in* Romanum *orbem ſeſe* Barbaræ *gentes effudere.*
  - **Chriſtianorum** *in terram ſanctã expeditio ſeu ſiderũ peculiari influxu, ſeu diuino furore* Claromõte *in* Gallia, Vrbani II. *&* Philippi *regis auſpicijs, anno ſal.* 1098. *ſuſcepta, eodẽ die per uniuerſum orbem* Chriſtianum *innotuit.*
  - **Hiſpanorum** *illa,* Chriſtophori Columbi *ductu, in* Americam *admirabilis nauigatio, multo antè ipſiſmet incolis & per dæmonum oracula & per ſpectra innotuit cœleſtia.*
- **Homo** *aliquis, prudentia & uſu rerum pollens.* Plato *ſuis ciuibus etiam adultis, nõ niſi magiſtratus ſcitu permiſſuq; peregrinari concedit.*

E. Fortuita

E. Fortuita Inſtrumenta ſunt uaria, quorum uſus conſiſtit uel in

- **Alienando** ſiue Commutando. Pecunia ſcilicet.
- **Retinēdo et Poßidēdo, ſiue ſint**
  - **Animata tū**
    - **Bruta, cauſa**
      - **Itineris:** ut Equi, Muli.
      - **Securitatis:** ut Canes, Ibides certè Moſes per deſerta Arabiæ exercitum ducens contra ſerpentes adhibuiſſe memoratur.
      - **Vigilantiæ:** ut Galli caſtrenſes.
    - **Homines, qui inſeruiant peregrinanti dum**
      - **Mouetur, tanquā itineris**
        - **Duces, quoad**
          - **Animum**, iter monſtrando, ὁδηγοί, tanquam oculi peregrinantis.
          - **Corpus, uel**
            - **Tuendo** & defendēdo, Protectores.
            - **Promouendo.** Quales ſunt Aurigæ, Veredarij, Nautæ, Equiſones, Muliones.
        - **Comites uel**
          - **Alieni. Socij peregrinationis reſpectu**
            - **Cauſæ uel**
              - **Certi** & delecti, ex Cōſilio.
              - **Incerti** & fortuiti, ex Euentu.
            - **Numeri,** Multi, Pauci.
            - **Loci,** per quē comitātur, uel ſunt
              - **Perpetui.**
              - **Non perpetui.**
          - **Noſtri,** ſiue
            - **Præſint.** Præceptores.
            - **Subſint.** Famuli.
      - **Quieſcit:** ut Hoſpites, Caupones.
  - **Inanimata.** Vide aa.

- aa Organorũ alia inſeruiunt uſibus
  - Corporis, utputa
    - Alimoniæ hominum brutorumúe
    - Defenſioni cõtra iniurias
      - Aeris, tũ ipſorum
        - Hominũ per
          - Veſtes partim
            - Interiores. cuiuſmodi ſunt Subuculæ.
            - Exteriores, quæ tegant
              - Totum corpus
                - Interdiu, Penula.
                - Noctu, Superueſtiariũ.
              - Partem. Vt Petaſus, Bardocucullus, Thorax, Caligæ, Calcei, Ocreæ.
          - Tentoria.
          - Vmbracula, quod delicatulis quibuſdam in uſu eſſe conſueuit.
        - Brutorum. Sic chortes ex cratib. ſecũ uectis, paſtores, pro pecore in ſylueſtribus defendendo, facere ſolitos, Varro tradit.
      - Pulueris, ut Specilia quæ oculis, Sudaria, quæ ori obijciuntur.
      - Quaſuis alias. Arma commoda
        - Actioni ſeu offenſioni, ut lædant.
        - Paſſioni, ſeu defenſioni, uti ne lædantur.
    - Refectioni: ut ſunt Chordæ, Filum, Acus, Subulæ.
    - Purgationi: ut Sudaria, Naſaria, Mantilia, Segeſtria.
    - Occluſioni: ut Seræ, ut Obices oſtiarij.
    - Locationi
      - Hominum. Cuiuſmodi ſunt Sellæ, Stapedes.
      - Rerum, tum
        - Liquidarum. Huc Turcorum utres aquarij, Gallorum lagenulæ, Germanorum potopyxides: tum Solidarum: ut Loculi, Ciſtæ, Bulgæ, Viduli.
  - Animi: nempe
    - Lectioni. Libri tum alij, tum Itineraria præcipuè. Eunuchus Candacis reginæ Aethiopum Hieroſolymam proficiſcens religionis cauſa, Eſaiæ commentarium in curru reuoluit.
    - Scriptioni. Pugillares, Charta, Atramentum.
    - Inſpectioni. Chartæ geographicæ, chorographicæ.
    - Dignotioni tum
      - Horarum, Gnomon heliacus: tũ Locorũ. Sic Magnetis uſu eos qui ſcelerati Mahometi ſepulcrũ adeunt, per Lybiæ deſerta arenoſa iter dirigere, Chalcond. li.3. ſcribit.

De Forma *Peregrinationis.*

CAP. III.

Sub FORMA *Latio ſiue Motus occurrit hominis peregrinantis, qui cùm homo ſit, & animi imperio, corporis utatur miniſterio, ſiue ſponte, ſiue coactus peregrinationem ſuſcipiat, eam rectè obibit, ſi poßit, ſciat atque uelit peregrinari. Forma igitur huiuſce motus conſideratur tũ quo ad*

- Corpus *reſpectu*
  - Extre*morum terminorũ,* A *quo,* & Ad *quẽ. Motus igitur*
    - Primus, *Itio, perpẽdi debet, et reſpectu termini*
      - Vnde *fit,* Excurſio, *ἀποδημία pro priè. δῆμον autem intelligimus populum, certis legibus deuinctum: quibus uel ipſius ortus occaſione, uel certo conſilio is, qui ex eo loco peregrinatur, ſemetipſum deuinxerit. Vt proinde diuerſo reſpectu quidam è patria, quidam in patriam proficiſcẽtes, peregrinari ſint dicendi.*
      - Quò *fit.* Hæc *ἐπιδημία eſt.*
    - Medius, *Commoratio dicatur.*
    - Vltimus. Reditio, *ratio nem habet loci*
      - Vnde.
      - Quò. Νόστος.
  - Medij *Spacij, per quod it atq; redit.* Vide *ſignum* †
- Animum. *Qui peregrinationem cum fructu inſtituere uolet, animo peregrinari*
  - Exterius, *hoc eſt, ea quæ peregrè ſunt atque fiunt, obſeruare, ſuisq; uſibus accommodare debet, uel præſentibus, uel ſaltem futuris.*
  - Interius *non debet, ne in iuſtam Socratis reprehenſionem incurrat, qui cuidam, nihil ſeſe ex longinqua peregrinatione utilitatis percepiſſe conquerenti, Te cum enim peregrinabaris, laconicè reſpondit.*

†

- Motus *per locum uarius eſt reſpectu hominis, qui mouetur uel in*
  - Terra, *tum*
    - Per *ſe, uel*
      - Greſſu.
      - Curſu.
      - Saltu. *Inuenti, qui Bacchico quodam furore perciti, ſuperſtitioſas peregrinationes ſaltantes obirent.*
    - Ab *alio partim*
      - Imme*diatè, à Geſtãte ſcilicet uel*
        - Homine. *Robertus Normannorum dux Hieroſolymitana peregrinatione, quã uouerat, barbarorum humeris æger ferebatur. Vno ex comitibus domũ rediturus interrogante, Num quid in patriã nunciari uellet? Hoc unũ, reſpõdit, uidiſſe te Robertum ducem dæmonũ opera in cœlũ (quã Hieroſolymã intelligebat) ferri. Cæterũ omen uoci adfuit, non multò poſt è morbo percuntis, teſte Polydoro.*
        - Bruto.
      - Media*tè uel à*
        - Vehente
          - Sellam.
          - Lecticam.
        - Trahente
          - Currum.
          - Redam.
  - Aqua, *Naui, Lintre, Schedia. Hercules ad Erythreas boues proficiſcens, exuuiũ leonis pro uelo, clauam pro malo, lora pharetræ pro rudentibus, craterẽ deniq; pro nauigio habuiſſe fertur. Vnde prouerbio locus, ἄλλο γένος κώπης.*
  - Ae*re, ope*
    - Mechanica. *Sic Dædalus & Icarus alarum remigio in Atticam uolarunt, ſi credere fas eſt: illiſq; prior Perſeus, talaribus Mercurij inſtructus, ad Gorgonas profectus eſt. Abarim Scytham αἰθροβάτην uocarunt, quòd cum ſagitta quò uellet ferretur.*
    - An*gelica Spirituum*
      - Bonorum. *Philippus Apoſtolus è Samaria raptus, in uia quæ Hieroſolymã è Gaza ducit, eunuchum obuium baptizat, mox ab eodem angelo Azotum deportatur.*
      - Malorum. *Apollonius Tyaneus è carcerib. Romanis, ubi à Domitiano arctè aſſeruabatur, profugit, eodẽq; die Puteolis, quò comitẽ præmiſerat, inuẽtus eſt. Pythagoras eodem die apud Metapontios & Thurios conſpectus eſt.*

DE

De MATERIA *Peregrinationis.*

CAP. IV.

MATERIA *peregrinationi ſubiecta duplex eſt: alia quidē* Corpori, *quod de loco, per locum, in locū mouetur: alia uerò ipſi* Animo, *corporis uehiculo utenti, qui loci mutatione corporea, ea quæ deſiderat uel cognoſcere uel acquirere ſtudet.* Hæc Cognitionis, *illa* Peragrationis *Materia dicatur. Subijciuntur ergo peregrināti &* Loca *&* Locata, *nunc quidem inter ſe reipſa differentia* (*ut qui* Patauium *non* Loci, *ſed* Locati, *doctorum ſcilicet cauſa, petunt:*) *nunc ſolo reſpectu* (*ut quibus* Patauiū *medius peregrinationis terminus eſt* Romam *petentibus, quē non tantùm ut locum mediū, ſed uti* Locatum, *uniuerſalis loci peregrini ambitu comprehenſum conſiderant.*) *Ergo ut nō ſemper ſubiecto, at cōſideratione tamen differunt &*

- Loca, À *quibus,* Per *quæ, ad quæ proficiſcitur: quorum ſub* Forma *reſpectu* Motionis, *at reſpectu* Cognitionis *ſub* Fine *ratio habenda eſt.* ὁδοιπορικὴ ἱστορία *dici poteſt, in qua* Viatores, Nuncij, Errones *nō minus quàm ſummi uiri excellere poſſunt.* Locorū *appellatione cōprehenduntur &*
  - Extrema, *ſiue* Locus
    - À quo *fit motus, ca rēs ijs rebus, quæ peregrinando acquiri debent.*
    - Ad *quem fit motus, rebus deſideratis abundans uel re uera, uel ſaltem imaginatione, rationem uel loci uel locati habētib.*
  - Mediū *Spacium, per quod iter facit.* Vide ☞
- Locata, *ad quæ & propter quæ motus inſtituitur peregrinationis. Nā cùm non omnis ferat omnia tellus, peregrinatio ſuſcipitur propter poſſeſſionē uel uſufructum rei*
  - Inanimatæ
    - Naturalis. *Vt propter*
      - Fontes, *Thermas.*
      - Metalla, *Gemmas,*
      - Cadauera *ſanctorum.*
    - Artificialis. *Propter*
      - Ædificia, Templa, Aras. *Sic* A*chabus* I*ſraelitarū rex* Damaſci *aræ figuram obſeruauit, tā impiè quàm curioſè.*
      - Statuas.
      - Libros.
  - Animatæ. *Propter*
    - Plantas.
    - Bruta.
    - Homines *quacunq; re excellētes uidendos, audiendóſue.*

Spacium per quod iter facit reſpectu

- Quantitatis ue. eſt
  - Magnum.
  - Paruum.
- Qualitatis (quæ illi imprimi uidetur ob eorũ quæ peregrinãti quomodolibet cõferũt, præſentiã aut abſentiã) ad peregrinandũ uel eſt
  - Cõmodũ ob Bonorũ præſentiã, Malorum abſentiam, tũ quo ad
    - Locum. Sub quo &
      - Aeris temperies.
      - Aqua nauigabilis
        - Fluuiorum.
        - Maris.
      - Terræ
        - Planities.
        - Aequabilitas,
    - Locata. Ob cõmoditatem
      - Inanimatorũ: nempe
        - Aquæ potabilis.
        - Alimentorum
          - Proborũ.
          - Multorũ.
        - Veſtimentorum.
        - Organorum quorumuis aliorum peregrinationi conferentium.
        - Nauium, Curruum.
        - Diuerſoriorum.
      - Animatorũ: tum
        - Brutorum: ut Equorum Aſinorum.
        - Hominum:
          - Hoſpitũ
            - Multorum.
            - Humanorum.
            - Proborum.
          - Aurigarum.
          - Nautarum.
          - Fabrorum.
          - Ductorum.
          - Comitum.
  - Incommodum, ob Malorum præſentiam, & Bonorum abſentiam. Vide D.

D. Incommodum *iter reſpectu quidē*

- Loci, *ob*
  - Aërem *inſalubrem.*
  - Aquam *nauigationi ineptam.*
  - Terram. *Si locus ſit*
    - Montuoſus.
    - Inæqualis, *Aſper.*
- Locatorum, *tum*
  - Inanimatorum. *Si*
    - Meteororum *impreßiones ſint uehementes & repētinæ, ut puta*
      - Niuis, *ſicuti in Alpibus.*
      - Grandinis.
      - Venti *cientis uim*
        - Nimborū *& Procellarum.*
        - Arenarum: *ut in Lybiæ deſertis.*
    - Aqua *potabilis uel ſit*
      - Nulla.
      - Vitioſa.
    - Alimenta, *uel*
      - Nulla *ſint.*
      - Maligna.
    - Veſtimentorum *comparādorum reficiendorúmue nulla ſit facultas.*
    - Naues / Currus *non ſint in promptu.*
    - Diuerſoria *rara, uel nulla, uel ruſtica, uel longinqua.*
  - Animatorum. *Vide A.*

- **A. Animatorum incommoditas uel**
  - **Brutorum, ſi uel**
    - **Cicura** *peregrinanti idonea deſint: ut*
      - **Equi.**
      - **Muli.**
    - **Feræ** *adſint, & uias infeſtas reddant: ut*
      - **Serpentes.** *Suſis Ecbatana contendentib. triduo itinere locus occurrit ſcorpionibus ita refertus, ut rex* Perſarum *illac iter facturus, triduo antè uenatores ſcorpionum emittat, ampliſſ. munerib. ei qui plures attulerit propoſitis.* Ælianus *teſtis.*
      - **Leones.** In *Thraciæ montanis,* Xerxis *camelos adorti, magnam ſtragem fecerunt.* Pauſanias.
      - **Lupi.** **Vrſi.**
  - **Hominum.** *utputa*
    - **Hoſtium,** *uel* **Latronum.**
    - **Hoſpitum**
      - **Nullorum.**
      - **Inhumanorum,** *ſordidorum. Quales Germanorum ferè caupones eſſe conſueuerũt, ſecundũ* Eraſmum Rot.
      - **Perfidorum,** *auarorum, blandiſſ. alioqui, & ad nutum omnia facientium, niſi quando de ſymbola agitur. Horum uberrimus paſſim prouentus, ſed in* Italia *præſertim atq;* Gallia.
    - **Ductorũ**
      - **Nullorum.**
      - **Perfidorum.** Riſaces *equiſo* Perſarum *exercitum in extremum periculum coniecit, ut* Sacas *ſuos liberaret.*
      - **Imperitorum.** Hannibal *imperitia ductoris in ſaltum* Caſſinatem *cum exercitu ſeſe incluſit.*

De

De ACCIDENTIBUS *Peregrinationis.*

CAP. V.

PEREGRINATIONI *accidit*

- Primariò *quidem, ipſum* Tempus, *quod peregrinationis motũ numerat partim*
  - Eſſentialiter, *reſpectu motus uniuerſalis ſiderum, omnes inferiores motus metientis, & per conſequens etiam motum peregrinationis.* Vide I.
  - Accidentaliter, *reſpectu alicuius alterius motus à* peregrinatione *diuerſi, quo mouetur peregrinans: cuius quidẽ motus accidẽtalis numerus quoq; accidentalis eſt.* Peregrinãs.*n. conſideratus reſpectu*
    - Aetatis, *uel peregrinatur in*
      - Iuuentute.
      - Senectute.
    - Cibi, *iter ingreditur uel*
      - Ieiunus.
      - Satur.
    - Religionis, *iter facit die*
      - Feſto, *Sic* Iudæi *iter* Sabbathi *bis mille cubitis definiebant.* Tanto.*n. ſpacio arcã præceßiſſe caſtra, tantoq́; interuallo, quib. id fas erat, arcã mouiſſe* Sabbatho, *tradit* Suid. *Chriſtiani multo liberiores.* Sed *libertas nimia à ſuperſtitione, impietatis uidetur ſeruitutẽ minitari.*
      - Profeſto.
- Secundariò *uerò* Motus *quicunq; alius, à* Peregrinantis *motu & inſtituto diuerſus, ſiue ad* Actiones *ſiue ad* Paßiones *referri mereatur.* Nã *quod in plantis uidere eſt, quaſdam natiuo, quaſdam peregrino ſolo atq; cælo lætius prouenire: illud idem hominibus peregrinantib. contingere, quotidiana docet experientia, non priuatim modò, ſed & publicè.* Troianas *opes ob unius libidinem in* Aſia *euerſas, radicibus licet exilibus in* Italiam *traductas,* Romæ *in eam magnitudinem excreuiſſe conſtat, quæ uniuerſo orbi formidabiles eſſent.* Conſtantino Magno Conſtantinopolim *translatum imperium (quam ominoſa uoce exoleſcentis priſcæ uirtutis & potentiæ, nouam* Romam *dixere) ex* Aſiatici *ſaltem litoris oppoſitu contagium traxiſſe, & ſenſim degeneraſſe uidetur.* Vide II.

I. Accidit ergo Motui, quem Tempus metitur, quatenus conſideratur tanquam

- **Continuus** & *Totus, ut ſit uel*
  - **Longus** & *diuturnus.*
  - **Breuis.**
- **Diſcretus,** & *in* Itionē, *Commorationem* & *Reditionem ſubdiuiſus (inter quas partes prima & poſtrema* Motū *expreſſè continent,* Media *quietem potius exprimit) ut hyeme, uere, noctu, interdiu fiat. Tempus enim peregrinationis perpenditur uel ſecundùm*
  - **Solis** *curſum*
    - **Annuum,** *in quatuor tēpora diuiſum. Memorabile illud, quod* Hiſpanis, *qui* Magellanis *ductu per fretum* Auſtrale *ad* Moluccas *penetrauere, euenit, ut poſt enauigata duodecies mille milliaria, &* Zonam *torridā ſexies abſq; noxa tranſmiſſam, tertio tandem anno, quo ex* Hiſpanijs *ſoluerant, die una in* Calendario *anticipata redierint: nā diem illi* Mercurij *putabant eſſe, cùm dies* Iouis *eſſet, teſte* Petro Cieza.
    - **Diurnum.** *Sic diuiditur in*
      - **Diem.** *Hæc in partem*
        - **Anteme***ridianam.*
        - **Pomeri***dianam.*
      - **Noctē,** *quæ diei incrementum & decrementum cōtraria ratione imitatur.*
  - **Lunę** *motum*
    - **Menſtruum** *diuiſum in*
      - **Plenilunium.** *Lacones ex religionis præſcripto non ante plenilunium exercitus educebant. Itaq;* Athenienſes *ſoli, irrumpentes in* Marathona Perſas *tanto maiore cum gloria, quanto maiore cum periculo, aggredi fuere coacti.*
      - **Nouilunium.**
    - **Diurnū,** *ſecūdùm cardines mundi, quē Oceani fluxus atq; refluxus imitatur.*

II. Motus

II. Motus *igitur, qui peregrinanti accidit, ſiue Actionis ſiue Paſſionis ſpeciem habeat, referri poteſt uel ad eiuſdem*

- **Animum.** *Vide aa.*
- **Corpus.** *Sic accidunt interdũ peregrinanti &*
  - **Bona** *quædã: utputa*
    - Sanitatis *recuperatio.* Henricus II. *Imp. Apuliæ ciuitates perluſtrans, calculi dolorib. tentatus, in ſomnis uidere uiſus eſt* D. Benedictum, *qui in monte* Caſino *colitur, ferro ſibi pudenda aperire, calculum eximere, uulnus momento conſolidare.* Expergefactus *iuſtæ magnitudinis lapillum in manu ſua inuenit. Cuſpinianus.*
    - Vitæ *conſeruatio.* Iechonias, *qui ſe uoluntario carceri mancipat, capto à* Babylonijs Sedecia Iudæorum *rege ſuperſtes manſit, & ab* Euilmerodacho *liberatus, Dauidicam ſtirpem regiam conſeruauit.*
    - Translatio. *Leodienſis quidam peregrinus cùm* Hieroſolymis *Paſchatis feſto intereſſe uellet, relictus à comitibus,* Ioppen *properabat, ne traijciendi in* Europam *occaſionem amitteret.* Defeſſus *in itinere ab equite ignoto ultrò inuitante in equi tergum acceptus, eo ipſo die in pagum ſuum* Heſdinum *perductus fuit, teſte* Fulgoſo.
  - **Mala.** *Nimirum*
    - **Mortes.**
      - Arcades, *duo iuuenes* Megaram *uenerant.* Qui *apud hoſpitem paternum diuerterat, inſomnis ſocium uidet ſaucium, opem contra cauponis perfidiam, cuius tectum ſubierat, implorantem.* Excitatus *ad tabernam properè curarit, cadauer ſocij de plauſtro ſtercore contectum eripit, cauponem ad capitale ſupplicíũ pertrahit.* Cic. de Diuin.
      - Seruio *Sulpitio in legatione mortuo ſtatua equeſtris* Romæ *poſita eſt.*
      - Andreas *Veſalius* Bruxellenſis, *cui* Anatomiæ *reſtitutionem debemus,* Hieroſolymitana *peregrinatione ſuſcepta, in reditu obijt.*
    - **Morbi.**
      - Hadrianus *Imp. cùm prouincias omnes adijſſet, morbũ ex diuturno labore contraxit, quo tandem perijt.*
      - Hiſpani, *qui cum* Chriſtophoro Columbo Peruuiam *primi intrarunt, uti noui orbis hiſtoriam certiſſ. argumentis, ita noui quoq; morbi contagium horrendis ſymptomatib.* Hiſpaniæ *primùm, mox etiam bello* Neapolitano Galliæ *inuexere.* Viciſſim *tamen, ne ingratitudinis uitio ab* Indis *notari poſſent, uariolarum morbum, qui ob cæli ſoliq; diuerſitatem propè exitialis eſſet, ijſdem lege quadam talionis communicauere.*
- **Fortunas.** *Vide ſignum bb.*

aa. Sic peregrinãti accidere poteſt adventitia quædã

- **Cognitio.**
  - Diogenes Sinope ob adulterium monetæ pulſus, dum Athenis exulat, Antiſthenis Cynici conſuetudine philoſophus clariſs. euaſit, & tunc demum oraculi uocem ueram fuiſſe reipſa cognouit, Si uellet inclareſcere, monetam eſſe adulterandam, perhibentis.
  - Thamus Ægyptius gubernator in mari Ionio prope Echinadas uocis incertæ monita ſecutus, Pana magnum obijſſe proclamauit. Secutus eſt planctus & eiulatus in aere geniorum confuſus & horrendus. Plut. de Defectu oraculorum.
  - Aripertus Lõgobardorum rex exul è Gallia in Britanniam traijciens, uocem incerto auctore audiuit, Grimoaldum Beneuentanum ducem, à quo pulſus erat, humanis exceſsiſſe. Redijt ergo properè, & ſine labore regnum recepit, anno ſal. 670. Regino.
  - Petrus Ambianenſis Eremita Hieroſolymis Chriſtianorum miſerias uidens audiensq;, uoce quinetiã diuinitus miſſa animatus, auctor fuit Chriſtianis, & præſertim popularib. ſuis, belli ſacri ſuſcipiendi.
- **Actio qualiſcunq; tum**
  - **Theorica.**
    - Epimenides Phæſtius à Solone Athenas accerſitus, Munychiam arcem inſpiciens, Si ſcirent Athenienſes, inquit, quanta hic locus olim mala ſit urbi daturus, & dentibus & unguibus ſuis eum demolirentur.
    - Paulinus Nolanus epiſcopus, cùm pro redimẽdo filio uiduæ unico ſemetipſum ſeruituti Vandalorum Carthagine mancipaſſet, Gẽſerici regis obitũ eiuſdẽ genero, cui ſeruiebat, prædixit. Barbari, quantumuis Ariani, conciliãdi numinis cauſa eum cum omnib. ijs, quos direpta Cãpania ſecum abduxerãt, commeatu inſuper egregiè inſtructum, dimiſere incolumem.
  - **Practica.**
    - Qui peregrinando & fortitudinis & temperantiæ & liberalitatis & clementiæ, uel contrariorum uitiorum, fortuitas occaſiones amplectuntur.
    - Theſeus in Cretam uectus, Minotaurum, à quo deuorandus erat, confecit.
    - Auguſtus Imp. adoleſcentem Sabinum facie ſibi ſimillimum clam uocatum, Nunquámne mater eius Romæ fuiſſet, interrogauit. At ille, Nũquã profectò, ſed pater meus perſæpe. dubiæ pudicitiæ notam à ſua in Auguſti matrem acutè transferens. Idem Bonifacio IIX. Pp. Bauarus quidã fertur reſpondiſſe.
    - Iouianus Pontanus, Narniam ueniẽs, cùm tibicines priuatos honoris ergo acceſsiſſe uideret, numo Carolino ſilẽtiũ ab illis mercatus eſt. Cũm rogatus à caupone: Ne ſi ſecũdũ facultates præſentes liberalis ſim, ſordidi nomen ſubire cogar.
  - **Mechanica.** Qui mechanici habitus exempla, occaſione inter peregrinandum oblata, edunt.

- bb. **Fortuita** *ſimiliter peregrinantibus accidunt tum*
  - **Bona.** *utputa*
    - **Diuitiæ.** *Sic*
      - Alcmæon *Athenienſis ad Crœſum regem abiens, hoſpitalitatis ergò, qua regios legatos* Delphis *proſecutus erat, quantum auri una uice è theſauris regijs efferre potuit, dono accepit.*
      - Cato *minor multò maiore animo à* Deiotaro *Galatarum rege ampliß. munera patrocinij nomine oblata, non modò in præſens repudiauit, uerùm etiam* Peßinuntem *abſenti miſſa, ne inter comites quidem diſtribuenda permiſit, ne quam nundinationi feneſtram, quantum in ſe eſſet, aperiret.*
    - **Dignitates.** R*olandus de* Placiola I. C. P*atauinus, patriæ nomine legatus ad* Pp. *miſſus, optione ſibi ab eodem honoraria data alicuius ſacerdotij pro familia ſua impetrandi, ſimplicem clericatum petijt. Demirante id pontifice,* Q*uoniam frater meus, inquit, cuius nomine, licet ab eo rogatus, munus iſtud accipio, non eſt pluris.*
    - **Amicitiæ.** *puta*
      - **Coniugia.** M*oſes apud* Madianitas *exulans* Iethro *pontificis* F. Sephoram *uxorem ducit.*
      - **Societates.** I*oannes princeps* Megalopurgenſis *per xx. ann.* Lutetiæ *literarum cauſa hæſit: commilitones habuit duos regulos,* Maßilienſem *&* Cyprium*: ijs ſorores in uxores dedit: ipſe comitis* Hennebergenſis, *& quidem condiſcipuli ſui, ſororem duxit.* Munſterus.
  - **Mala.** *Nimirum*
    - **Inopia.** A*naxagoras* Clazomenius, *philoſophus, domũ è longinqua reuerſus peregrinatiõe, et agros incultos ſqualidosq́; iacere animaduertẽs,* Perieram *ego, inquit, niſi hi perijſſent.*
    - **Ignominia.** V*tputa* Stupra, Verbera, Pulſationes, Conſpuitiones.
    - **Inimicitia.** O*eonus conſobrinus* Herculis Spartam *ueniens, & uiſendæ urbis cauſa obambulans, cùm canem* Hippocoontis *ædium cuſtodem ſeſe inuadentem lapide percußiſſet, ab* Hippocoontis *filijs interfectus eſt.* Hercules *uulnere accepto cedere coactus, non multò poſt cum copijs reuerſus,* Oeoni *cædem ultus eſt.* Pauſanias.

De SPECIEBVS Peregrinationis.
CAP. VI.

SPECIES *peregrinationum uariæ, ex præced. enarratione deducēdæ. Sumuntur proinde aliæ à*

- Cauſis
  - Externis: *nimirum à*
    - Fine. *Vide in ſeq.* I.
    - Efficiente. *Vide ſignum* II.
  - Internis. *Vide* III.
- Accidentibus: *uidelicet à*
  - Tempore, *quo*
    - Suſcipitur, *quo ad*
      - Oportunitatem. *alia eſt.* *Sic*
        - Tempeſtiua.
        - Intempeſtiua.
      - Conſtitutionem
        - Naturalem
          - Anni *temporum, uel eſt*
            - Verna.
            - Aeſtiua.
            - Autūnalis.
            - Hyberna.
          - Diei, *uel eſt*
            - Diurna.
            - Nocturna.
        - Artificialem. *Vt ſi fiat die*
          - Feſto, *Sabbatho,*
          - Profeſto.
    - Continuatur. *Vel eſt*
      - Longa, *Diuturna.*
      - Breuis.
  - Motu *accidentali, hoc eſt, ab ijs quæ peregrinanti fortuitò eueniūt, uel bona uel mala. Nam quæ reſpectu conſilij & inſtituti peregrinātis uel ex ſententia uel præter ſententiā ſuccedunt, Fortunatam uel Infortunatam peregrinationem faciunt, cuius ſub Fine meminimus. Erit igitur peregrinatio alia*
    - Felix, *quando bonæ uel agendi uel patiendi occaſiones præter conſilium & conatum peregrinantis offeruntur.*
    - Infelix, *quādo contraria eueniunt.*

I. Sic

I. Sic *igitur* Peregrina*tio conſiderari poteſt tum à*

- Priori, *à* Conatu *ſcilicet. Finis alius eſt*
  - Simplex *& unicus.* Pe*regrinatio ſimplex dicatur, ſi ſuſcepta ſit propter unũ aliquem finem certum conſideratum uel*
    - Formaliter. *Vide ſignum aa.*
    - Materialiter, *reſpectu rerum quibus ineſt: quæ res alio reſpectu ad* Materiã *quoq;* Peregrinationis *referri poſſunt.* Peregrinatio Prag*matica dicatur in genere.* Vide *ſignum bb.*
  - Multiplex. Pe*regrinatio* Multiplex, *hoc eſt, propter uarios fines inſtituta dici poterit.* Sic Anacharſis *& ſapientiæ & religionis & morum cauſa è media* Scythia Athenas *uenit.* Sic Lycurgus *& ſuorum inuidiæ declinandæ, & legum cognoſcendarum, &* Homeri *poematum, quæ apud* Cleophyli *poſteros in* Creta *aſſeruabantur, conſequendorum, & ſapientiæ ab* Aegyptijs *ſacerdotibus diſcendæ cauſa peregrinatus memoratur.*
- Poſteriori, *nimirum à* Succeſſu. *Aut enim finem ſuum*
  - Conſequitur, *& eatenus* Fortunata *eſt, & laude digna. Qualis fuit* Deucalionis *olim &* Cephali *ad* Leucadiam *inſulam, qui ſaltu de petra in ſubiectũ mare facto ab amoris æſtu liberati ſunt. Talis quoq;* Hiſpani *illius, qui cùm morbi gallici remediũ ex natiuo ſuo loco petendũ crederet, in* America *& morbi ſolutionem reperit, & eiuſdem depellendi rationem primus noſtro orbi per uſum guaiaci commonſtrauit, dignus profectò cuius nomen literarum monumentis conſecretur.*
  - Non *conſequitur.* Infortunata, Irrita, Laudis expers. *αἰσχρὸν μὲν δηρὸν μίμνειν, κενεὸν δὲ νέεσθαι, inquit a*pud Homerum Agamemnon. Sappho *&* Calyce *uirili ſaltu de* Leucade *præcipites interiere.* De Friderico Ciliæ *comite, luxus & luxuriæ mancipio nobiliß.* Aeneas Syluius *ſcribit, religionis cauſa ad* Apo*ſtolorum limina profectum, nihilo meliorem reuerſum, à ſuis iccirco reprehenſum, reſpondiſſe:* Etiam *ſutor meus* Roma *reuerſus ad ſutrinam rediit.*

aa. Peregrinatio *inſtituta ob*

- Veri *cognitionem*
  - Theoricam, *Philoſophica dicatur in genere, ſiue ſit*
    - Logica, *propter* Linguas *acroamaticas, propter* Rationis *acumen, propter* Orationis *elegantiam.*
    - Philoſophica *propriè dicta,* Naturalis, *Mathematica,* Diuina, *Moralis.*
  - Hiſtoricam, *uel*
    - Grámaticá, *propter linguas exotericas.*
    - Medicam, *Medica nuncupetur.*
    - Mathematicá, *Aſtrologica erit,* Geo*metrica, Muſica, Arithmetica.*
    - Diuinam. Huc Religioſæ *&* Superſtitio*ſæ & magorũ* Impiæ *peregrinationes.*
    - Ethicá, *Hiſtorica dicatur* κατ' ἐξοχὴν.
    - Mechanicam, *Mechanica uocetur.*
- Boni *alicuius adeptionem, quod tale ſit uel*
  - Per *ſe, nempe uel*
    - Honeſtum, *Honeſta.*
    - Iucundum, *Voluptuaria. Qualis* Hippolytæ *Amazonis ad* Theſeum, *ſecundùm quoſdam: item alterius* Amazonum *reginæ ad* Alexandrum Magnũ: Iſabellæ *Fuſcæ* Luchini Vicecomitis *Mediolanenſium uxoris ſecundo* Pado Venetias.
  - Propter *aliud,* Vtile *nimirũ.* Peregrinatio
    - Practica, *alia*
      - Pacata. Talem Plato X. de Legib. *Theoris tribuit, ciuibus quinquagenarijs, qui peregrinando mores atq; leges aliorum explorarent, et cum* Rep. *ſua conferrent.*
      - Bellica, *Militaris.*
    - Mechanica, *Mercatorum, uel quorumuis aliorum.*

bb. Res

bb. Res qualiſcunque quam peregrinãdo uel Intelligentia & Cognitione per Viſum et Auditum, uel Iure dominij et Poſſeſsione ſuam facere ſtudet, cõſiderari poteſt uel

- Per ſe, cùm ſit uel
  - Inanimis. Vide ſignum cc.
  - Animata
    - Stirps. Peregrinatio Herbaria. Βοτανολογική.
    - Bellua. ſeu uiuat
      - Seorſim.
      - Gregatim in Paſcuis, Stabulis, Emporijs.
    - Homo
      - Per ſe, quocunque genere boni maliúe clarus.
      - Ratione Cõmunitatis
        - Publicæ
          - Sacræ in Eccleſia.
          - Profanæ. Cõſideratio, inſpectio
            - Academica, Scholarũ.
            - Politica, Rerumpublicarum.
        - Priuatæ, Amicitiæ nimirum.
- Per accidens, reſpectu
  - Motus tum
    - Proprij, quo ad Rei
      - Ortum.
      - Incrementum.
      - Statum.
      - Interitum.
    - Alieni. Quæ uel dicta, uel facta illuſtrarint rẽ illam.
  - Loci. Res ob loci mutationem ſpectandæ, de loco in locum uel naturæ uel artis miniſterio translatæ.
  - Temporis. Res
    - Antiquæ, Peregrinatio Antiquaria.
    - Nouæ.

cc. Res

cc.
Res *inanimis alia conſtat*
- Natura. *Peregrinatio propoſitam habens cognitionem rerum naturalium in*
  - Genere, *utputa* Regionum, *Chorica dicatur.*
  - Specie
    - Montium. Promontoriorũ.
    - Syluarum. Camporum.
    - Fluminum. Fontium.
    - Lacuum. Marium.
- Arte: *ſiue ut*
  - Locus. *Peregrinatio ſuſcepta cauſa ædificiorũ in*
    - Genere, *Architectonicæ tũ*
      - Vrbium. Oppidorũ.
      - Pagorum. Vicorum.
      - Arcium. Caſtellorũ.
    - Specie
      - Theatrorum. Circorum.
      - Portuum. Naualium.
      - Pontium. Turrium.
      - Propugnaculorum.
      - Armariorũ. Thermarum.
      - Aerariorum. Domorum.
      - Baſilicarum. Curiarum.
  - Locatum. *Peregrinatio inſtituta propter*
    - Statuas. *Statuaria.*
    - Libros *in*
      - Officinis *proſtantes.*
      - Bibliothecis *latentes.*
    - Supellectilem *Oeconomicã, Politicam, tã pace quàm bello, Mechanicam quamuis.*

II. Reſpectu

- II. Reſpectu Efficiẽtis Peregrinatio quocũq; nomine ſuſcepta quo ad eorum qui peregrinãtur
  - Qualitatẽ dependẽtẽ à bonis maliſue
    - Animi uel erit
      - Philoſophica, in
        - Genere, tum
          - Doctorum, *Profeſſorum.*
          - Diſcipulorum, *quos Studioſos κατ' ἐξοχὴν uocamus.*
        - Specie
          - Theologorum.
          - Medicorum.
          - Iureconſultorum.
      - Mechanica. *Nempe*
        - Militaris, *Caſtrenſis.*
        - Tabellaria, *Nuntiorum & Veredariorum.*
        - Mercatorum.
    - Corporis, *alia erit Sanorum, alia Aegrorum.*
    - Fortunæ *alia eſt reſpectu*
      - Dignitatis
        - Regum, *Principum*
        - Legatorum.
      - Opulentiæ
        - Diuitum,
        - Pauperum.
  - Quantitatem, *aut eſt*
    - Multorum *ſimul.*
    - Paucorum.
  - Voluntatem, *uel eſt*
    - Spontanea.
    - Coacta, *ſiue illa fiat in locum*
      - Certum *per*
        - Relegationem.
        - Deportationẽ.
      - Incertum. *Exilium propriè.*

- III. Ab *internis cauſis differẽtiæ peregrinationum ſumuntur: nimirũ à*
  - For*ma, quo ad motũ*
    - Cor*poris, Peregrinatio per*
      - Aeré.
      - Aquã
        - Liquidam, *Nauigatio.*
        - Concretam, *Profectio Glacialis.*
      - Terram, *Terreſtris, uel*
        - Pedaria.
        - Equeſtris.
    - Animi. *Qui peregrinando ad finem ſuum, quem concepit, uel*
      - Dirigit *omnia. Prudens peregrinatio.*
      - Non *dirigit. Stulta peregrinatio.*
  - Mate*ria, à loci ſcilicet*
    - Extre*mis. Nimirũ à termino*
      - A quo. *In locum, unde egreditur, uel*
        - Redit.
        - Nõ *redit, uel*
          - Volũtate. *Sic Abrahamus in Cananæa remanſit. Lycurgus Apollinis oraculo leges ſuas confirmaturus, cũ ciues ſacramẽto adegiſſet, nihil de Reip. cõſtitutione ante ſuũ reditũ mutaturos, Delphos abijt, ſortes Spartã miſit, dehinc ſub peregrinationis ſpecie in Cretã profectus, inedia ſibi mortẽ cõſciuit, cineres ſuos in mare abijci præcepit, ne ijs forté in patriam reuectis, ciues ſacramenti religione ſe ſolutos arbitrarentur.*
          - Neceſsitate, *uel humana uel diuina.*
      - Ad quẽ, *uel*
        - Certo.
        - Incerto. *Errores potius, quàm peregrinationes dici merentur.*
    - Me*dio ſpacio, ſecũdùm*
      - Quantitatem. *Peregrinatio*
        - Longinqua.
        - Propinqua.
      - Qualitatẽ. *Peregrinatio reſpectu*
        - Rerum *ad peregrinandum commodarũ uel eſt* Cõmoda, *uel* Incõmoda.
        - Perſonarũ *peregrinantium ſecuritatis, uel eſt* Secura, *uel* Periculoſa.

METHODI APODEMICAE LIB. II.

DE PRAECEPTIS PEREgrinationum tum uniuerſim, tum ſingillatim.

IN Theoria Cauſarũ & Accidentiũ Peregrinationis, Specierum quinetiã ex prædictis fontibus deſumptarum, ſuperiore libro uerſati ſumus. Nũc ad Praxin accedamus, cuius methodus Practica eſt, & Actioni commodat: uti ſuperior illa Theorica erat, & Cognitioni inſeruiebat. Communia aũt præcepta, omnibus aut certè pleriſq; ſpecierum differentijs ex æquo conuenientia, ſingularibus ſpecierum prçceptis, ex methodicæ doctrinæ præſcripto, erũt præmittenda. Etſi uerò perdifficile eſt in tanta ſtudiorum morumq; diuerſitate certi quippiam, quod legis inſtar eſſe queat, in medium proferre, nullis præſertim, aut certè exilibus admodum ſuperiorum ſcriptorum auxilijs ſuffultos: adeoq; Lycurgi & Solonis, quiq; illos ætate & dignitate anteceſsit, Minois exemplo, auctoritate ſacra Præceptis apodemicis auctoritatem conciliare operæpreciũ foret: tamen ne in ijs quæ difficilia ſunt uel ſuperandis, uel ſaltem adæquandis, animum uideamur deſpondiſſe, quę in rem præſentem conferent, pro noſtri ingenij modulo, in medium depromemus. In multis forſitan obſcuri, quandoquidem leges ipſa commendat breuitas: in multis manci. Sed quibus & otium erit, & experientia ſingularium Peregrinationum aderit, ijs, ſi uel obſeruationes ſuas nobis communicare, uel noſtras corrigere, aut ſaltem augere & amplificare uoluerint, utroq; ſanè modo multum nos debere libenter fatebimur.

De Præceptis COMMVNIB. Peregrinationum.

CAP. I.

PRAECEPTA peregrinationū communia, & uel omnibus, uel ſaltē pleriſq; ſpeciebus commodantia, alia quidem reſpiciunt ipſam

- **Itionem.** *Vide ſignum* I.
- **Commorationem.** *Eadem ferè cum ſuperioribus. Vnum tamen uel hîc inprimis obſeruandum, uti tuorum rationem habeas, & quos pro te ſollicitos eſſe noſti, nulla occaſione neglecta tuis ſubinde literis exhilares. Ab omni humanitate alieni, qui ut maiorem peregrinitatis auctoritatem comparent, ubi nam terrarū uagentur, nec ipſi parentibus indicare, nec ab alijs indicari uolunt, digni qui uel nullos, uel aliquando ſimiles nanciſcantur liberos. Theſeus immemor mandati de uelo, ſi uictor rediret, mutando, Aegeum patrem de filij ſalute deſperantē ad præcipitium adegit: dignus proinde, qui optimo filio Hippolyto, falſis nouercæ calumnijs circumuento fuerit priuatus.*
- **Reditionem.** *Domum reuerſus ad tuos, quā tocyus potes peregrinitatē omnem exuito, ne nouitatis ſtudio, ut peregrina diſceres, uernacula dediſceres, uideare peregrinatus. Ergo*
  - **Amicitias** *priores repete, uiſitando, ſalutando: ut fidei tuæ erga abſentes præſenti obſeruantia fidem facias.*
  - **Mores** *patrios retine. Anacharſis Scytha domi ſacra Græco more faciens, à fratre rege interemptus eſt.*
  - **Linguam** *uernaculam, quantum licet, imitare.*
  - **Veſtitu** *te non magis φιλόξενον, quàm φιλοπατρίδα eſſe oſtendito: ne qui peregrinos habitu peregrino foris offendere nouiſti, populares ueſtitu inſolente uel ad irridendum, uel ad calumniandū incites. Alexander Magnus Perſarū opibus euerſis, patrio habitu repudiato, Barbarico uti cœpit. Hoc illi propter potentiam licuit, cum maxima tamen Macedonū indignatione. Gratianus Auguſtus quòd Alanorū non ſatellitio tantùm, ſed ueſtitu quoq; & armis uteretur, deſertus à ſuis, à Maximo tyranno cæſus fuit.*
  - **Numos** *etiā peregrinos, ex Platonis conſilio, V. de Legibus, in patrios commutato, ne quorum monetam ſeruas, eorundem quoq; mores ſeruaſſe uidearis.*
  - **Errores** *& obſeruationes tuas nec ubicunq; nec quibuſcunq; narrato, ne ἀλαζονείας crimē incurras, & cum planis certare uidearis. Narrationes profectò emblematum inſtar non perpetuæ, ſed ſuo loco atq; tempori accōmodatæ eſſe debent: niſi eas continuata ſerie explicari maiorum auctoritas iubeat.*

I. Itionis

- I. Itionis præcepta alia pertinēt ad
  - Cauſas ipſas, nimirū ad
    - Finem. De hoc diu multumq; cogitet, & prudentium quoq; amicorum conſilio utatur, quiſquis peregrinari in animum inducet. Plato XII. de Legibus nullum θεωρὸν (ſic autem appellat ciues ſuos morum cauſa peregrinantes) abſque Νομοφυλάκων ſcitu permiſſuq; peregrinari ſinit. Deliberabit ergo diu de eo quod ſtatuendum eſt ſemel, tum an ſuſcipienda
      - Non ſit. Nam ſi ea quæ petit, domi ſuæ felicius quàm ex peregrinis locis haurire queat, cum Socrate Athenis philoſophari, & uiua ſuorum potius, quàm exterorum exempla intueri malit, ne pede quidem extra patriam elato. οὐ γὰρ τὰ χωρία καὶ τὰ δένδρα, ἀλλ' οἱ ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι διδάσκειν θέλουσι, inquit ille. Sic Ælianus Prænestinus patrij moris obſeruantiſs. nunquam extra Italiam peregrinatus eſt, mare ne norat quidem: & Pomp. Lætus Romæ ſemper hæſit, ex ipſius urbis ruderibus antiquæ uirtutis quædam ueluti ſpiramina ſeſe percipere, quæ uiuis exemplis è toto orbe petitis præſtarent, maiore fortaſsis affectu quàm iudicio aſſerens.
      - Sit, Quomodo, Quando, Cum quib. Quò, Cur,
    - Efficientem. Vide ſignum II.
  - Accidentia: uidelicet ad
    - Tempus. Vide ſignum III.
    - Motum quemuis alium accidentalem. Qui cùm in noſtra non ſit poteſtate, à numine aſsiduis precib. impetrandum erit, ut honeſtæ potius & felices, quàm inhoneſtæ & infelices tum agendi tum patiendi occaſiones offerãtur. Illud proinde ſemper in ore habeamus:

      Χ[illegible] θεὸς τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένων καὶ ἀνεύκτων
      ἄμμι διδοῦ τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπορύνοις.

II. **Efficientem** *conſideramus tum*

- **Principem**, *eũ ſcilicet, qui pereгrinatur, quatenus in eo tãquam homine ad hunc motũ rectè ſuſcipiendum, dextrè obeundum, feliciterq́; perficiendũ, bona requirũtur tum animi, tũ corporis.* Proinde Socrates *cuidã conquerenti,* Nihil *ſibi profuiſſe peregrinationes:* Te *cũ ergo peregrinabaris, inquit: argutè innuens, corpore ita peregrinandũ eſſe, uti mẽte tibi ſemper adſis in ijs, quæ par eſt, obſeruandis.* Requiruntur *ergo in peregrinante bona*
  - **Animi** *partim*
    - Λογικὰ, *tum*
      - **Primaria.** Vide A.
      - **Secundaria**, INTERPRETATIO *ipſa, quæ quidem fit per obiecta*
        - **Auditus**, *per* Vocem *ſiue* Orationẽ, *qua uel ipſummet peregrinantem præditum eſſe oportet, ut & intelligere alios, & ab alijs intelligi poſſit: uel ſaltẽ eos ductores comitcſue habere, quorum arte utatur.* Profuerit *ſanè uocabula rerum maximè neceſſariarum* (*quod ex* Petri Rami *ſententia* Galli Paragoinum *dicunt, panis & uini appellatione reliqua omnia comprehendentes.*) *formulas item ſalutandi, pſittaci inſtar, memoriter tenere, ne omnino peregrinus appareat, & ob idipſum uel contemptui, uel iniuriæ magis fiat obnoxius.*
        - **Viſus**, *ut per*
          - **Notas**, *per literas* Scribẽdo. Ergo *atramentum, calamos, chartam ſecum ferat.* Atq; *adeo* Ephemerides *cõpendioſiſsima forma conficiat, in quibus ſingulorum dierũ ſtationes, theamata, acroamata breuiter annotet, ſummã aliquando uoluptatem ex recognitione hac percepturus.* Horatius *in* Sermonibus *iter* Brunduſinum *ſuum elegãter deſcribit, & ſpecimen quoddam* Itinerarij *nobis eo loci proponit.*
          - **Formas**, *pingendo.* Sic *pictura non parum cõmoda in delineandis ædificijs, terris, plãtis, animalib. locorũ ſitubus.*
    - Ηθικά. *Vide inſeq.* B.
  - **Corporis.** Vide *ſignum* C.
- **Inſtrumentalem.** Vide *ſignum* D.

A. In

A. In peregrinante quo ad animũ Primariò requiritur Rationis uſus, ſiue natura inſitus, ſiue arte directus, tum

- Per ſe, ut peregrinando ratione uti
  - Velit. *Sit proinde diligens, curioſus, induſtrius. φιλίστωρ eſto, qui πολυΐστωρ eſſe deſiderat.*
  - Sciat & intelligat. *Sit igitur intelligens, ut iam inter bonum & malum diſtinguere norit. Nam cùm uel à philoſophiæ moralis auditione pueros arceat* Ariſtoteles, *quòd ad actionem adhuc ſint inepti: quantopere ridiculi erunt illi, qui liberos in pueritia peregrinatum mittunt?* Neq; *enim ante annos prudentia, uix cum annis uenit.* Sic in Odyſſea Telemachus *iuuenis, materna educatione uſus, ſine fructu peregrinatur.*
  - Poſsit. *Ea ergo adminicula externa ſibi comparet, quæ opportuna erunt: nimirum ad cognitionem*
    - Locorum, *uel* Locatorum, Itineraria, *item* Tabellas *chorographicas,* Quibus *deſtituti* Græci *in prima expeditione* Troiana *cùm id unum ſcirent,* Ilium *in* Aſia *eſſe, turpiſſimè impegerunt,* Myſorum *agrum, ac ſi* Troianus *eſſet, depopulantes: ut* Pauſanias *in* Atticis. Rectius Alcibiades *ad* Siciliēſem *expeditionem chorographicis tabellis* Athenienſem *populum, teſte* Plutarcho, *inflammauit.*
    - Horarum, *Gnomonem heliacũ uel machinarium: niſi* Scioterici *manualis cognitionem habeat.*
- Reſpectu *aliorum, à quibus diſcere poteſt atq; debet. Ergo magiſtros*
  - Mutos *diligenter legat.* ἀνάγνωσις *hæc eſt.*
  - Vocales &
    - Modeſtè *conſulat, neq; uel à pueris diſcere erubeſcat.* φιλομαθεία, ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθὴς, *teſte* Iſocrate.
    - Diligenter & *attentè audiat.* ἀκρόασις.

- B. Homini respectu
  - Rerum obiectarum tum
    - **Malarum.** Sit Fortis, Tolerans: non temerarius, non timidus.
    - **Iucundarum.** Quo ad alimenta & uenerea Temperans eſto, non uinoſus, non laſciuus: luxus & luxuriæ expers.
  - Perſonarum, tum
    - Hominū, quibuſcum uerſatur, ſtudeat
      - Veritati, quo ad res ipſas, in dictis atque factis, tum
        - **Suis.** De ſe ſuiſq; quàm parciſſimè & apud pauciſſimos loquatur. Apud Homerū Vlyſſes non niſi ab Alcinoo inuitatus errores ſuos narrat. Eundem Æneas apud Maronem imitatur. Conſilia ſua celet, præterquam eos, quos ſcire æquum eſt. Nec opes, nec eruditionē ſuam iactitet. Stupidiſſimi illi, qui uel ueſtitu uel comitatu priuatus opes oſtentando, nefariorum hominum iniuriæ ſe uelut eſcam obijciunt. Sigfridus Moguntinus, Guntherus Babenbergenſis, Otho Ratiſponēſis, Gulielmus Traiectenſis epiſcopi anno 1064. precum cauſa Hieroſolymos profecti, dum magnificentiæ quàm pietatis maiorē curā habent, ab Arabibus ad Romulū malè multati fuere.
        - Alienis, uel
          - **Cognoſcendis.** Cauēda curioſitas, præſertim cum temeritate coniuncta. Acarnanes duo iuuenes cùm Eleuſinia ſacra profani ſpectaſſent, uiolatæ religionis nomine cæſi ſunt. Eorum populares Philippo Macedoniæ rege in ſocietatem pertracto bellum Athenienſib. intulere. Hæc Macedonici belli à P. Æmilio tādem, capto rege Perſeo, cōfecti ſeminaria fuere, teſte Liuio, Dec. 4. lib. 1. D. Paulus taciturnus tēpla Athenieſiū perluſtrabat, non ſtatuas furiosè deijciēdo, ſed aræ ignoto Deo extructæ occaſiōe Chriſtū placidè docēdo.
          - **Iudicandis.** In aliena domo mutum & ſurdum eſſe oportet, inquit ille: multo magis in regione aliena. Obſeruet, non reprehēdat uel mores, uel (quod cū periculo etiam ſummo coniunctū eſt) religionē. Nam qui hîc fraternitatis legem in religione quibuſuis cōmunicanda urgent, uidentur illi ſanè pio hoc facere zelo, ſed nulla uocationis cuiusq; ratione habita. Salubre eſt Heſiodianum illud: μήτ' ἱεροῖσιν ἐπ' αἰθομένοισι κυρήσας μωμεύειν ἀΐδηλα, θεῶν μὴ μῶμον ἀνάψῃς.
      - **Iucunditati,** quo ad Perſonas. Vide †
    - **Dei.** Vide ††

† Iucun-

† Iucunditas cõuerſationis requiritur erga Perſonas

- Peregrinas, *in conuerſatione tum*
  - Seria. Ergo
    - Officioſus & humanus eſto morib. alloquio, erga quos honeſtè debet atq; poteſt, tum
      - Intra *contubernium, erga hoſpitem ſuum, erga liberos eiuſdem, erga ſeruos, erga contubernales.*
      - Extra *contubernium, erga*
        - Alienos. *Quod quidem fiet partim*
          - Humanitate, *Affabilitate, φιλοπροσηγορίᾳ & εὐπροσηγορίᾳ.*
          - Accommodatione *morũ, linguæ, ueſtitus, uictus, cultus.* Eapropter *Homerus* Vlyſſem *ſuum* πολύτροπον *uocat. Quid enim ſtultius, quàm, quod multi ſolent, morum inſolentia, licet paterna, eos quibus cum foris uiuas, uel ad irridendum, uel ad infeſtandum accendere?*
        - Populares, *cõſilij uel auxilij indigos.* Nam *qui in patria ciuis tantùm erat, foris etiam fratris loco complectendus erit. Quandoquidem ciuilis ſocietatis, quæ tibi cum illo intercedit fides, in regione peregrina, propter aliorum ciuium abſentiam, & hominum ignotorum præſentiam, ipſius honeſtatis ductu tuam opem implorare uidetur, non priuato tantùm, ſed &* Reip. *ueſtræ nomine, cuius uos ſpeciem quandam refertis.*
    - Modeſtiam *liberalem præ ſe ferat, pudorem ruſticum abijciat. Anacharſidis in petendo* Solonis *hoſpitio cõſtantia, uirum ſapientiſſ. homini peregrino & quidem* Scythæ *conciliauit.*
  - Ludicra. *Parcus in ridendis alijs. Scommata aliorum ipſe æquo ferat animo. Ludo honeſto frugaliter utatur, cùm non otij, ſed negotij cauſa peregrinationem ſuſceperit, & eo quidem cum notis: cum ignotis minimè, ne, ut ſæpè fit, per ludum uel ingenium uel pecuniam improbis ſpeculatoribus prodere cogatur.*
- Ciues. *Nimirum ut &*
  - Inimici *reconcilientur, ne abſentibus uel uelint uel poſſint nocere.* P. Craſſus *ad bellum profecturus* Parthicum, Ciceroni *tanto ſtudio recõciliatus eſt, ut eo ipſo die cum illo cœnare uoluerit.*
  - Amicis
    - Vale *dicatur.*
    - Salutes *crebrò uel per literas, uel per nuntios mittantur, ne* ἀπροσηγορία *mutuæ beneuolentiæ remiſſionem inuehat.*

††

Deus *actionum omnium humanarum moderator, ut domi, ſic multò magis foris colendus erit, tum*

- **Interna** *animi pietate, ut quātum patrio & ſincero cultui propter incōmoditatem peregrinationis decedit, tantū internæ pietati accedat: partim*
  - **Deum** *ob bona*
    - **Præſentia** *laudando & extollendo.*
    - **Futura,** *ob felicem ſucceſſum reditumq́; iugiter precando.*
    - **Præterita** *celebrando. Quod ſacrificium laudis eſt.*
  - **Noſipſos** *humiliando, peccata confitendo, & ueniam à Deo rogando.*
- **Externo** *operum cultu, quo ad*
  - **Homines,** *erga*
    - **Omnes** *mortales pia manſuetudine.*
    - **Pauperes** *benignitate chriſtiana, ut riuuli ex peregrinationis etiam noſtræ fontibus in pauperes, ubiuis terrarum Dei miſericordiam expectantes, deriuentur.*
    - **Sacros** *homines digna reuerentia, ob id unū uel maximè quòd Deo ſint dicati.*
  - **Loca** *ſacra, quorum conſpectus uel ad apertam numinis adorationem, ſi per pietatem & mores eius loci licet, uel ſaltem ad tacitam uenerationem inuitare debet.*
  - **Dies** *feſtos, ſanctificatione ea quam loci in quo peregrinamur conſuetudo admittit. Antiochus Magnus Syriæ rex Hieroſolymam obſidens, per feſtos Tabernaculorum dies, non modò ſeptem dierum inducias obſeſſis dedit, uerumetiam taurum auratis cornibus cum aureis uaſis & copioſo thure ad urbis portas ſuo nomine deo offerendum miſit. Ioſephus.*

- C. Huc ergo pertinent bona corporis
  - Primaria: tum
    - Sanitatis
      - Poſſeſsio. *Corpore ſit integro.*
      - Conſeruatio, in
        - Genere *quidem* Hippocrateo *hocce oraculo comprehenſa, ἄσκησις ὑγιέης ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων.* Non *obrui alimento, non exolui exercitio,* Sanitatis *regula.*
        - Specie, *ſex* Rerum *nõ naturalium ambitu comprehenſa.* Vide *ſignum aa.*
    - Functionum robur &
      - Actiuarum, *tum*
        - Animaliũ quoad
          - Senſum. *Viſus & Auditus perſpicacia polleat.*
          - Motum in
            - Genere. *Robuſto ſit corpore præditus.*
            - Specie
              - Pedibus *ualeat.*
              - Natandi *peritus eſto. ἐμπειρία enim iſta in nauigando plurimũ confidentiæ afferre poteſt.*
        - Vitalium.
        - Naturalium. *Concoctrix præſertim & Expultrix facultas ſit ualida, ut ne motus aſsiduitate uel turbetur, uel corrumpatur facilè. Sin quid in his errati contingat, ne neglecta ulterius morborum excreſcant ſemina, cura medica prouidendum.*
      - Paſsiuarum, *ne facilè externis cauſis morbificis ſuccumbat. Cerebri propter externum aerem, ſtomachi propter peregrinos cibos firmitas requiritur.*
  - Secundaria. *Vide ſignum aa.*

aa. **Diæta** *uniuerſim dicta ſubdiuiditur in ea quæ*

- Extra *hominem ſunt, & Προσφερόμενα dicũtur, ſiue corpus*
  - Ingre- *diantur. nempe*
    - Subtiliora *quo ad*
      - Subſtãtiam, *quando aeri permiſcetur*
        - Nebula. Fumus.
        - Puluis. Ergo
          - Os *faſcia ueletur.*
          - Oculi *ſpecilijs tegantur.*
      - Qualitatem
        - Manifeſtam, *calidam, frigidámue. Quæ uitari nequeãt, perferantur.*
        - Occultam *& peſtilentem. Priuſquam iter mane ingrediatur acratiſmate utatur, ſi aſſueuit: ſin minus, trochiſcis uel ſeminibus, uel radicibus facilè parabilib. ad ſpiritus corroborandos idoneis.*
    - Solidiora *uel*
      - Alimenta, *reſpectu*
        - Quantitatis. *In uictu frugalis eſto, in prandio præſertim: ne cruditas iugi exercitio adaucta grauiſs. morborum ſeminaria pariat.*
        - Qualitatis. *A' patrio uictu ad peregrinum pedetentim non cõfeſtim tranſgreditor.*
      - Medicamenta.
  - Non *ingrediantur.* Vide *ſignum bb.*
- In *homine ſunt, ab innata poteſtate agendi, patiendíue, & Πόνου appellatione ab* Hip. *comprehenduntur: cui contraria eſt ἀνάπαυσις.* Vide *ſignum cc.*

bb. Sunt

bb. **Sunt** *quæ corpus non ingrediuntur, licet uires illorum corpori cõmunicẽtur, dũ corpus*

- **Circumſtant:** *ut eſt*
  - **Aer.** *Aeris igitur intemperiem*
    - **Vitet,** *ſi poteſt, hyeme matutinum & ueſpertinum frigus, æſtate meridianum æſtum, & nocturnum quoq; frigus.*
    - **Perferat**
      - **Calidam** *tum*
        - **Capitis,** *Galero leui, alto, atq; lato, quẽ Petaſum propriè dicunt. Extremæ molitiei ſunt umbracula nuper admodum in Italia ab equitãtibus uſurpari cepta.*
        - **Reliqui** *corporis, cùm uehemẽter incaluerit, ne ſtatim ſe ſe aeri frigido exponat, ſed uel ueſtimentis tectus quieſcat, uel continuato motu, ſed ſenſim decreſcẽte, ad alterũ extremũ, refrigerationis ſcilicet, perueniat.*
      - **Frigidam,** *munitis probè membris principibus, capite ſcilicet, thorace itẽ & uẽtre, cùm aliâs, tum præſertim faſcia oblonga (quæ cõcuſsioni etiã cõducit) pedibus itẽ & manib.*
  - **Veſtimenta.** *De quibus ſub Inſtrumentis paulò poſt.*
- **Locant.** *Loca ipſa & Diuerſoria in*
  - **Genere**
    - Secura
    - Fida.
    - Munda.
  - **Specie:**
    - Cubicula.
    - Lecti *mundi. Hîc emunctæ naris homine in lodicibus dignoſcendis opus eſt.*
    - Stabula.

cc. Ὁδοῦ appellatione comprehendimus in

- **Genere,** Somnum et Vigiliam. Ergo
  - A' Somno *diurno, in herba præſertim aut fœno recenti, corpore æſtuante, abſtineat.*
  - Per *ſummũm frigus ſomnum ceu mortis fratrem & proxenetam ſuſpectum habeat.*
  - Somnus *nocturnus tantus eſto, quantum concoctricis neceſſitas exigit.*
  - Linteamina, *ceruicalia munda ſunto, atq; ut haberi poſſint nulli ſumptui parcito. Si non poſſunt, ſudario ceruicale tegito, nocturnam epibolen in eos uſus paratam induitor.*
- **Specie,** quo ad
  - **Animũ,** ipſos Affectus. Proinde
    - Hilaritate *narrationum, cantionumq; honeſtarũ itineris tædium ſubleuato.*
    - Comitem *iucundum uehiculi loco adhibeto.*
    - A' ſcurrilitate *in dictis atq; factis abſtineto, ob quam ſæpe multi ſeq; ſuosq; in extrema adduxere pericula.*
  - **Corpus,** Motum et Quietem, quatenus obnoxium eſt actionibus
    - Animalibus. Vide dd.
    - Vitalibus.
    - Naturalibus: tum
      - Cõcoctrici alimẽtorũ. Ergo
        - Flatus *fœniculi ſacchâro cõditi ſemine, uel gingibere cocto, uel quo alio ſimili diſſipato.*
        - Stomachum *uel pãno uel chartæ aliquot folijs ſcuti loco obiectis, quæ tũ apertis, tũ uerecundis alijs uſib. inſeruire queant, communito.*
      - Expultrici excrementorum:
        - Aluũ *quotidie fluidã habeto, præſertim cùm motus ipſe exiccare ſoleat.*
        - Sudorẽ *frigori cõfertim ne exponito, ſudarijs abſtergito, indusijs permutato.*

dd. Actioni-

dd. **Actionibus** *animalibus obnoxium eſt corpus tum*

- **Senſitiuis.**
- **Motiuis.** *Ergo quo ad*
  - **Motum,** *ipſius*
    - **Principium** *ſit remißius. Diurnũ iter ſenſim creſcat. Primis diebus minimè properandum.*
    - **Mediũ,** *ſit maximè æquabile: ſic enim minor defatigatio ſequetur.*
    - **Finem,** *uti creuit, ita decreſcat. Vltimis diebus minimè properandũ: ut motu ſenſim decreſcente homo ad priſtinum ſtatum ſecundùm naturam reſtituatur.*
  - **Quietem,** *ea inter peregrinandum*
    - **Cum** *ratione amplectẽda, ſiquidem ad id cõferat, ut ad motum redeat uel*
      - **Vegetior,** *tũ*
        - **Ipſemet.**
        - **Iumenta,** *quibus utitur.*
      - **Securior.** *Vt ſi quieſcendum ſit cauſa tempeſtatis, inſidiarum.*
      - **Doctior.** *Sic in locis certis immorandum, ut quæ illic uel auditu uel ſpectatu digna ſunt obſeruentur. Illi comites uitandi, qui corpore tantùm, non animo peregrinari ſciunt.*
    - **Abſq;** *ratione fugienda.*

ee. Inter

ee. Inter bona corporis ſecūdaria connumeratur

- **Ætas conueniens in**
  - **Genere**, *quæ & motū peregrinationis quoad corpus perferre poſſit, & ea ſit animi perſpicacia, ut fructum ex peregrinatione percipere queat.* Pueri ergo *& ſenes ineptiores, ætas media aptior.*
  - **Specie,** *pro diuerſo ſcopo alia atque alia ætas cōmodior.* Aetas *nāque*
    - **Tenerior**
      - **Apta** *ad* Spectandum, Apprehendendum, Imitandum *tum linguas tum mores peregrinos.*
      - **Inepta** *ad* Iudicandum *&* Seligendū, *adeo etiam ad* Cognoſcendū *ea quæ præter ſenſuum hiſtoriam* Rationis *inſuper diſcurſum requirunt.*
    - **Maturior in**
      - **Apprehenſione** *& obſeruatione eorum quæ percipiuntur.* Senſu, *quidem tardior eſt,* Ratione *uerò expeditior eſt.*
      - **Dijudicatione &**
        - **Certior** *ueriorq́;, quid ſequendum, quid fugiendū: quid bonū, quid malū.* Proinde Plato *theoros ſuos* L. *demum anno peregrinari iubet.*
        - **Conſtátior**, *cùm minus facilè alienorum morum cōtagio inficiatur.* Epidaurij *iccirco unū ætate grauē ſelegerunt, qui populariū nomine cū* Illyrijs *uicinis, quorū mores oderant, mercibus tamen carere poterant, quotannis negociaretur ſolus, quem* Poleten *iccirco dixere.*
- **Sexus.** *οἰκουρὸν fœminam ipſa natura eſſe uoluit.* Proinde *non niſi uel miſera uel petulans uel uirago, hoc eſt, uirilium ſtudiorum ſectatrix & imitatrix (quales in ſua* Rep. Plato *exoptabat, &* Herodotus Aegyptias *fuiſſe perhibet) peregrinatura uidetur.* Amazonum *tum* Scythicarum *tum* Africanarum *expeditiones notæ ſunt.* Eas *uoce* Germanica Auentinus Metzas *dici arbitratur, uiragines.* Lingua *ruſticana* Heluetij Meitſchas *appellant iuuenculas.*

D. Inſtru-

D. Inſtrumētorum nomine cōprehēditur

- **Sumptus.** *Quibus* Pe*cunia*
  - **Ad***eſt, curā eius habeāt quo ad*
    - *Κτῆσιν in*
      - **Comparando,** *Quanta, Qualis, aurea, argentea, &c.* Extat *libellus gallicè ſcriptus, qua quis ratione per omnes chriſtiani orbis prouincias, monetæ oportuna ſingulis in locis permutatione, maximo cū lucro peregrinari queat: ſed quæ mercatori & trapezitæ quàm peregrinanti magis conueniat, & propter pecuniæ æſtimationē ſubinde uariantē ſit admodū incerta.* Plato V. de Le*gib. ſuæ* Reip. *ciues priuata de cauſa peregrinantes pecuniā peregrinam è fiſco accipere: domum reuerſos, ſi quid ab ea foret reliqui, id bona fide fiſco reſtituere, patriam monetam recipere iubet.* Sub annum Chriſti 1458. Lu*cernenſis quidam* Conſtantiæ, *ubi baliſtariorum certamen indictum fuerat à* Rep. *cauponi ſatisfacturus, urſinum numum* Bernenſium *protulit.* Caupo *humanis non uaccinis aſsibus in ea urbe locum eſſe dicere, & multa amarulenter in* Heluetios, *quorum tunc nomen propter recens excuſſum* Auſtricorum *iugum in magna erat uirtutis exiſtimatione, cauillari.* Lucernēſes *armis hanc iniuriam uindicaturi,* Henrici *epiſcopi* Conſtantienſis *interceſsione placati fuere.*
      - **Cuſtodiendo.** *Vbi aſſeruanda, quibus committenda, quomodo occultanda.*
    - *Χρῆσιν.* *Quàm frugaliter, quàm cautè expendenda.*
  - **Non** *adeſt, ijs cum paupertate pugnandum eſt: ſed tamē quo grauiori premuntur onere, eò maiorē merebuntur laudem, ſi felici ſucceſſu peregrinationem abſoluerint. Quando proprijs non poſſunt, alienis uiuant ſumptibus, ea ſubeundo miniſteria, quæ ſuæ peregrinationis fini non ſint cōtraria. Sic qui ſtudia perſequuntur, famulari doctis, anagnoſten agere, pædagogias ſuſcipere, typographica etiam munia ſubire ne uereantur. Hæc olim meminiſſe iuuabit. Experto credite.*
- **Res** *cæteræ ad peregrinandū uel utiles uel planè neceſſariæ: tū*
  - **Animatæ,** *ut*
    - **Bruta** *cauſa*
      - **Itineris:** *ut Equi, Muli. Ab equiſonibus, agaſonibus tractandi, regendi, moderandiq́; præcepta hauriantur.*
      - **Securitatis.** *Canes ad defenſionem, non ad inuaſionem prompti ſunto. Sæpe alioqui canis ferocia & petulantia herum in præſens periculum deduxit.*
      - **Vigilantiæ.** *Sic gallis gallinaceis Germani utūtur milites.*
    - **Homines.** *Vide ſignum a.*
  - **Inanimatæ.** *Vide ſignum c.*

- a. **Homines** *qui conſeruant uel ad peregrinātis*
  - **Motū.** Tales *ſunt itineris*
    - **Duces**, *ut iter*
      - **Monſtrent**, *ὁδηγοί, tanquàm oculi peregrinantis. Nō quiuis aſſumendi: aſſumpti liberaliter & benignè tractandi. Riſaces equiſo exercitum Perſarum in ſolitudinem deduxit. Imperitus ductor Hannibalem in ſaltum Caßinatem coniecit. Telephus Græcorum exercitum ad Troiam duxit, Ilium in Myſia quærentium propter geographiæ imperitiam: etſi Hom. Calchantem dicat ἡγήσασθαι ἀχαιῶν ἴλιον ἔσω ἣν διὰ μαντοσύνην.*
      - **Promoueāt.** *Quales ſunt*
        - Aurigæ,
        - Equiſones,
        - Muliones,
        - Veredarij,
        - Nautæ.
      - **Tueantur** *& defendant. Protectores, Deductores.*
      - (*Promoueāt* and *Tueantur*:) Hi *tanquàm canes famelici lucro inhiantes uel exiguo bolo placari poſſunt, blandis inſuper uerbis in officio retineri: aliaqui ſordiū per ſe ſtudioſi ſordes alienas iniquißima ferūt animo.*
    - **Comites.** *Vide ſignum b.*
  - **Quietem.** *Diuerſorijs*
    - **Frequentibus**, *& ſecuris, atq; etiam honeſtis, quantum eius fieri poteſt, utitor: tum exiſtimationis, tum etiam ſecuritatis cauſa. Nam in luſtris & ganeis morum quidem ſemper, ſæpe etiam opum iactura fit.*
    - **Deſertis** *& ſuſpectis, aut etiam inhoneſtis, ſi, ut ſæpè fortuitò contingit, uti cogare, tanto circumſpectior eſto in dictis ſimul atq; factis: cubiculi ſi tum ianuæq; fidem explorato: de peſſulo, de obice præſertim in eos uſus comparato, ſollicitus eſto. Cætera & prudentiæ cuiuſq; pro re nata, & diuinæ prouidentiæ permittenda.*

b. Comites

b. **Comites** *alij ſunt*

- **Alieni.** *Socij peregrinationis ſunto quo ad*
  - **Quantitatem** *ſiue Numerum, tot, uti neque multitudo moleſtum, neq; paucitas infeſtum reddat iter. Nõ ſecus atq; in conuiuijs. Aliæ regiones maiorem, aliæ minorem peregrinantium numerum in diuerſorijs et itineribus admittunt.*
  - **Qualitatem.** *Sunto*
    - **Iucundi,** *citra petulantiam. Iucundus comes in itinere pro uehiculo eſt.*
    - **Vtiles** *& oportuni, nec uel feſtinatione, uel tarditate ſua, uel ſcopi ſtudiorumq; diuerſitate moleſti.*
  - **Delectum,** *Certi potius & Delecti, quàm incerti & obiter coniuncti. Eorum certè, quos ſemel ſuſceperis, mores non tam oderis, quàm noueris, eosq; ueluti ſocios complectaris.*
  - **Locum,** *Perpetui potius comites, quàm interpolati, aut quotidie noui.*
- **Proprij,** *ſiue peregrinanti*
  - **Præſint.** *Præceptores ſunto, qui poßint, ſciant, uelint inſtituere, & ut* Homericus Phœnix *inquit,* ῥητῆρες ἐπέων, πρηκτῆρές τε ἔργων. *Qua in re mirum quantum peccetur, cùm pleriq; comites potius quàm præceptores ſuis adiungant liberis: mult. præceptorum loco ſeductores, uel auaritia uel ſtultitia excæcati.*
  - **Subſint.** *Famuli ſunto fidi, & obedientes, & modeſti.*

c. **Quo ad rerũ inanimatarum**

- Λῆψιν, Ea tantùm, ſine quib. eſſe nequit, adhibeantur, ſuperflua omnia reijciantur, quæ & impedimenta ſunt habẽti, & alienæ interdũ cupiditatis illectamẽta. Alexander Magnus in Indiam moturus flammã primus regijs plauſtris ſubdidit. Cuius exemplũ imitati Macedones, Perſica præda exonerati, ad bellum expeditiores ſunt redditi. Ergo
  - **Alimentorũ conſiderãda**
    - Κτῆσις. Sicubi diuertendi nulla eſt commoditas, cibaria nec paratu ſumptuoſa, nec conſeruatu operoſa pro ratione dierum atq; comitum aſſumito. Sic illi qui per ſolitudines iter faciunt, qui importuoſa maria uel flumina nauigant.
    - Χρῆσις:
      - **Cauponas** à conſueto uiuendi ritu minimũ alienas ſubintrato.
      - **Familiariſs.** & ſimpliciß. ciborum præparandorum modos domi diſcito, utputa iuſculorum, ouorum, piſcium, carniũ, fructuum: ne dũ ab imperito caupone malè paratos, aut ſaltem inſuetos urgente fame deuoras, uentriculi præſens ingluuies futuri morbi labe ſit expianda. Homerus certè Achillem in caſtris coquinariam exercentem introducere non eſt ueritus, in militari ſcilicet peregrinatione: & Antagoras Rhodius, qui Thebaida ſcripſit, in caſtris congrum coquebat.
  - **Veſtes.** Vide ſignum d.
  - **Libri**, codices ad peregrinandum idonei, Itineraria potiſſimũ cuiuſq; regionis. Qua in re Galli præ cæteris diligentes, qui totius ſui, quantumcunq; illud eſt, regni, quaquauerſum itinera deſcripſerunt.
  - **Arma** uarijs uſibus accommoda. Qualis apud Homerum eſt Vlyſſeus enſis, ad pugnandum, ad radices eruendas, ad ſcrobes fodiendas, ad ratem fabricandam idoneus. Tales erant Delphici olim gladij dicti.
- Φυλακὴν, partim
  - **Recenſeantur** ex catalogo in hoſpitij & ingreſſu & egreſſu, ſartáne ſint tectáq; omnia.
  - **Reficiantur** neceſſaria.
  - **Purgentur** ſordidata.
  - **Cuſtodienda** committantur, quæ cara ſunt, bonæ fidei hoſpiti.
  - **Locentur** in Bulgis, Vidulis, Thecis quinetiam, uarij generis inſtrumenta pro uario peregrinantis inſtituto continentibus. Imitandi hac in parte Chirurgi, multitudinem unguentorum compendioſis pharmacothecis includentes: & Vectores uinarij, arma omnigena ſecum citra impedimentum circumferentes. Sunt hac in re Germani ingenioſi admodum, ut non immeritò inter Tubalcaini poſteros connumerentur.

d. Veſtes

d.
Veſtes in

- **Genere,**
  - **Quales.**
    - Non *delicatæ: cordati atq; maſculi potius, quàm leuis, diſſoluti & muliebris animi indices.*
    - Populari *potius quàm peregrino habitu utēdum, etiam dum iter facis, quantum quidem licet. Nam qui moribus aliorum ſeſe conformare ſtudet, multo magis ueſtitu ijs ſimilis eſſe debet: ne ipſa ueſtitus inſolentia uel ob ſtultam in re leuicula conſtantiam ſeſe deridēdum propinet, uel improbis etiam ad inſidiandum anſam præbeat.*
  - **Quantæ.** *Quot. Neceſſitate definiendus eſt numerus atq; copia, non opulentia uel cupiditate.*
- **Specie** *ſunto aliæ*
  - **Diurnæ.** *In hunc cenſum ueniūt*
    - Petaſus, *Galerus, Sciadium.*
    - Subuculæ & *Sudaria munditiei & ſanitati etiam in ſudore excipiēdo conferentia. Quòd ſi multæ circūferri nequeant, inter mediam itineris quietem mundandas curato.*
    - Penula.
    - Caligæ, *Superfemoralia.*
    - Ocreæ, *Chirothecæ.*
    - Calcei.
  - **Nocturnæ.** *Epibole linea, reliquis ueſtibus (ubi ſuſpecta erit lectorum mundities) ſuperinduenda.*

III. Oraculum *extat Chriſti* Opt. Max. *optandum, ne extremorum malorum fuga, quæ* Iudæis *in urbe, cæteris mortalibus in orbis excidio imminebunt, uel hyeme uel ſabbatho ſuſcipiẽda ſit.* Tempus *numerus motus eſt.* Peregrinationem *igitur metitur, quatenus peregrinans mouetur in tempore*

- **Naturali,** *à motu ſuperiore ſiue cœleſti dependente.* Reſpectu *igitur temporis*
  - **Vniuerſalis**
    - **Annui,** *in regionib.*
      - **Temperatis,** Ver & Autumnus *peregrinationi aptiſſima tempora.*
      - **Intemperatis**
        - **Calidis,** *Hyems commodior.*
        - **Frigidis,** *opportunior*
          - **Aeſtas** *quoad aerẽ.*
          - **Hyems** *quoad uiam gelu ſolidatam.*
    - **Menſtrui,** Plenilunium & Nouilunium *interdum obſeruanda, præſertim in maritimis.*
  - **Particularis,** Diurni *ſcilicet &* Nocturni. *Vide ſignum* F.
- **Artificiali,** *à motu inferiore ſeu uoluntario & humano dependente, diebus ſcilicet feſtis uel profeſtis.* Peregrinari *eo die, qui* Feſtus *ſit ex religionis præſcripto*
  - **Propriæ,** Impium *eſt, niſi magna urgeat neceſſitas.* Sanctæ *proiñ meditationes, colloquia atque hymni iter ipſum condiant, ut mentis ſaltem exercitijs, quando corporis quiete non licet, ſabbathũ colatur.* Pudeat *uerò* Chriſtianos *hac in parte à* Iudæis *ſuperari.*
  - **Alienæ** *minimè tutũ eſt, & periculoſum inſuper, ſi profanatæ religionis peregrinæ crimen intentetur.*

F. Reſpectu

F.

Reſpectu *temporis particularis, in*

- **Genere** *quidem* Mora *fugienda.* Proinde Maturè
  - **Itineri** *ſeſe accingat.*
  - **Diuerſorium** *petat.*
- **Specie** *uerò quo ad*
  - **Diem,** *ratio habenda*
    - **Qualitatis** Partiũ. *Tempus*
      - **Antemeridianum** *&* Matutinum *æſtate commodius.* Vnde Heſiodus, *ἠὼς φαινομένη πολλοὺς ἐπέβησε κελεύθου, ἠώς τοι ἔργοιο (quinetiam ὁδοῦ) τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν.*
      - **Pomeridianũ** Hyeme *oportunius & ſalubrius.*
    - **Quantitatis** Horarũ, *eaq́; horologio uel ſolario uel mechanico examinãda.*
  - **Noctẽ.** *Huiuſce*
    - **Qualitatem,** *hoc eſt*
      - **Intẽperiem** *catarrhis obnoxij uitent.*
      - **Inſidias,** *ij qui periculorum à belluis, latronib. atq; lemuribus imminẽtium rationem habent, quantum licebit declinabunt.*
    - **Quantitatem,** *an rebus gerendis ſatis eſſe queat, explorent, qui nocturnũ quid moliuntur, exemplo* Cleomenis *Spartani, qui cùm non obſeruaret circa* Pleiadis *ortum breuiores eſſe noctes, occidente primùm ſole exercitum* Sparta *eduxit, & paulò ante ſolis ortum* Megalopolim *ueniens, non modò urbis nobiliß. per proditionem capiendæ facultatem amiſit, ſed & de ſumma rerum periclitatus eſt.*

De

De Præceptis PARTICVLARIBVS *Peregrinationum.* CAP. II.

PRAECEPTA *particularia* Peregrinationum, *ſpeciebus earundem accommodari debent.* Proinde *illas paucis reſumamus, uti* Capitū *ſeries ſit euidentior: eas ſcilicet quæ ſumūtur tum à*

- Cauſis, *uel*
  - Externis: *utputa à*
    - Fine. *Sic igitur præcepta* Pe*regrinationis*
      - Simplicis, *ſimplicia ſunt, non ita tamē ſimplicia, quin interdum finis prior ad poſteriorē referatur.* Sic V.G. *loci cognitio per ſe* Naturalis *hiſtoriæ propria, ipſo uſu uel* Mathematica, *uel* Politica, *uel* Bellica *euadere poteſt.* Academiæ *itidē inſpectio ad* Eruditionem, *hæc ad* Quæſtum, *ad* Gloriam, *ad* Vtilitate *publicā cōferet.* Huc ergo *præcepta peregrinationis quæ ſuſcipitur cauſa bonorū*
        - Animi: *ut puta cognitionis*
          - Linguarū.
          - Locorum.
          - Rerum, *quæ uel uiſu uel auditu dignæ locis inſunt.*
          - Morum.
          - Artium *mechanicarum.*
        - Corporis: *Sanitatis puta.*
        - Fortunæ. *Videlicet cauſa*
          - Opum.
          - Amicitiæ.
      - Multiplicis, *multiplicia, ex multis ſcilicet ſimplicibus congeſta dabuntur.*
    - Efficiente. *Vide ſignum* A.
  - Internis. *Vide ſignum* B.
- Accidentibus: *à*
  - Tempore. *Præcepta peregrinationis*
    - Tempeſtiuæ, *Intempeſtiuæ.*
    - Aeſtiuæ, *Hybernæ.*
  - Motu.

A. Præcepta

- A. Præcepta *alia reſpectu ſpecierū deſumptarū ab Efficiēte*
  - Princi*pe, conſiderato ſecūdùm*
    - Animi *habitum*
      - Theori*cum in*
        - Genere. *Præcepta peregrinationis*
          - Doctorum, *Profeſſorum.*
          - Diſcipulorum, *Studioſorum.*
        - Specie:
          - Theologorum.
          - Iureconſultorum.
          - Medicorum.
          - Philoſophorum.
      - Practicum.
      - Mechanicum:
        - Militum.
        - Tabellariorum.
        - Mercatorum.
    - Corpus.
    - Fortunas, *reſpectu*
      - Opulentiæ:
        - Diuitum.
        - Pauperum.
      - Dignita*tis, uel*
        - Cum Ma*giſtratu:*
          - Regum, *Principum.*
          - Legatorum.
        - Abſq; *magiſtratu.Priuatorum.*
      - Societatis *&* Co*mitatus, uel*
        - Multorum, *Συναποδήμων.*
        - Paucorum.
  - Inſtrumentali.

B. Ab *internis cauſis deſumptarum ſpecierum præcepta aſsignăda, tum à*

- Forma *peregrinandi. Sic præcepta peregrinationis*
  - Animi.
  - Corporis, *ſiue fiat*
    - Terra,
      - Pedeſtris.
      - Equeſtris.
      - Currulis.
    - Aqua
      - Fluida. *Nauigatio.*
      - Gelu *conſtricta. Glacialis profectio.*
- Materia, *hoc eſt ab*
  - Locis *conſideratis*
    - Per *accidens. Præcepta peregrinationis*
      - Certæ, *Incertæ.*
      - Longinquæ, *Propinquæ.*
      - Commodæ.
      - Incom*modæ ob*
        - Aëris *intemperiem.*
        - Viæ
          - Aſperi*tatem.*
          - Incerti*tudinem.*
        - Alimĕtorum *defectum, & Diuerſoriorum inopiam.*
        - Hominum *inſidias.*
    - Per *ſe. Peregrinationis Choricæ, regionum cognoſcendarum cauſa inſtitutæ præcepta.*
  - Locatis, *quæ locis inſunt.* Vide C.

C. Loca-

C. Locatorum *reſpectu præcepta quædam dari poſſe uidentur, ſiue locata conſiderentur*

- Per *ſe, ut ſunt*
  - Res *quælibet aliæ*
    - Artificiales *&* Mechanicæ. Præ*cepta quæ pertinent ad eos qui peregrinantur ob*
      - Aedificia.
      - Statuas.
    - Naturales: *ut*
      - Stirpes.
      - Animalia.
  - Homi*nes conſiderati uel*
    - Per *ſe, quatenus excellunt quibuslibet bonis maliſue animi, corporis, fortunæ.*
    - Reſpe*ctu ſocietatis quã habent*
      - Inter *ſe, ut membra eiuſdẽ*
        - Ciuita*tis: præcepta peregrinationis*
          - Religioſæ, Eccle*ſiarum cauſa inſtitutæ.*
          - Profanæ
            - Theoricæ, *Scholarum & Academiarum.*
            - Practicæ, Rerumpub.
        - Domus. Oeconomicæ *peregrinationis præcepta.*
      - Erga *eos qui ſunt foris fœdere uel*
        - Iuncti *tum*
          - Publico.
          - Priuato.
        - Non *iuncti, uel*
          - Non *amici.*
          - Inimici.
- Per *accidens: quatenus* V.G. *ſunt*
  - Antiqua. Peregrinationis Antiquariorum præ*cepta.*
  - Noua.

LINGVARVM *exoticarum cauſa ſuſceptæ Peregri-nationis præcepta.* CAP. III.

- **PEREGRINATIONIS** *Grãmaticæ, ut ita dicam, præcepta, ex ipſis Cauſis deducamus. Ergo ratio habẽda cauſarũ*
  - **Internarum,** *uidelicet*
    - **Materiæ:** *uti ſciamus*
      - **Quid** *diſcendũ, quæ* Lingua. *Delectu hîc opus eſt. Nã cùm præclarũ ſit multas ſcire, at ſuprà quàm dici queat operoſum, neq; fortaſſe admodum utile: ijs ſaltem linguis dãda erit opera, quæ practicæ conuerſationis noſtræ inſtituto, maximè commodare uidebuntur: tum quo ad*
        - **Locutionem** *rectã, ne quis uel riſus, uel indignatio etiã ſubſequ.tur. Quãto cum cachinno Datidis Perſarum ſatrapæ rei bellicæ gloria excellenti & barbariſmus, & affectata ſynonymia fuerit excepta,* ἥδομαι, καὶ εὐφραίνομαι, καὶ χαίρομαι *ſæpius repetentis, notum eſt, cùm Datidis cantilena etiam in prouerbium abierit. Athenienſibus poſt Alexandri Magni tempore, in magna rei pecuniariæ difficultate, barbarus quidam mutuam ſe daturũ pollicitus,* δανειῶ *dixerat. At illi benignitate eius prius uti noluere, quàm errore correcto,* δανείσω *diceret, teſte Suida.*
        - **Scriptionem** *elegantem, eius gentis propriam. Vt enim forma quemq; ſua decet propria, ita quælibet lingua peculiaribus utitur characteribus. Quos imitari poſſe, ut multũ requirit uſum, ita ad perfectam linguæ cognitionem non parum momenti afferre uidetur: ſi modò pingendo ſtylus exercetur, quẽ optimum dicendi magiſtrum eſſe Quintilianus perhibet.*
      - **A' quo:** *nimirum*
        - **Loca** *quæ petẽda: illa ſcilicet, in quib. linguæ illius & frequẽtiſſimus & puriſſimus uſus eſt. Nic. Clenardus incredibili deſiderio linguæ Arabicæ flagrans, cùm mira ratione characteres ſuopte marte didiciſſet, Salmãticam Hiſpaniæ urbem petijt, quòd ibi peritos eius linguæ uiros eſſe ſciret.*
        - **Perſonæ,** *à qb. Penes populũ arbitriũ eſt et ius et norma loquẽdi. In plebe ut mores, ſic uoces quoq; fæculẽtæ plerunq; reperiũtur: lautiorum uerò & nobiliorũ purior cõuerſatio, etiã quoad dialectũ.*
    - **Formæ.** Vide I.
  - **Externarum.** Vide II.

I. Μάθη

I.
Μάθησις & διδασκαλία reſpectu tantùm eorum, quibus inſunt, differre uidentur: Doctrina docentis, Diſciplina diſcentis eſt. Fit autem uel per

- Præcepta. *Hæc τοῦ διότι eſt, certitudine quidem præſtans, ſed & tædio abundans, et adultioribus tantùm, qui ratione uti poſſunt, conueniens. Præcepta ergo non niſi neceſſaria, hoc eſt, maximè utilia, potiſsimùm de pronunciatione, articulis, pronominibus, tradantur: cætera uſui permittantur.*
- Exempla, *τοῦ ὅτι, multò expeditior, & citior, & iunioribus potiſsimùm, ſenſuum magis, quàm rationis iudicio nitentibus, conueniens.*

II.
Externarũ *cauſarum reſpectu præcepta dantur alia quo ad*

- Efficiẽtẽ. *Efficiẽs alter eſt qui*
  - Diſcit. *Vide ſignum* III.
  - Docet *uel*
    - Præceptis.
    - Exemplis. *Hi rurſus duorũ ſunt generum: alij*
      - Muti. *Scriptores in quaq; lingua optimi eligendi, & in iſs ita uerſandum per ἀνάγνωσιν, ut & Internam intelligentiam aſſequaris, & Externam pronunciationem ipſa frequentia legendi conformes.*
      - Viui. *Ergo ſi linguæ addiſcẽdæ cauſa peregrè proficiſcimur, cum*
        - Popularibus *noſtris parciſsimè, ne que in eodẽ contubernio uerſemur.*
        - Exteris, *eius linguæ peritis, niſi qd aliud obſtet, familiariter uerſemur, libertatẽ reprehendẽdi et errata indicandi uel cum præmio illis cõcedẽtes. Quorum ipſorum ſub Materia quoq; ratio haberi poteſt.*
- *Finem. Vide ſignum* IV.

III. *In diſcente requiruntur quo ad*

- **Animum,** *Adiumenta triplicia, uidelicet*
  - **Naturæ.** *Ingenij*
    - **Docilitas,** *in apprehendendo facilitas.*
    - **Felicitas,** *in retinendis ijs, quæ ſemel apprehenderit.*
  - **Artis.** *Præceptio fidelis, non tam Præceptorum explicatione, quàm Exemplorum commonſtratione nitens.*
  - **Exercitationis.** *Nimirum &*
    - **Aſsiduitas.**
    - **Tolerantia,** *omni pudore ruſtico abiecto. Præſtat malè loquentem irrideri, dum irriſus peccatum agnoſcas: quàm tacentem perſtare in ignorãtia. Scõmata ſanè, quò acrius pungũt, eò certiora ſunt ad fugiendum cuiuſq; linguæ ſolœciſmũ atq; barbariem antidota.*
- **Corpus,** *tum*
  - **Vocalium** *inſtrumentorũ, uel natura uel arte conciliata pronunciatio &*
    - **Prompta.**
    - **Exacta.**
  - **Aetatis** *opportunitas. Sic nãque ad linguas quotidiano uſu addiſcendas*
    - **Iuuenes** *maximè idonei ſunt ij præſertim, qui ſecundam pueritiã exceſſere. Nam qui minores ſunt, dum peregrinam promptè diſcunt, maternæ ſæpius obliuiſcuntur.*
    - **Adulti** *non item: niſi Themiſtoclis imitatione (qui annuo ſpacio Perſicam linguam didicit, ut abſq; interprete cum Artoxerxe rege loqui poſſet) quod uſui decedit, præceptione tædioſa & laborioſa ſupplere uelint.*

IV. Finis reſpectu præcepta dātur tum quo ad finem

- Primariū Linguæ cognitio petitur uel
  - Exacta, tanto maiore ſtudio & diligentia cōplectenda, ut &
    - Intelligere alios ea utentes queat, tum loquentes, tū ſcribentes.
    - Intelligi ab alijs ea utens citra offenſionē poßit, tum
      - Loquendo. Theophraſtus philoſophus eloquentiß. multis annis commoratus Athenis, pronunciationem tamen patriam non ita potuit exuere, quin ab anicula olerū uenditrice hoſpes eſſe deprehenderetur.
      - Scribendo.
  - Nō exacta, minorem proinde diligentiā requirēs, cùm ſatis habeat uel
    - Intelligere tantùm, etſi non intelligatur.
    - Intelligi loquendo ab alijs, etſi ſcriptione idem nequeat. Sic Auguſtus Græcarum literarum callens, ita tamen, ut ſi quid græcè uellet ſcribere, latinè formaret prius ab altero uertendum.
- Secundarium. Aut enim linguæ ſtudet cauſa
  - Theoriæ, ut ſciat tantùm, etſi nunquàm ea ſcientia ſit uſurus. Cæterùm hic talis quouis pſittaco inferior eſſe uidetur, domino ſaltem garrulitate ſua placere ſtudente. Sin uerò elegantiæ cauſa id facit, næ ille peregrinæ uoluptatis intemperantia non uulgari laborat, dignus proinde, qui turris Babylonicæ ut admirator ſic ſpectator euadat. Ergo ut ſcientia linguæ abſq; uſu inanis eſt, ſic neutiquam affectanda. Quòd ſi tamen citra maius ſtudium & ſeriorum negociorum impedimentum obiter comparari queat, tanquam ornamentum & teſtimonium peregrinitatis non erit reſpuendum. Licet proinde ſtudiorum cauſa in Italia uerſanti ipſo uſu linguam addiſcere, etiamſi nullius uſus in patria futura ſit.
  - Praxeos, ut lingua hac peregrina ad ſuos ſuorùmue uſus tum priuatos, tum publicos aliquando inſtruatur. Eo conſilio Ennius tria ſe corda habere profitebatur, quòd tres linguas calleret, Latinam, Græcam & Oſcam. Et Claudius Cæſar Græcæ prouinciæ principem, quòd Latinè neſciret, albo iudicum eraſiſſe, & peregrinatum miſiſſe narratur à Suetonio.

LOCORVM *cauſa ſuſceptæ Peregrinationis præcepta.* METHODVS *Topica.*
CAP. IIII.

QVAE *cognoſcẽdorũ locorũ cauſa inſtituitur peregrinatio, bis ferè, ὡς ἐν τύπῳ, cõprehendi poteſt capitib. ut conſideretur cognitionis ipſius*

- **Forma.** *Loci igitur perpendatur*
  - **Nomen,** *quod ueluti ſymbolum eſt externum rei ſubſiſtentis.*
  - **Natura** *primùm in genere, quatenus partes omnes unitæ* Totum *conſtituunt: mox in ſpecie* Partes *quælibet ſingillatim.* V.G. *Romanã urbẽ deſcripturus, diſpoſitionẽ urbis generalem primùm in principes partes diductã proponet: ſubinde partes ſingulas eiuſdẽ naturæ explanabit: utputa* Mœnia, Pontes, Tẽpla, *etc.* In *utraque autem prædictarum partiũ conſideratione perpendenda uenient &*
    - **Eſſentia,** *nimirum*
      - **Materia,** *quæ uel natura, uel arte conſtet, ſiue ſit* Liquida, *ut* Aqua: *ſiue* Solida, *ut* Terra.
      - **Forma** *ſiue* Figura *(cuius deſcriptionis canones à Geometris erunt petendi) tũ*
        - **Exterior** *Circũſcriptio, cõſiderata*
          - **Per** *ſe.* Circuitus, *ſecundùm omne genus dimẽſionis.* Quæ *lõgi, quæ plani, quæ ſolidi, quæ altitudinis ratio.*
          - **Reſpectu** *uiciniæ, q* Fines *&* Termini.
        - **Interior** *Diſpoſitio partium inter ſe.*
      - **Efficiens.** *Is uel eſt*
        - **Natura.**
        - **Ars** *et Inſtitutio hominũ ædificantiũ, excolentium, defendentiũ, cõſeruantiũ.*
        - Qui, Quomodo, Quando.
      - **Finis,** *propter quem locus factus eſt.*
    - **Accidentia,** *quæ loco adueniunt merito cauſarum prædictarum.* Vide I.
- **Materia,** *Locus ipſe,* Per *quem, ſeu* Ad *quem peregrinamur.* Vide II.
- **Efficiens.** Vide *ſignum* III.
- **Finis.** Vide *ſignum* IIII.

I. Accidit

I. Accidit *enim loco ſecundùm*

- Quantitatem
  - Magnitudo. *Magnus, Paruus.*
  - Latitudo. *Latus, Anguſtus.*
  - Numerus. *Simplex, Multiplex.*
- Qualitatem
  - Fœcunditas. *Sterilis, Fertilis.*
  - Lumen. *Obſcurus, Lucidus.*
  - Calor. *Calidus, Frigidus.*
  - Salubritas. *Salubris, Inſalubris.*
- Situm. *Vide ſignum aa.*
- Paſsionem, *ut ab alijs*
  - Poſsideatur. *Hîc ergo*
    - Qui *poſſederint.*
    - Quomodo, *quo iure.*
    - Quo *tempore.*
  - Colatur. *Perpendenda*
    - Extructio. *Qui, Quomodo, Quando.*
    - Deſtructio *per*
      - Incendia.
      - Illuuiones.
      - Terræmotus.
      - Depopulationes
- Actionem *in alios (quos ſcilicet locat fouetq́; ſuo gremio, uel ut Ciues, uel ut* Hoſpites*) ut dicatur* Locus *clarus, obſcurus, felix, infelix, ob bona maláue, quæ in ijs eluxere, uel animi, uel corporis, uel fortunæ.* Sic *Mantua* Vergilio *gaudet, Verona* Catullo. Sic *Terra ſancta propter Sancti ſanctorum incunabula atque ueſtigia ſpectatu digniſsima.* Sic *Cannæ Romanorum ſtrage nobilitatæ, Lacus Curtius, Buſta Gallica Romæ.*

ad. Situs Locorum ſpectandus, quo ad

- **Superiora**, *ut & longitudinis & latitudinis ſecundùm cœli cardines ratio habeatur, per gnomonem ſeu quadrantem; ſub quo climate, ad quam cœli partem uergat.*
- **Inferiora**, *comparatione locorũ uicinorum, reſpectu*
  - **Cõmoditatis**, *an ſit*
    - **Cõmodus** *ad importandum, exportandum, commeandum, pace, bellóue.*
    - **Incommodus.**
  - **Ordinis**: *quæ priora, quæ poſteriora ſint poſitu. Sic deſcribi poteſt*
    - **Regio** *tota, ſi uel à finibus ad metropolim contrahatur, uel à metropoli ad fines diducatur, uel à finibus ad quatuor mundi plagas uergente uicinia circumſcribatur, uel à remotis etiam regionibus ad noſtram regionem, tanquàm à circumferentia ad centrum ductis lineis, definiatur diuidaturq́;.*
    - **Vrbis** *poſitus reſpectu*
      - **Cœli.** *Pars Auſtralis, Occidentalis.*
      - **Terræ.** *Situs excelſus uel humilis.*
      - **Aquæ.** *Cis uel ultra flumen. In flumine, Supra flumen.*
      - **Portarum & Mœniorum**, *à quibus hiſtoricè ductis lineis, tota Ciuitas per Regiones deſcribi poteſt atq; debet (uti Roma olim in XIV.) præſertim cùm plateæ principes à portis ad archiuum, ad forum, ad regiam, ad templum cathedrale, uel ad quæuis alia loca publica celebriora ducentes, linearum quandam ſpeciem, uſum certè nõ diſſimilẽ, exhibere uideantur.*

- **II. Locus** Per quē, ſeu Ad quē peregrinamur (ut è Strabonis & Pauſaniæ exēplis præcepta colligamus) cōſiderari poteſt in
  - **Genere**, Regio ſcilicet tota, in ſuas partes præcipuas diſtincta, in ſeruiētes uſibus humanis tū quo ad
    - **Habitationem**, quatenus Incoluntur. Aedificia conſiderata
      - **Seiunctim**, quibuſcunq; uſibus inſeruiētia, publicis, priuatiſue. Vt ſunt
        - Domus, *Baſilicæ.*
        - Porticus.
        - Pontes.
        - Templa. *Theatra.*
        - Propugnacula.
        - Muri. *Turres. Arces.*
      - **Coniunctim**, uti coaluerunt in
        - Pagum.
        - Vrbem. Vrbes differunt reſpectu
          - Magnitudinis, *aliæ Maiores, aliæ Minores.*
          - Imperij. Quatenus
            - Imperāt. *Metropoles.*
            - Parent.
    - **Vſufructū**, propter quē Coluntur & Acoluntur. Talis eſt
      - **Terra** cōprehendens loca
        - Inculta, utpote
          - Syluas.
          - Montes. *Adrianus Imp. in Arabia Cæſium montem conſcendens, tertia noctis uigilia orientem ſolē inſpexit. Dicæarchus Siculus regum cura montes per mēſus eſt, ex quibus altiſſimum prodidit Pelion, Zenagoras uerò Olympum.*
        - Culta, ut
          - Agros. *Vineta.*
          - Paſcua.
      - **Aqua**, complectens
        - Flumina, *Fontes, Thermas, Stagna.*
        - Lacus. *Galenus in Palæſtinam abijt, Aſphaltitis lacus inſpiciundi cauſa.*
        - Maria. *Traianus Indici Oceani naturam peruestigare conatus eſt.*
  - **Specie**, *nimirum Pars regionis una aliqua ex prædictis: ſiue iam hæc ipſa pars tota conſideretur, ut Vrbs tota, Ager totus: ſiue ſecundùm partes ſuas, in quas diuiditur.* Vide ſignum †

- † Qualiſcunq; autem pars ſit, conſtat partim
  - Natura. Vt Syluæ, Montes, Agri, Paſcua, Flumina, Fontes, Lacus, Stagna, Maria.
  - Hominũ uolũtate et inſtituto. Sic loca alia deſtinata ſunt uſibus publicis, priuatisúe uel
    - Sacris. Qualia ſunt
      - Templa.
      - Cœnobia.
    - Profanis, ſiue capiãt
      - Homines. Vide ſignum ††
      - Res quaſuis alias, quarum uſus conferat uel
        - Animi cultui. Sic libri in Bibliothecis conduntur.
        - Corporis tum
          - Alimentis ut ſunt
            - Horrea publica, Πρυτανεῖα.
            - Aquęductus.
            - Fontes.
          - Excrementis, Cloacæ: ut Lerna palus apud Argiuos nobilis: itẽ Ceas uorago apud Spartanos.
        - Fortunæ bonis: Talia ſunt loca deſtinata
          - Pecunijs. Aeraria tum in uſus
            - Reipub.
            - Pauperũ.
          - Mercibus. Domus Negociatorum.
          - Armis. Armamentaria.
          - Animalibus
            - Feris. Viuaria.
            - Cicuribus: ut
              - Paſcua.
              - Stabula.
          - Nauibus. Naualia, Portus.
          - Lignis, Carbonibus.

†† Loca

- †† **Loca** *alia capiũt homines*
  - Viuos *propter*
    - Animi *bona, ad uirtutes ſcilicet exercendas, acquirendas, cognoſcendas, tum*
      - Theoricas: *ut ſunt*
        - Scholæ.
        - Theatra, *Amphitheatra: quatenus in ijs exempla uirtutum & uitiorum uel ludendo exhibentur.*
      - Politicas: *Prætorium, Comitum, Curia.*
      - Mechanicas. *Loca habitata à*
        - Pictoribus.
        - Typographis.
        - Coriarijs. Lanijs.
        - Fabris.
        - Tonſoribus.
        - Textoribus.
    - Corporis. *Vide G.*
    - Fortunæ
      - Bona: *ut propter*
        - Opes *quaslibet comparandas. Huc pertinet Forum*
          - Vini.
          - Frumenti.
          - Pabuli.
          - Carnis. Armentorum.
        - Libertatem. *Vt Aſyla.*
        - Honorem.
      - Mala. *Loca publicæ*
        - Ignominiæ, *extra uel intra urbem.*
        - Seruitutis: *ut ſunt Latomiæ, Metalla, Triremes quinetiam.*
  - Mortuos *tum*
    - Publica. *Cœmiteria. Qualis olim Athenis Academia, Ceramicus.*
    - Priuata. *Ægyptij in ædib. minimè ſumptuoſi, ſepulcra magnificentiſsimè extruebant, ueluti domos æternales.*

G. Corporis *propter*

- Bona: *nimirũ propter*
  - Motum: *ut*
    - Plateæ.
    - Pontes.
    - Portæ.
  - Defenſionem *contra iniurias*
    - Aëris. Loca
      - Publica.
        - Baſilicæ.
        - Porticus.
      - Priuata *tum*
        - Vrbana. *Domus priuatorum.*
          - Quales, *quo ad materiã, ex ligno, ſaxo, latere, cetorũ oſsib.* (*ut apud* Septẽtrio*nales*) *quo cementi genere: quo ad formam, quadratæ, altæ, profundæ, apertæ, elegantes.*
          - Quorũ *domus fuerint, quibus nobilitatæ memorijs.*
        - Suburbana. *Villæ.*
    - Hoſtium *&* *Belluarum: ut*
      - Mœnia,
      - Propugnacula,
      - Aggeres.
      - Moles,
      - Arces.
  - Habitationem *&* Nutritionẽ. Ho*ſpitia*, Diuerſoria *uel*
    - Conducta *mercede:* Cauponæ *mercenariæ.*
    - Liberalia *abſq; mercede: ut* Collegia *pauperibus deſtinata, peregrinis, noſtratibus: religionis, ſtudiorum, ſanitatis ergò.*
  - Cultum. *Thermæ.*
  - Exercitia. *Gymnaſia.*
- Mala *noxijs inferenda: ut ſunt loca*
  - Carcerum: *quos ratione* Seruitutis *inter* Fortuita *paulo antè connumerauimus.*
  - Suppliciorum. *Specus Ceas apud* Lacones. *Scalæ Gemoniæ apud* Romanos.

III. Effi-

III. Efficientis appellatione comprehendimus eum qui locorum cognitionē uel

- Docet alium, præcipiendo, aut inſtruendo. Quem ipſum inter cauſas Inſtrumētales, non quidē motus corporis, ſed animi, connumerari nihil prohibet: qui alio reſpectu ſub Materia quoq; comprehendi queat. Ad cognoſcendam hiſtoriam atq; naturam locorū magiſtri alij erunt
  - Muti. Peregrinantes igitur
    - Hiſtorias legant eius gentis, ad quā uel per quam peregrinaturi ſunt, et ſynopſin quandam memoriæ cauſa cōfectam enchiridij loco ſecū ferāt.
    - Picturas accuratè perluſtrent, & phantaſiæ imprimant chartas geographicas. Sic cùm de inuadenda Sicilia Athenis ágeretur, Alcibiadē tabellis geographicis ſitum & oportunitatem inſulæ propoſuiſſe, Plutarchus narrat.
    - Itineraria diligenter perlegant.
  - Vocales, ij ſcilicet, qui loca ea
    - Viderunt prius, aut ab alijs fide dignis audiuerūt. Non erubeſcant eos conſulere, qui peregrinationem hāc ſubiuerunt, Curſores, Tabellarios, Caupones. Græcos certè à Telepho Myſorū rege, quantumuis hoste, indicij præmium curationem uulneris depoſcente, iter Troianum diſcere non puduit. Qui ſumptum ferre poſſunt, non grauentur eos etiam itineris comites ſociosq; adhibere, qui locorum ſint periti.
    - Incolūt. Nec labori, nec pudori, nec ſumptui parcant, ut eorum familiaritate, qui hæc ſcire uidentur, cognitioni ſuæ aliquid adijciant. Conſulendi proinde Sacerdotes, Ludimagiſtri, Politici quinetiā uiri: qui cùm patriæ ſint amantes, honori etiā ducent à peregrinis conſuli. Pauſanias ſæpe mentionem facit incolarū, deductorū item, à quib. hiſtorias locorū didicerit. Ergo non niſi à peritis.
- Diſcit, uel ab alio, uel per ſe ipſe. Vide ſignum ☞

☞ In

In diſcente reſpectu locorum cognitionis, quam peregrinãdo affectat, requiritur quo ad

- λῆψιν, quatenus comparatur, Ingenium, Labor, Induſtria. Proinde ut loca inueſtigare & perluſtrare
  - Poſsit, inſtructus ſit ijs præſidijs externis, quæ ad expiſcandum uel neceſſaria ſunt, uel ſaltem utilia. Demoſthenes de Portub. lib. X. ſcripſit, cùm præfectus eſſet claſsis Ptolemæi Philadelphi. Diognetus atq; Beton Alexandri Magni itinerum menſores, peregrinationes eius literis conſecrarunt.
  - Sciat, ratione & ſenſu nitatur, ut αὐτόπτης poſsit eſſe, & ἀκροατὴς, & ἀναγνώστης. In urbiũ ambitu luſtrãdo, turres altas petat, è quarum ſpecula ſubiectam urbem contempletur, ſi per leges moresq; eius loci tutò licebit.
  - Velit, eſto
    - Curioſus atq; diligens.
    - Conſtans, laborioſus. Per quæcunque loca tranſit, ſi quid dignum uiſu habeant, feſtinet lentè. In quibus moratur, occaſiones diligenter iã inde à principio captet, ea, quæ non ſemper poſſunt, ſuo tempore ſpectandi.
- φυλακὴν, quatenus cõſeruatur, partim
  - Interna ingenij Bonitas, ſpecies rerum tenaciter apprehendendi & conſeruandi.
  - Externa Notatio per
    - Scripturam. Annotent diligenter locorum diſtantias, deſcribãt materiam, formam & inſcriptiones antiquas. Namq; & memoriã hæc ipſa refricant, & uoluptatem ſecum olim non contemnendam afferent.
    - Picturam, ut non exquiſitam, ſaltem adumbratam atq; rudem pingendi facultatem habeat.

IIII. Finis

IIII. Finis *uel*

- **Theoricus**, *ut ſciat tantùm locorum diſtantias, ſitus, figuras. Atq; hic non tanti faciendus, niſi Practicus finis comitetur.* Rodolfus *Camerinorum princeps cuidam locorum cauſa peregrinari uolenti imperauit Maceratam uſq; excurrere, quod uicinum erat oppidum. Reuerſo inquit, Orbem uniuerſum conſpexiſti, & uel ad Gangem profectus, nihil aliud præter montes, ualles, campos, ſyluas, flumina, urbes, conſpicies. Theoriam hanc non tanto ſumptu tantoq; labore dignam eſſe innuens, niſi ad potiorem alium referatur uſum.*

- **Practicus**, *ut hac locorum cognitione inſtructus, opus aliquod uel utile uel iucundum efficere queat, tum*
  - **Hiſtoricum.** *Sic Herodotus Ægyptum & Perſidem, Diodorus Siculus & Strabo uniuerſum propè terrarum orbem perluſtrarũt. Salluſtius in Africam nauigauit, belli Iugurthini hiſtoriam parans.*
  - **Aſtronomicum.** *Andalonus Negronus Genuenſis Ptolemæi imitatione climatum & eleuationum* αὐτόπτης *eſſe uoluit. Fulgoſus.*
  - **Mercatorium.** *Sic Luſitani Africæ litora ad Moluccas uſq; inſulas aromatiferas et perluſtrarunt & in ſuam poteſtatem redegerunt. Subinde Chriſtophorus Columbus ſiue Colonus, Ligur, auſpicijs Ferdinandi Catholici regis, Peruuianam regionem, quam Americam dicunt, primus luſtrauit, Hiſpaniolam inſulam occupauit. Ferdinandus Magellanes exul Luſitanus per fretum Auſtrale, à ſuo dictum nomine, multo compendioſiorem Hiſpanis uiam ad Moluccas patefecit. Eo in oppugnatione inſulæ cæſo, una ſola ex quinq; nauibus, quas à Ferdinando acceperat, Victoria poſt triennium rediјt, totius orbis emenſione celeberrima, Io. Sebaſtiani à Cano nauarchi ductu, quem iccirco & primum & uerè Geometram rex Catholicus appellauit.*

RERVM *cauſa, quæ uel uiſu uel auditu dignæ locis inſunt, ſuſceptæ Peregrinationis præcepta.*

METHODVS *Pragmatica.*

CAP. V.

- METHODVS *res ipſas, quæ in ſingulis locis raræ uiſu audituúe reperiuntur, cognoſcẽdi, iiſdem ferè ueſtigijs, quib. Topica, inſiſtit: nimirum ut cognitionis perpendatur*
  - Materia, *hoc eſt, ea quæ cognoſcẽda ſunt, ſiue per ſe*
    - Subſiſtant, *naturæ artisúe opera, tum inanimata, tum animata, bruta, hominésue, ſecundùm omne genus bonorum malorúmue. Conſideretur in his*
      - Nomen, *ueluti adumbrata rei effigies.*
      - Res, *ut ſunt & ſubſiſtunt.* Vide *ſignum* I.
    - Non *ſubſiſtant, ſed in alijs tantùm, in* Hominibus *ſcilicet certis legib. deuinctis reperiantur, in conuerſatione tum* Politica, *tum* Oeconomica. Vide *in ſeq.* II.
  - Forma, *ſiue* Modus. Vide *ſignum* III.
  - Efficiens
    - Princeps, *quo ad*
      - Animum, *inſtructus ſit*
        - Ratione.
        - Senſu, *tum*
          - Viſus.
          - Auditus.
      - Corpus. *Ad rerum obſeruationẽ, præſertim politicam & œconomicam, non pueri (quos ab* Ethicæ *philoſophiæ auditione* Ariſt. *propter rationis impotentiam arcet) ſed adulti requiruntur, iiq; inprimis, qui* Politicæ *&* Oeconomicæ *philoſophiæ uel præceptorum apprehẽſione, uel exemplorum inſpectione, auditione, lectionúe, diligentẽ nauarint operã, cuius adminiculo omnia ea, quæ obſeruatu digna erũt, cognoſcere queant.* Eapropter Plato *poſt* XL. *demum annum peregrinari ſuis ciuibus permittit, cùm prudentia ante ca nos non ueniat, qua hîc maximè opus eſt.*
    - Inſtrumentalis.

I. Res

- I. **Res** *quælibet & quo ad ſubſtantiam et quo ad accidentia ſua conſiderari poteſt, quanta, qualis, quotuplex ſit: ſiue ſit*
  - **Inanimata,** *uel*
    - **Naturalis.** *Cuiuſmodi ſunt ea quæ referuntur uel ad claſſem corporum*
      - **Simplicium,** *Elementorum ſcilicet.* Vide *aa.*
      - **Mixtorũ.** *Quæ ſumuntur ex*
        - **Elementis:** *ut ex*
          - **Terra,** *ut ſunt*
            - **Saxa** *uetuſta.*
            - **Gemmæ.**
            - **Metalla.** *Gal. terræ Lemniæ natales uidere, eiuſdem hiſtoriam à ſacerdotib. loci audire uoluit: nauigauit etiam in Cyprũ ob metallica quædam.*
          - **Aqua.** *Sic Bitumen Iudaicum ex lacu Aſphaltite idem Galenus ſuis manib. legere ſuſtinuit.*
        - **Mixtis** *alijs: utputa ex*
          - **Arboribus.** *Cato maior cùm ficus pulcerrimas Carthagine decerptas tridui nauigatione Romã properans in Senatu effudiſſet, ad tertium bellũ Punicum, quo æmula Romani imperij urbs euerſa eſt, multum licet renitente P. Scipione, patres inflãmauit.*
          - **Plantis.** *Galenus Pergamenus in Palæſtinam exportãdi opobalſami cauſa contendit.*
          - **Animalibus.** *Græci Babylone redeuntes, in agro Colchorũ fauos multo melle redundantes diripuere: quos qui guſtarunt, amentes facti, & repente mortuis ſimiles proſtrati, poſtera uix demum die, eadẽ hora qua ceciderant ad ſe reuerſi mentem recepere. Diod. lib. 14.*
    - **Artificialis.** Vide *ſignum bb.*
  - **Animata.** Vide *ſignum cc.*

a a. Ad Elementorum claſſem referantur

- **Ignes** *ſubterranei.* Adrianus Imp. in Sicilia *Ætnæ crateres uidere uoluit. Multo ante illum* Empedocles Agrigentinus *(ſi modò ea peregrinatio dicenda eſt) non ambitionis, ſed curioſitatis ergô ſuffocatus eſt: crepidis æneis miſerandum tanti philoſophi interitum atteſtantibus.*
- **Aquæ** *mirabiles uel ſuo*
  - **Calore,** *ut* Thermæ.
  - **Guſtatu,** Sapore. *Apud* Troglodytas *lacus* Inſanus *dictus ab effectu, ter die, totiesq; noctu amarus fit & ſalſus, inde dulcis.* Plinius.
  - **Colore.** *Æthiopiæ ſtagnum aquam habet colore minij, ſapore uini ueteris: potum ſecreta fateri cogit.* Diodorus.
  - **Odore.** *Leuca urbe* Salentinorum *fons odoris teterrimi.* Strabo.
  - **Motu.**
    - **Thermæ** Fabariæ *Maio menſe cum torrente horrendo & ad* Septembrem *uſq; perpetuo erumpunt, reliquo tempore euaneſcunt.*
    - **Fons** *prope* Hasleam *eundem ortus ſui terminum ſeruat annuū, ſed hoc uno mirabilior, quòd non qualibet diei noctiſue hora, ſed mane tantùm, meridie & ueſperi fluit, quo tempore armenta adaquantur: inde ſuo ueluti functus munere, uenas claudit: ſi quid immundi uel temerè uel malignè inijciatur, indignabundus aliquot diebus aquas negat.*
  - **Effectu** *uario, uel ſalubri, uel inſalubri.* Sic
    - **Salmacis** *fons in* Caria *molles reddit & effœminatos.* Strabo.
    - **Aphrodiſium** *flumen in* Pyrrhea *ſteriles facit.* Plinius.
    - **Trœzeniorum** *aquæ pedum uitia inducunt.*
    - **Clitorius** *lacus uini tædium affert.* Eò *properate bibones.*

bb. Arti-

bb. **Artificiales** *res uariæ. Cuiuſmodi ſunt*

- **Statuæ,** *Imagines, Coloßi, Simulacra, Signa, Tabulæ. Apud*
  - **Aegyptios,** *Pyramides ſtultorum regum magna miracula.*
  - **Romanos,** *domi quiq; ſuæ imagines defunctorum cereas, marmoreas, æneasq́ collocabant.*
- **Anathemata.** *Hippocrates ex omnibus Aeſculapij templis per totam Græciam hiſtorias morborum deſcripſit, miraq; arte ad methodum reuocauit.*
- **Marmorum** *inſcriptiones, Stelæ, Cippi ſepulcrales.*
- **Theſauri:** *ut D. Marci Veneti, D. Dionyſij propè Lutetiam.*
- **Supellex**
  - **Veſtiaria,** *Multa, Lauta, Precioſa, Popularis.*
  - **Fabrilis.**
  - **Oeconomica,** *Vtenſilium uariorum, quo ad*
    - **Subſtantiã:** *Argentea, Ferrea, Lignea.*
    - **Quantitatem:** *Copioſa, Pauca.*
    - **Qualitatem:** *Elegans, Fortis, Nitida.*
  - **Bellica.** *Armorum genera uaria.*
  - **Nautica.** *Naues, Anchoræ, Vela, Remi.*
  - **Literaria.** *Lycurgus è Creta Homeri rhapſodias ſecum allatas, Spartæ primus publicauit. Plutarchus Spartam proficiſcitur, in bibliothecis Laconicarum rerum ſcriptores lecturus.*

- cc. **Animata res uel rationis**
  - **Expers:** *cuiuſmodi ſunt*
    - **Plantæ** *raræ. Vt Sarda herba apud Sardos, apio ſimilis, riſum lethalem Sardonium concilians. Pauſanias in Phocicis.*
    - **Arbores.** *Bacchus ex Indiæ monte Mero coronatum hedera exercitum reduxit, quæ tunc reliquæ Aſiæ ignota erat: eundemq́; poſt imitatus eſt Alexander, teſte Plinio & Plut. Aconitum apud Heracleam Ponti, eadem die interimens, niſi ruta bibatur. Antigonus. Aconitum in portu Acone Ponti, teſte Plinio.*
    - **Bruta,** *quibus uel*
      - **Abundat,** *tum*
        - **Bonis,** *generoſis, pulcris. Sic in*
          - **Africa** *mulæ pariunt.*
          - **Europa** *leones præſtantiſſimi & plurimi inter Neſtum Abderorum & Achelou͂ Acarnanum flumina reperiuntur: ultrà illos non reperiuntur. Herod. & Plinius.*
        - **Malis,** *deformibus, uilibus:*
          - **Africa** *monſtris perpetuò ſcatet, ob aquæ penuriam diuerſi generis animalib. ad eadē flumina coeuntibus. Plinius.*
          - **Armenia** *fontē habet, è quo piſces nigri educti mortem afferunt.*
      - **Caret.** *Sic in*
        - **Africa** *nec ceruus nec aper reperitur.*
        - **Eleo** *Græciæ agro ex imprecatione quadam equæ mulos gignere nequeunt. Herod. lib. 4.*
        - **Arabia** *ſuillum genus non uiuit. Plinius.*
        - **Lemniorum** *inſulis, quæ Neæ dicuntur, perdices nec naſcuntur, nec illatæ uiuunt.*
  - **Particeps.** *Homines clari & illuſtres.* Vide ſignum dd.

dd. Homines clari ob quælibetcũque bona, qui in ijs locis degũt (ſiue Ciues ſint, tam indigenæ quàm inquilini, ſiue Hoſpites et Peregrini) conſiderandi ſunt dupliciter, tum

- Vniuerſim: nimirum quãdo Gentiũ & Populorum ingenia, ſtudia, mores perpendun tur, quibus bonis maliſúe, cũ reliquis collati gentibus, naturæ uel inſtitutionis propriæ beneficio excellant: & ijs quidem tum
  - Animi, uel
    - Theoricis, *puta eruditione, eloquentia, religionis puritate.*
    - Practicis
      - Mechanicis. *Vtrum ciues mechanicis ſint addicti, & in ijs eximiè præſtantes. Quæ agriculturæ ratio, quæ nauiculariæ, quæ fulloniæ, ſimiliúmue.*
      - Ethicis. *An uel natura uel inſtitutione in uitam tam Politica quã Oeconomica ſint*
        - Prudentes, *Callidi, ſtupidi.*
        - Fortes, *Timidi, Audaces.*
        - Temperantes, *Intemperantes. Stratonicus citharœdus, Heraclea Thraciæ urbe egrediens, undiq; circumſpiciebat, metuẽti ſimilis. Cauſam rogatus, Ne tanquàm è lupanari uidear exiuiſſe: notans molliciẽ & ingluuiẽ gentis.*
        - Liberales, *Magnifici in hoſpitijs, ædificijs, nuptijs.*
        - Magnanimi, *Contemptores honoris, Abiecti.*
        - Clementes, *Seueri, Vindictæ cupidi.*
        - Aperti, *Mendaces, Adulatores, Diſsimulatores.*
        - Humani, *Affabiles, Ruſtici, Blandi.*
        - Vrbani, *Faceti, Tetrici, Scurræ.*
        - Iuſti, *Iniuſti: Pij, Impij.*
  - Corporis. *Vide ſignum ee.*
  - Fortunæ. *Vide ſignum ff.*
- Singillatim, *qui ciues in ſuo quique ordine & functione theorica, mechanica, ethica excellant. Sic Demoſthenis cõcionantis, Platonis in Academia docentis cauſa multi peregrini Athenas uenere, ut ſpectarent ſaltem, non ut diſcerent. Regina Aethiopum Hieroſolymam Solomonis regis uidendi cauſa peregrinata eſt.*

ee. Conſi-

ee.

Conſideranda in incolis quoad corpus

- **Bona,** *quæ inſunt iis*
  - **Viuentibus** *tum*
    - **Primaria.** *Cuiuſmodi eſt*
      - **Sanitas.** *Locri et Crotonēſes peſtilentia nunquam laborarunt.* Plin. *lib.2.* Hinc *prouerb. apud* Strabonem, Κρότωνος ὑγιέστερον. *uel hoc argumento, quòd breui temporis ſpacio quamplurimos produxerit tum philoſophos tū athletas.*
      - **Robur.** *Qualia exercitia roboris, armorum, intra & extra palæſtram.*
      - **Pulcritudo.** Sic Homerus *paſſim uocat Græciam* καλλιγύναικα. Inter Italicas *Senenſes matronæ à naturali ſpecie cōmendantur.*
    - **Secundaria.** *Victus ratio qualis: quæ Alimēta, quæ* Aedificia, *Ligna,* No*cturna luminaria,* V*eſtimenta,* Strata.
  - **Mortuis.** *Cura Cadaueris.* Syri *cadauera humi condiebant,* Græci *cremabant.*
- **Mala**
  - **Primaria.** *utputa,*
    - **Morbus** *tum*
      - Ενδήμιος *& naturalis.* Sic Alpium *incolæ ſtrumis obnoxij eſſe ſolent.*
      - Επιδήμιος *& popularis.* Q*uæ cura eorum qui peſtilentia corripiuntur.* Patauinis *febres peſtilentes cum maculis, quas* Petechias *uocant, uere familiares eſſe conſueuerunt.*
    - **Imbecillitas.**
    - **Deformitas.**
  - **Secundaria,** *ut* Fames, *Sitis.* Q*uæ uel amoliendæ uel tolerandæ famis præſidia.*

ff. Fortuita

ff. **Fortuita** *quinetiam conſiderā-da tum*

- **Bona,** *utputa*
  - **Diuitiæ.** *Huc Cenſus, Reditus, Vectigalia, Tributa publica referantur.*
  - **Honores,** *tum*
    - **Viuentium** *uel*
      - **Publici.**
      - **Priuati.** *Huc Familiæ nobiles & claræ.*
    - **Mortuorum.** *Exequiarum ratio.*
- **Mala.** *Vtrū ex poſiti ſint*
  - **Climati** *intẽperato. Sic*
    - **Aſcra** *Bœotiæ oppidum, ob Heliconis montis uiciniam, ad inhabitandum ualdè incommodum, uel popularis ſui Heſiodi teſtimonio,* ἄσκρῃ χεῖμα κακῇ, θέρος ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.
    - **In Æno** *Ponti urbe Stratonicus per iocum octo menſibus frigus, quatuor reliquis hyemem eſſe dicebat. Athen. lib. 8.*
  - **Incurſionibus** *hoſtium.*
  - **Belluarum** *iniurijs. Sic*
    - **Acridophagi** *Aethiopes, & Cyrenaici à locuſtis uexantur: Apuli à muſcis: Cappadoces à cantharidibus & erucis.*
    - **Neurij** *Scythiæ populi à ſerpentibus.*
    - **Rhizophagi** *Aethiopes à leonibus.*
  - **Incendijs.** *Horum quæ cura.*
  - **Inundationibus.**

III. Qualiſcunque ſit conuerſatio, ratio habenda eſt &

- Cauſarum: ut puta
  - Efficientis, *eorum ſcilicet qui conuerſantur. Vide ſignum* ☞
  - Materiæ *In qua, &* Formæ *ſeu* Modi *quo communicãt inter ſe.* Ergo *ſi conſiderentur homines eiuſdẽ ciuitatis, municipij, uici, domúsue, quatenus pares ſunt atque etiam diſpares, cõmunio alia ſtatuetur*
    - Politica *multorum partim*
      - Acroamatica, Veritatis *potiſſimùm cognoſcendæ ergò, quæ non uulgo, ſed initiatis tantum cõmunicatur, in quocũq; genere diſciplinarũ, ſacro, profanóue.* Hîc ACADEMIÆ *ſeu ſcholæ inſtitutio obſeruanda, propagatio item, cõſeruatio, immutatio.*
      - Exoterica, *uirtutis exercẽdæ ergò potiſſimum ſuſcepta, quæ uulgo & omnibus eadẽ ciuitate participantibus communicatur.* Eſtq; *uel*
        - Eccleſiaſtica. ECCLESIASTICA *diſciplina perpendenda, à quo, quãdo, quo modo cœpta, propagata, reſtituta.*
        - Profana. REIPVBLICÆ *conſtitutio examinanda.*
    - Oeconomica *pauciorum, eiuſdem domus ambitu comprehenſorum.* Oeconomiæ *adminiſtratio quæ, quo ad* Seruos, *Rem familiarem,* Hæreditates, Teſtamenta, Donationes, Matrimonia, *&c.*
- Accidentium. *tum*
  - Actionũ. *Res geſtæ*
    - Domi.
    - Foris. *Quæ*
      - Bella.
      - Fœdera.
      - Coloniç.
  - Paſſionũ.
    - Domi. *Quæ Seditiones, Reconciliationes.*
    - Foris. *Quæ*
      - Clades.
      - Priuilegia, *Dignitates, Honores delat.*

☞ Eorum

☞ Eorum qui cõuerſantur alij

- **Prǽſunt.** *Principes. De his tũ in*
  - **Genere.** *Ergo de Magiſtratuum uel Academicorũ uel Eccleſiaſticorum uel Politicorum*
    - **Ortu.** *Ratio habenda*
      - **Perſonarum.** *Qui & quales eligi ſoleant, non tantùm ſummi, ſed & medij & infimi, ad Lictores uſq; & Carnifices, domi foris, pace bellóue.*
      - **Rei:** *hoc eſt, quis et qualis ſit Electionis & Creationis*
        - Modus.
        - Locus.
        - Tempus.
    - **Depoſitione,** *tum*
      - Quomodo.
      - Quando.
      - Vbi.
  - **Specie,** *de ſingulorum magiſtratuũ, V.G. de Conſulis, de Rectoris, de Eccleſiaſtæ electione, depoſitione. De indiuiduis uerò, ut pote de Ariſtotele Lycæi, de Phocione Reip. de D. Paulo Eccleſiæ Athenienſis luminibus, non hîc, ſed ſuperiore loco, ſub Hominũ clarorum capite agendum. Magiſtratus ergo in unoquoq; uitæ genere alij ſunt*
    - **Primarij,** *illi ſcilicet, qui ad finem obtinendũ primariò cõferũt. Dicantur Doctores in genere. Sic in uita Academica Profeſſores, in Eccleſiaſtica Apoſtoli, in Politica Legiſlatores.*
    - **Secundarij,** *qui ad finem ſecundariò conferũt, tanquàm cuſtodes, uindices, executores. Sic in Academijs Rector, in Eccleſia Presbyteri, in Politia Iudices & Magiſtratus principatum tenent, ut ſinguli ſuum facientes officium finem conſequantur propoſitum: non facientes, authoritate cogantur. Dicantur in genere Rectores.*
- **Subſunt.** *Subditi Qui, Quo numero, Quales. Inter quos ipſos rurſus datur ordo. In Eccleſia alij Initiati, alij Catechumeni. In Academia alij Tyrones, alij Prouecti, alij Candidati, alij gradu iam Inſigniti. In Rep. uariæ ſunt tribus, earundem munia uaria, pace belloq;.*

- IIII. Sub Forma uiſendum, quo modo rerum cognitio
  - Acquiratur. *Eam acquirent partim*
    - Per ſe, *ſi diligentes fuerint*
      - Legendo.
      - Interrogando, Audiendo, Conuerſando.
      - Spectando, Tractando, Tangendo, *quando & quo tempore datur. Qui Plantarum inſpectionem ſectantur, æſtate peregrinari debent. Theſaurũ D. Marci feſto Natiuitatis & Aſcenſionis exhibent Veneti. Academiæ Italicæ hyeme et uere florent, æſtate languent, autumno nullæ.*
    - Ab *alijs, tum*
      - Mutis, *per*
        - Ἀνάγνωσιν librorum.
        - Αὐτοψίαν picturarum.
      - Vocalibus, *per* Ἀκρόασιν.
  - Cõſeruetur *partim adminiculo*
    - Senſus, *tum*
      - Rem *ipſam comparando, ſi comparari poßit. Sic piſces rari, ſic ſerpentes, ſic mineralia, ſic aromata & ſimilia emuntur, non irrito ſumptu. Sic numiſmata antiqua.*
      - Iconem *conſeruando per picturam. Sic Medico aut etiam Phyſico plurimum proderit picturæ uel leuißima cognitio, ut ipſe rudi minerua icones herbarũ, animaliũ, exprimere queat: neq; uerò ſumptui hac in parte parcat. Idem de iconibus clarorum hominum intelligi uolo.*
    - Rationis, *medijs literarum notis conceptus animi de rebus deſcribendo & declarando.*

MORVM

MORVM cauſa ſuſceptæ peregrinationis præcepta. ETHICA Methodus.
CAP. VI.

QVEMADMODVM ſenes ob diuturnam experientiã et uariarum rerum uſum, prudentiores & magis morati cæteris habentur, ita & qui peregrinati ſunt, ueriſimilitudine quadam, neceßitate nulla. Recte enim Lyricus: Si ratio & prudentia curas, Non lacus effuſi longè maris arbiter aufert, Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt. Quo ſanè errore uulgò eum, qui longinquas peregrinationes obiuit, ob Experientiam cõmendant, nulla interim uirtutis & profectus ipſius inquiſitione habita: quaſi mutatio ſola loci, & peregrinorum hominum inſpectio conuerſatioq;, ad uirtutis acquiſitionem ſufficiat. Conſideranda ergo hîc tum

- Materia. Vide ſignum I.
- Forma, quomodo addiſcant: nimirum uel
  - Præceptis. At ſic uel domi licet bonum euadere.
  - Exemplis, uel
    - Extra conuerſationem, quæ ſolo auditu percipiantur. At hoc uel fama & rumore, uel ex hiſtorijs ueterum cognoſcere licet. Vitas certè Plutarchi cum iudicio lectas, plus ego morib. conferre iudicarim, quàm XX. annorum peregrinationes ſine iudicio uiatorum more obitas.
    - In conuerſatione. Et quidem ſi uirtutes pleraſq; conſideres, lõgo tempore opus erit, ad illarum poſſeßionem exemplis acquirendam, cùm diſpoſitio potiùs quàm habitus uirtutis pleriſq; inſit. Sin uerò ὁμιλητικὰς uirtutes (popularitatem, urbanitatem, et ſimiles, quæ tamen omnium ſunt infimæ) uel exiguo tempore multum aliquis proficere poterit, modò naturâ ad id genus lenocinij ſit propenſus.
- Efficiens. Vide ſignum II.
- Finis. Vt uel in Politia boni ciues, uel in Oeconomia boni aliquando fiant patresfamiliâs.

I. **Sub** *materia conſiderandum erit tum*

- **Quid** *diſcere uelint, quas uirtutes, ut* Prudentiam, Patientiam *(quam ij, qui* ἀχρήματοι *peregrinari coguntur, maximè diſcunt)* Conſtantiam, Continentiam, Abſtinentiam, Frugalitatem, Honoris *contemptum,* Placabilitatem, Clementiam, Veritatis *ſtudium,* Integritatem, Affabilitatem, Popularitatem, Vrbanitatem, Religionem, Iuſtitiam, Obedientiam, Gratitudinem. *Quo præclarior eſt uirtus, eò laudabilior peregrinatio.* Noſtri *homines in* Italiam *peregrinantur* Popularitatis *&* Vrbanitatis *cauſa (corteſiam illi uocant) rectè etiam ob* Frugalitatem *uictus* Venetam *&* Florentinam *&* Genuenſem. *Reliqua ad mores facientia bonos rectius & compẽdioſius in media inueniant* Germania, *in ſua quiq; patria. Cæterùm quod* Hor. *ait:* Strennua *nos exercet inertia, nauib. atq; Quadrigis petimus bene uiuere. Quod petis, hic eſt, Eſt* V*lubris, animus ſi te non deficit æquus.*

- **A' quo** *diſcere uelint: nimirũ reſpectu*
  - **Perſonarum** *(quæ itidem inter* Efficientes *inſtrumentales connumerari poſſunt) utrum ſit*
    - **Vnus** *aliquis.* Rari *quippe boni. An uerò imitatio huius tãtoperè peregrinando affectanda eſt, cùm etiam domi noſtræ, modò domeſtica nobis non ſint faſtidio, uirtutum omnigenarum priuata exempla poßimus habere? cùm deniq; ex hiſtorijs exempla laudatiſſimorum uirorũ depromere queamus?*
    - **Populus** *totus.* Sic Itali Frugalitatis *in uictu quædam habent popularia ueſtigia,* Popularitatis *item:* Germani Modeſtiæ, Integritatis, Conſtantiæ, Æquitatis, Placabilitatis.
  - **Loci.** Plato *lib.* XII. *de legib.* θεωροῖς *quinquagenarijs peregrinationem permittit, ut non* ἠθῶν *tantùm inſpectione, ſed* γνωμῶν *quoq; acroaſi, ea quæ ex Reip. ſuæ uſu ſint futura, ſecum in patriã referant:* εἰσὶ γὰρ, *inquit,* ἐν τοῖς πολλοῖς ἄνθρωποι ἀεὶ θεῖοί τινες οὐ πολλοί, παντὸς δ' ἄξιοι συγγίγνεσθαι, φυόμενοι οὐδὲν μᾶλλον ἐν εὐνομουμέναις πόλεσιν ἢ καὶ μή. *Cùm ergo ut rari, ſic ſparſi ſint hinc inde uiri ſapientes atq; probi: qui in uno loco haberi nequeunt, locis diuerſis non minus obſcuris quàm celebribus quærendi erunt. Sunt enim ubiq; Dij, ſi non maiorum, ſaltem minorum gentium.*

II. Effi-

- **II. Efficiens** *alius*
  - **Princeps**, *qui peregrinationem ethicè ſuſcipit, Platonis imitatione* θεωρὸς *dicatur. In eo ratio habenda eſt tum*
    - **Morum.** *Vide ſignum* A.
    - **Ætatis.** *Vide ſignum* B.
  - **Inſtrūmen** *talis:uel*
    - **Inanimatus.** *Qui morum bonorum cauſa peregrè proficiſceris, ipſe ne inſolentia uictus, ueſtitus, apparatus peregrinos offendas, caueto.*
    - **Animatus**, *qui peregrinationi commodat uel*
      - **Opera** *auxilioue qualicunq;. Cùm, iuxta Platonis illud, Claudo cohabitans, ſubclaudicare et ipſe diſcat: quotquot morum cauſa peregrinantur, ut omnia ad finem propoſitum conferant, cum probis & honeſtis quantum eius fieri poteſt &*
        - **Moueantur:** *ſiue Duces illi ſint itineris, ſeu Vectores, ſeu Comites, ſeu Præceptores, ſeu Famuli. Multi hac in parte uehementer peccant, eos liberis ſuis pædagogos addentes, qui ipſi potius cēſoria opus habent uirgula.*
        - **Quieſcant,** *in diuerſorijs honeſtis, minimeq; famoſis.* ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι, *inquit Theognis:* ἢν δὲ κακοῖσιν προσομιλῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.
      - **Conſilio.** *Plato neminem ſuorum ciuium, uel adultum, niſi ſuaſu ſcitu permiſſuq;* Νομοφυλάκων *peregrinari permittit. Quanto ergo maiore iudicio hodie in tanta peregrinandi & libidine & libertate utendum? & parodia illa tenenda,* βουλεύεσθαι βραδέως, ἀποδημεῖσθαι ταχέως.

A. Morum

- A. Morum ratio habēda tum
  - Bonorum, quos
    - Habet, ne inepta peregrinatione corrumpātur. Qua quidem in parte
      - Peccatur à multis: ſic nāq;
        - A' uenefica Circe in porcos ſocij Vlyßis tranſmutati finguntur.
        - Vlphilas Gothorum epiſcopus poſt Theophilum orthodoxus, miſſus à popularibus ſuis ad Valentem Imp. legatus ad impetrandas ſedes nouas (ab Hunnis enim expulſi erant) cum Arianis Conſtantinopoli uerſatus, eam labem ſecum retulit, totamq; adeò gentem infecit.
        - Multi Germanorum angeli ruſtici in Italiam proficiſcuntur, redeunt diaboli urbani.
      - Non peccauit Philoxenus Dithyramborū poeta Athenienſis, ex colonis unus, qui in Siciliam mißi fuerant. Nam cùm domum ibi & agros nactus eſſet feraces, incolas uerò luxu corruptiß. eſſe uideret: Hæc bona, per Deos, inquit, me non perdent. adeoq; relicta ſorte ſocijs, enauigauit.
    - Non habet, eos acquirere ſtudeat.
  - Malorū, quos
    - Habet, an eos peregrinando exuturus, & non potius confirmaturus uideatur. Multi certè improbitatem non tam in Italia acquiſiuere, quàm data occaſione laruā ſimulatæ probitati detraxere. Ex præcepto Ariſt. ad quæ quis uitia procliuis eſt, ab ijs quantopere poteſt ad contrarias uirtutes traducendus erit: tantum abeſt, ut libertate peregrinandi abuti debeat.
    - Non habet, ne illos inſpectione, & conuerſatione malorum ſenſim contrahat, ſui iuris peregrinando factus. Hinc ortum prouerbium, Tedeſcho Italianato diauolo incarnato. Quam ob cauſam Spartani ciues ſuos à ſpectanda Aſia diutißimè cohibuerunt, ex Lycurgi inſtituto, ad corruptelam morū euitandam peregrinos etiam urbis ingreſſu probibentis: quam ξενηλασίαν Thucydides inuidiæ tribuit, ne peregrini Reip. mores perdiſcerent. Adoleſcentulum certè, quòd uiam, quæ Pyleam duceret, ſciret, ſeuerè à pædanomo increpitum Plut. refert. Ita quoq; Ciceronis pater Italos Syrorum uenalium ſimiles eſſe dicebat, quorum ut quiſq; ſciret optimè Græcè, ita eſſe nequißimum: innuens unà cum literis mores Græcorum ad Latinos demigrare.

B. Ratione habita ætatis ſi

Sub *magiſtro adhuc uiuat, ſic uel puer tutò peregrinari poterit (modò probi & eruditi* Phœnicis *opera nitatur) minore tamen cum fructu, cùm audita multò minus quàm uiſa & intellecta mouere queant.* Apud ueteres *rariſſima exempla puerilis peregrinationis reperias: quòd nimirum pueris* Præceptorum *potius cognitio bonorum, quas* γνῶμας *appellarunt, conueniat, quàm* Exemplorum *inſpectio.* Nam *cùm ætas illa naturam magis quàm rationem ſequatur, exempla uitiorum, propter uoluptatis illecebram, prõptiſſimè obſeruabit, & aliquando imitabitur.* Eapropter *pædanomus* Spartanus *puerum ſeuerè reprehendit, quòd uiam noſſet, quæ* Pyleã Arcadiæ *duceret.* Tam *alienam ab hac ætate peregrinationem eſſe debere putabant.*

Abſq; *magiſtro, ſui ſit iuris, quo adultior erit, & à cupiditatum ſtimulis liberior, eò tutius & fructuoſius peregrinabitur.* Itaq;

Plato *ante* L. *annum ciuibus ſuis nec publicè, nec priuatim peregrinari permittebat.* Ipſum *uerò* θεωρὸν, *qui ad* Reip. *leges corrigendas aliarum* Rerumpub. *inſpectione peregrinaturus eſſet, à* L. *ad* LX. *ſi uellet, id facere iubebat.*

Venetorum *legati, ſi quæ apud exteras gentes notatu digna obſeruarint, ea* Patribus *diligenter perſcribere conſueuerunt.* Gaſpar Cõtarenus, *magnus ille* Cardinalis, *cùm pro* Pp. *legatum in* Germania *ageret,* Germanorum *illum morẽ, quòd triuialibus ſcholis non niſi publico conſenſu delectos publicoq; ſtipendio conductos præficerent, ſummopere collaudauit: contrà quàm in* Italia *fieret, ubi priuatim qui uolunt ſcholas aperiant grammaticas, ſtipem à pueris exigentes.* Nimirum Reip. *ſeminario maximam curam impendẽdam eſſe uir grauiſſ. idemq; in* Platonica *philoſophia apprimè uerſatus, non immeritò cenſebat.*

n RELI-

RELIGIOSAE *Peregrinationis præcepta.*
CAP. VII.

GENVS *eſt, Religioſa peregrinatio, in uarias diductũ ſpecies, ut proinde etiã præcepta uariẽt. Ratio habẽda cauſarũ*

- **Internarum**
  - **Materiæ,** *tum*
    - **Locatorum,** *propter quæ peregrinationem ſuam ſuſcipiunt, ſiue ſint*
      - **Inanimata,** *ut*
        - Cadauera *ſanctorum.*
        - Aræ.
        - Signa *ſacra.* Mater Deorum *Peſſinunte* Romam *ducitur.*
      - **Animata:**
        - Arbores.
        - Bruta. *Sic*
          - Serpens *Æſculapij* Epidauro Romam *uectus eſt.*
          - Bos Apis *ſolennibus Ægyptiorum peregrinationibus honorabatur.*
        - Homines. *tum*
          - Pij, *quorum conuerſatio & auditio, uel præceptis uel exemplis inſtruere poſſit.* Ad Pambum Antonij Ægyptij ere*mitæ diſcipulum (qui* XIX. *annis uix primum* Pſalmi 38. *uerſiculum,* Dixi cu*ſtodiam uias meas, ne peccem lingua mea, ſe aſſequi potuiſſe affirmauit)* Theophilus *epiſcopus inſtitutionis cauſa adibat. Ille mutus perſiſtere, abeuntem tamen magni beneficij loco paucis hortari, exemplum ſuum imitaretur.*
          - Impij & Deuoti, *uel excindẽdi uel conuertendi.*
    - **Locorum** *ſacrorum: ſiue ſint*
      - Templa, *Sacella.*
      - Specus. *Vt Trophonij, Amphiarai.*
      - Luci.
  - **Formæ.** *Peregrinatur*
    - Terra, *uel*
      - Incedens.
      - Saltans. *Superſtitionis tanta uis, ut quidam ſaltantes ad Diuorum ſepulcra profecti narrentur.*
    - Mari.
- **Externarum.** *Vide ſignum* †.

† Occurrit

† Occurrit hîc

- **Efficiens**
  - Princeps: *ſiue* Princeps, *Priuatus: ſiue Sanus, Æger.*
  - Inſtrumẽtalis: *quo ad*
    - Pecuniam, *uel peregrinatur ſumptu*
      - Proprio.
      - Alieno, *ἀχρήματος: et uel*
        - Certo, *Xenodochiorum.*
        - Incerto, *ſtipem mendicando oſtiatim, nunc abſq; cantu, nunc cum cantu, ut Germani ad D. Iacobum Compoſtellam peregrinantes.*
    - Veſtimẽta *in*
      - Genere: *uel*
        - Tecti.
        - Nudi.
      - Specie: *uel*
        - Calceati. *Inuenti etiam qui ſcrupos uel piſa calceis inderent, maioris deuotionis, in pedibus ſcilicet, excitandæ cauſa.*
        - Diſcalceati.
- **Finis,** *tum*
  - Theoricus: *ut uel*
    - Senſu
      - Videant.
      - Audiant.
    - Ratione *cognoſcant.*
  - Practicus: *ut uel*
    - Deum *ob*
      - Bona *quæ*
        - Contulit, *Laudent.*
        - Nondũ *contulit,* Orẽt.
      - Mala *quæ*
        - Adſunt *abigẽda* Interpellent.
        - Abſunt *auertenda* Supplicent.
    - Homines
      - Pios *defendant.*
      - Impios
        - Conuertant. *Huc Caroli Magni XXX. annorum perpetuæ ferè expeditiones contra Saxones.*
        - Excindãt. *Huc Sacræ expeditiones uulgò dictæ Cruce ſignatorũ: ſi modò id, quod à Chriſti Opt. Max. exemplo alieniſſimum eſt, ſacrum dici meretur. Hic hoſtes ſuos & quidẽ maximos ſeruare: illi fratres ſuos & inauditos & innocentes interdũ perdere ſtudent.*

MILITARIS *Peregrinationis præcepta.*

CAP. IIX.

Στρατηγηματικὴ eatenus tãtùm, quatenus peregrè fit, huc referri debet: cuius finis cùm ſit uictoria de hoſte in regione externa, ratio habenda erit Cauſarum Peregrinationis huius tum

- Internarum: *uidelicet*
  - Materiæ. *Viputa*
    - Locatorum, *tum*
      - Perſonarũ: *uidelicet*
        - Inimicorum, *ut ijs quocunq; modo incommodetur.*
        - Amicorum, *ut ij non minus, quàm noſter exercitus, conſeruentur.*
      - Rerum *quæ pertinent uel ad*
        - Inimicos, *uti Perdantur, uel Occupẽtur: utputa*
          - Equi.
          - Naues.
          - Commeatus.
          - Arma.
          - Machinæ.
        - Amicos, *uti Conſeruentur, Defendantur.*
    - Locorum, *In quæ, In quibus, Per quæ exercitum ducit, utrũ*
      - Amica, *Inimica.*
      - Commoda, *uel Incõmoda exercitui, quo ad*
        - Victum *& Commeatum abundantem uel deficientem.*
        - Sanitatẽ: *Salubria, Inſalubria.*
        - Securitatẽ. *Secura, uel Infeſta ab*
          - Hominibus.
          - Feris.
            - Serpentibus.
            - Leonib.
        - Iter, *uel*
          - Expedita.
          - Impedita, *propter*
            - Obſtacula
              - Aquarum.
              - Niuium.
              - Arenarũ.
              - Lapidum.
            - Situm. *Ardua, Mõtoſa, Plana.*
  - Formæ, *utrum ſuſcipiatur*
    - Terra.
    - Aqua, *Claſſe.*
- Externarum, *Efficientis nimirum.* *Vide ſignum* Aa.

Aa. Effi-

- Aa. Efficiēs conſiderādus
  - Princeps, Dux ſimul et Milites, ſub quibus etiam Socios cōplectimur. Reſpectu igitur
    - Loci *iniquioris, incommoda ſuperanda*
      - Aquarum.
      - Siccitatis, *Sterilitatis.*
      - Aſperitatis.
      - Ferarum *& Serpentium.*
    - Hoſtiū, *curandū ut manus illorum uel*
      - Præueniamus, *uel*
        - Doloſa *ſimulatione & diſsimulatione: ut puta*
          - Quiete.
          - Diſtractione *exercitus, per partes tranſmiſsi.*
          - Metu *iniecto proditionis, irruptionis, periculi cuiuſcunq;, auxilij.*
          - Victoriæ *rumore.*
          - Pacis, *fœderis, pactionis, ſocietatis mentione.*
          - Effugij, *libertatis prætextu.*
        - Virtute, *nimirum*
          - Vigilantia.
          - Fortitudine *animi atq; corporis.*
      - Euadamus. *Vide ſignum* Bb.
  - Inſtrumentalis, *quæ peregrinationi militari quomodolibet conferūt, uti uel comparentur uel conſeruētur, ſiue ſint*
    - Inanimata:
      - Pecunia.
      - Commeatus *omnis generis.*
      - Arma.
      - Veſtimenta.
      - Machinæ.
      - Naues.
    - Animata, *ut*
      - Equi.
      - Elephanti.
      - Canes.

Bb. **Euademus**, *id curãdo, ut hoſtes uim uel inferre non*

- **Poſsint,**
  - **Medio** *aliquo interiectoːut puta*
    - **Vallo,** *Muro.*
    - **Igni.**
    - **Aqua.**
  - **Abſq;** *medio interiecto, uel*
    - **Cum** *impreſsione in illos facta, locis*
      - **Iiſdem,** *quibus expectabãt: idq; rurſus exercitu uel*
        - **Coniuncto,** *ingenioſa aciei inſtructione.*
        - **Diuiſo,** *parte una obiecta hoſti, alteram educendo.*
      - **Diuerſis,** *circumeundo, includendo, pellendo.*
    - **Abſq;** *impreſsione, celeri fuga, impedimentis omnibus relictis.*
- **Velint,** *flexi*
  - **Religione** *aut miſericordia, Obiectu captiuorum, Deorum.*
  - **Auaritia** *& prædæ cupiditate.*
- **Sciant,** *deluſi*
  - **Viarum** *aut Temporis errore.*
  - **Nebula,** *Fumo, Tenebris, Statuis, Niue.*

MECHANICAE *Peregrinationis præcepta.*
CAP. IX.

HIC *ſimiliter cōſiderandū quoad*

- **Materiam,**
  - **Quæ**
    - Ars *diſcenda.*
    - Exempla *ſpectanda.*
  - Quo *loco. Nō omnis fert omnia tellus, uel* βλαστήματα *naturæ, uel* νομοθετήματα *artis (ut Hippocrateis uocibus utar) Ergo etiam Mechanicis artibus per ſingulas ferè urbes ſua eſt diuerſitas.* Sic V.G.
    - Statuarij, *Architecti, Pictores,* Textores, *quæ obſeruēt, habebunt in Italia.*
    - Figuli, *Fabri omne genus in Germania.*
- **Formam,** *Quomodo peregrinandum.*
- **Efficientem,**
  - Quis *ille ſit qui diſcit, ratione*
    - Ætatis.
    - Morum.
    - Ingenij, *Induſtriæ.*
    - Conditionis.
  - A' quibus *diſcere debeat;*
    - Per *ſe quidem, à Peritis.*
    - Per *accidens uerò, à Probis, ab ijs qui legitimè artem profitentur. Apud Germanos collegia Opificum ſingula ferè peculiares de hac re leges habent, ut nec à quibuslibet ars percipi queat, nec cuilibet eius percipiendæ facultas detur. Apud Gallos & Italos maior libertas eſt.*

SANI-

SANITATIS ergo ſuſceptæ Peregrinationis præcepta. CAP. X.

DE Medicorum peregrinatione paulò poſt ſub Efficiente. At quā hoc loco conſideramus, non tam Medicorū eſt, quàm Hominum ex præſcripto medicorum uiuere uolentium. Præcepta alia

- Generalia relata ad
  - Materiā.
    - Quid. Peregrinando uel
      - Morbum quem
        - Non habent, Fugiunt, ut Peſtem.
        - Habent, loci mutatione ſtudēt amoliri.
      - Sanitatē quam
        - Non habent, affectant.
        - Habent, conſeruare cupiunt.
    - Vbi, ſeu in quo loco. Galenus tabidos Tabias dimittebat. Sunt qui Thermas petant. Alij aerem mutaſſe ſatis habent, pro ratione ualetudinis.
  - Formam Peregrinationis ſalubris, tum
    - Eundo.
    - Commorando.
    - Redeundo.
  - Efficiētem
    - Principem.
    - Inſtrumentalem. Valetūdinarius plurib. eget, quàm qui ſanus eſt. Huc ergo res non naturales à Medicis dictæ, Aer, Alimēta, Sōnus, Vigilia, Inanitio, Repletio, Motus, Quies, Animi accidētia. Alij nāq; opus habēt
      - Paucioribus, ut ſola aeris mutatione.
      - Pluribus, ut puta Victus ratione, Thermis, Exercitio conueniente.
- Specialia. Vide ſignum †

† Particularia exempla Peregrinationis ſuſceptæ cauſa

Peſtilentię *fugiendæ.Tritũ illud, Citò,Longè,Tardè.Nempe quoad*
- Locum, *Longè fugiendum.*
- Tempus
  - Itionis, *Citò exeũdũ.*
  - Reditus, *Tardè redeundum.*

Elephantiaſis *expugnandæ. Inſigne exemplum Naaman Syri, ſeptena Iordanis immerſione à lepra per Eliſæum curati, in ſacra hiſtoria.*

Tabis *abigendæ.*

Inſaniæ *excutiendæ. Vt qui ad Diuorum corpora peregrinantur. Quidam Conſtantij Imp. candidatus ex Francia Germaniæ oriundus, quem à pueris dæmon obſederat, ductus Gazam ad Hilarionem Palæſtinum eremitam, tam Syra quàm Græca lingua (quas tamen nunquàm didicerat) multiplicem obſidionis cauſam enarrauit. Tum Hilarion, Non quomodo intraueris curo, ſed ut exeas, in nomine Domini noſtri* IESV *Chriſti impero. D. Hieronymus in eius uita.*

Vulneris *curãdi:*
- Telephus *Myſorũ rex ab Achille uulneratus, cùm nullum mali remedium niſi ab auctore uulneris expectandum eſſe oraculo didiciſſet, Græcos iam abeuntes conſectatus, ab Achille, Chironis Centauri in re medica diſcipulo, haſtæ ærugine curatus eſt.*
- Phormio *Crotoniata in prælio ad Sagram uulneratus, oraculum accepit, Lacedæmone eum medicum eſſe quærendum, à quo primus ad cœnam uocaretur. Vbi Spartam uenit, adoleſcens quidã obuius benignè inuitatum domum ſuam deduxit, & cuius cauſa ueniſſet quærens, raſuram haſtæ uulneri impoſuit. A' cœna reuertens, cùm currũ conſcendere uideretur, ianuam ædium ſuarum Crotone apprehendit. Suidas. I nunc & dæmonum ride præſtigias.*

OPVM *cauſa ſuſceptæ Peregrinationis præcepta.*

CAP. XI.

- **PRÆCEPTA** *huius in genere qui dẽ cõueniẽt, in ſpecie uerò differẽt, tũ reſpectu*
  - **Materiæ:** *nimirum*
    - **Perſonarũ,** *A' quibus acquiritur. Sunt ergo uel*
      - **Peregrini.**
      - **Populares.** *In quo genere collocandi ij, qui bona ſua uendunt uili precio, ea conditione, ut ſi ex* Hieroſolymitana *aut quauis alia longinqua peregrinatione incolumes reuertantur, ea ipſa ſarta tecta recipiant, neq; precium reddere cogantur.* Sin *minus, emptor iure proprietatis ea bona retineat.* Qui *mos apud* Belgas *&* reliquos Oceani Germanici *accolas etiamnum uiget, multò tamen quàm olim remiſsior.*
    - **Locorum,** *E' quibus.* Non *omnis fert omnia tellus, nec omnia unde'uis petenda.*
  - **Efficientis:** *tum*
    - **Principis,** *eius qui acquirit.* Hic *uarius eſt, reſpectu*
      - **Animi:**
        - **Sophiſta,** Rhetor.
        - **Medicus.**
        - **Mechanicus:** *quoad*
          - **Opus,** *Artifex.*
          - **Operá,** *Mercenarius.*
      - **Fortunæ:** *uidelicet*
        - **Opulentiæ:** Diues, Pauper, *Mendicus.*
        - **Dignitatis:**
          - **Rex.** *Cyrus contra Scythas, auri cauſa.*
          - **Dux.** P. *Craſſus contra* Parthos.
          - **Legatus.**
    - **Inſtrumentalis,** *Modi ſcilicet, per quem acquirunt.* Vide Aa.

Aa. Accipi-

Ad. Accipitur enim uel

- **Propria** *induſtria à*
  - **Volen-** *tibus, cõmutatione*
    - **Operæ.** *Sic acquirunt*
      - **Legati** *Muneribus. Timagoras Athenienſis ad Artaxerxẽ legatus miſſus, & ingentibus donis ditatus, capitis damnatus eſt à ciuibus ob proditionis ſuſpicionem.*
      - **Milites**
        - **Stipendijs.** *Vt Cares olim: utinã uerò ne hodie & Germani, &, quod ob libertatis prærogatiuam indignius eſt, Heluetij.*
        - *Ζωγρίοις & Λύτροις, quæ dantur uitæ & libertatis cauſa à bello captis.*
      - **Mechanici** *quilibet Mercede.*
      - **Docti** *διδάκτροις.*
      - **Medici** *σώστροις.*
    - **Rei** *qualiſcunq;. Sic Mercatores dant aliquid, ut uiciſsim accipiant.*
  - **Nolen-** *tibus & inuitis, uel*
    - **Dolo** *circumuentis. Sic Argonautæ, duce Iaſone, Colchis uellus aureum, Medeæ proditione, regis Æetæ filiæ, eripuerunt.*
    - **Vi** *coactis*
      - **Aperta,** *bello ritè indicto. Sic Hercules Geryonis boues ex Hiſpania, Mala aurea, hoc eſt oues pulcerrimas (quas μῆλα Græci uocant) ab Heſperidibus inſulis uictor abduxit.*
      - **Clandeſtina,** *Prædonum, Piratarum, Latronum. Prædator prædæ eris, Vaſtator uaſtabere. Cauete populares.*
- **Aliena**
  - **Liberalitate,** *Munus honorificum: ut Alcmæon Athenienſis Sardibus à Crœſo rege.*
  - **Humanitate,** *Eleemoſyna.*

AMICITIAE cauſa inſtitutæ Peregrinationis Præcepta. CAP. XII.

IN peregrinatione Amicitiæ nomine ſuſcepta, ratio habenda erit reſpectu

- **Materiæ tum**
  - **Perſonarum**, *quibuſcum amicitiam iungimus, eorũ ſcilicet, quorum familiaritatis uel uſufructus uel recordatio nobis utilitati decori'ue, nunc olim'ue eſſe queat. Sic ergo amicitiæ expetuntur*
    - **Superiorum**, *uirorum ſcilicet quibuſcunq; bonis clarorum. Sic* Docti Doctos, *ſic* Politici Politicos *tum in ijs locis, in quibus commorari uolent, tum per quæ iter facient, uiſitabunt.*
    - **Parium** *& æqualium, tum popularium noſtrorum, tum aliorum quorumuis commilitonum.* Ergo *quorum olim uel in patria uel alibi conuerſatio grata fuit, eoſdem data occaſione obiter inuiſere ne graueris, quòd hæc cõpellatio in peregrino ſolo maximè popularis eſt, & ampliſſ. interdũ humanitatis fructum afferre poteſt.*
  - **Locorum**, *in quibus degunt.*
- **Efficientis** *Inſtrumẽtalis, eorum* Præſidiorũ, *quæ conferent ad amicitiam*
  - **Contra** *hendã per*
    - **Noſipſos**, *officioſo & honeſto* Obſequio, Acceſſu, Alloquio, Pudore ruſtico euitato. *Anacharſis* Athenas *ueniens* Solonis *ædes adit,* Solonem *uidere, & hoſpes quoq; eiuſdem fieri cupiens.* Solon *per puerum renunciat,* In *patria ſolere hoſpites fieri. innuens, inter* Græcos *&* Scythas *hoſpitij ius non eſſe.* Anacharſis *perinde ac ſi intrare iuſſus eſſet, ingreſſus eſt, dicens, ſe iam eſſe in patria* (κοσμοπολίτην nimirum) *& hoſpitio dignũ.* Qua *reſponſi dexteritate* Solonem *ſibi conciliauit, teſte* Plut.
    - **Alios**, Commendatione *literarum ab ijs facta, qui quàm ſimillimi ſint ijs, quibus inſinuari cupimus.*
  - **Conſeruandam.** Vide ſignum I.

I. Conſeruanda amicitia cõtracta partim

- Memoria. *Modus uulgatus, ut &*
  - Manus *amicorum, aliorúmue, libellis excipiatur.*
  - Imagines *depictæ & uirorum & mortuorum, quantum eius fieri poteſt, habeantur.*
- Officio, *conuerſatione, deductione, comitatu, obſeruantia omnis generis. Occurrunt hîc duo: reſpectu eius qui*
  - Inuiſit, *uti prius diſcedat, quàm præſentiam ſuã oneroſam fieri cognoſcat.* Nam *quod* Euripides *inquit,*

    Τὰ ξένων πρόσωπα φεύγουσιν φίλοι,
    ἓν ἦμαρ ἢ δὺ βλέμμ᾽ ἔχειν φασὶν μόνον.

    Quòd: *ſic à* Plauto *in* Milite *glorioſo exprimitur:*

    Hoſpes nullus tam in amici hoſpitiũ diuorti poteſt,
    Quin ubi triduum continuum fuerit, iam odioſus ſiet.
    Tametſi dominus nõ inuitus patitur, ſerui murmurant.
  - Inuiſitur, *quàm humanus in admittẽdo fuit amico, tam in eodem quoq;*
    - Retinendo *benignus ſit. nam Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes: adeoq́; ἄξενον quàm ξενηλάτην fieri præſtat.*
    - Dimittendo *humanus eſto.* Pulcrè Heſiodus:

      Τὸν φίλον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δ᾽ ἐπέμπειν.

      Nam iuxta Publij illud,

      Inuitum cùm retẽneas, exire incitas.

Peregrinationis MVLTIPLICIS *præcepta.*

CAP. XIII.

EST quando peregrinanti non unus ſed plures fines ſunt propoſiti. Sic Vlyſſes non Vrbes tantùm uidiſſe, ſed Mores quoq; multorum hominum cognouiſſe ab Homero perhibetur: Topica proinde & Ethica peregrinatione nobilis, ſed & Theorica, cùm non magis caſu quàm certo conſilio ab Æolo Naturalem ſcientiam de uentorum ortu à Calypſo Aſtronomiam, à Circe Magiam, à Sirenibus Eloquentiam & Poëſin percepiſſe credatur. Etſi Ælianus Vlyſſem & Menelaum non tam eruditionis quàm lucri ſtudio, imitatione Phœnicum, peregrinatos fuiſſe, ex Theophraſti opinione contendat. Præcepta igitur erunt multiplicia, ex ſuperiorum ſimplicium combinatione petēda, ſic tamen ut potioris finis potiora quoq; præcepta habeantur, & id unum caueatur, ne peregrinatio uni fini conducens, alteri obſit: ut ſi quis Linguæ cauſa peregrè proficiſcens, Mores interim peſsimos imbibat. Fines ergo inter ſe diligenter examinandi, pugnent nec'ne, & dignior minus digno præponendus.

INTER *fines plures alij ſunt*

- Primarij, *ſiue unus ſit, ſiue plures æquè principes.* V.G. *ſi quis & ſtudiorum & linguæ cauſa petat* Italiam. Sic Democritus *ſapientiæ ergô ad* Gymnoſophiſtas *peregrinatus eſt: ſic* Pauſanias *uniuerſam* Græciā *Hiſtoriæ & Chorographiæ,* P. Ægineta *rei medicæ cauſa perluſtrauit.*
- Secundarij, *quorum obiter tantùm ratio habenda eſt. Sic poteſt Medicinæ cauſa Italiam petens una eademq; opera &*
  - Linguam *addiſcere* Italicam.
  - Loca *obſeruare uaria, quibuſcunq; bonis maliſue celebrata.*
  - Naturæ *miracula, in metallis, plantis, animalibus cognoſcere, comparare.*
  - Artis *opera admiranda, ſtatuas, coloſſos, imagines, naues, machinas, arma, ſepulcra, & ſimilia, ſpectare.*
  - Gentium *naturas, ſtudia, mores, corpora, fortunas annotare:* Academias, Eccleſias, Politias *luſtrare.*
  - Priuatorum *hominum uirtutes & uitia explorare.*
  - Mores *ſuos ad popularitatem & urbanitatem conformare.*
  - Sanitatem *corporis uel loci mutatione, uel motu ipſo confirmare.*
  - Gloriam, *hoc eſt, exiſtimationem, experientiæ opinione, conciliare.*

DOCTO-

DOCTORVM hominum ſeu PROFESSORVM *Peregrinationis præcepta.*

CAP. XIIII.

PRAECEPTA Generalia quo ad

- **Materiam.** *Ea Loca & eos Homines adeat, quibus profeſsionē ſuam acceptam fore norit.* Itaq;
  - Simonides, *cùm totam Græciam ſuis carminibus repleuiſſet, ſolos Theſſalos præterijt, quòd ſtupidiores eſſe diceret, quàm qui Serene ſua decipi poſſent.*
  - Ariſtippus *philoſophus naufragio in Rhodiorum littus eiectus, uti mathematicis figuris obiter conſpectis comites bene ſperare iuſsit, ita ab inſulanis humaniſsimè exceptus, cuidam è ſuis domum reuertēti, & nunquid nunciari ciuibus uellet interroganti: id unum reſpondit, Eas opes comparādas eſſe, quæ naui fracta cum domino ſuo enatent.*
- **Efficientem**
  - Principem, *reſpectu*
    - Profeſsionis: *an Iurecoſſ. Medicus, Philoſophus.*
    - Opulentiæ: *an Diues, Pauper.*
  - Inſtrumentalem. *Ea quæ ad artis exercitationē neceſſaria ſunt, ferat ſecum, ſed quantum eius fieri poteſt maximè accisa.*
- **Finem.** *Aut peregrinatur ob finem*
  - Proprium, *cauſa artis ſuæ exercendæ confirmandæúe, uel propter*
    - Quæſtum.
    - Famam.
  - Alienum, *ut ſpectet, audiat, cognoſcat, agat quæuis alia.* C. Iul. *Cæſar Commentarios bellorum ſuos aliosq; libros plurimos, in quibus etiam poema quod Iter inſcribitur, tanta cum uelocitate peregiſſe dicitur, ut quoſdam ex eis in Alpium tranſitu ſcripſerit, ex citeriore in Tranſalpinam Galliam reuertens, belli Gallici temporibus quoſdam, ipſorum bellorum ciuilium, ſub Mutinenſe diſcrimen: quoſdam ab urbe Romana in ulteriorem Hiſpaniam proficiſcens, quam uiam ſimul cum ſtudio diebus quatuor & uiginti perfecit. incertum his ſimilib. operibus linquēs, utrum animi foret, aut corporis, an robore uel celeritate mirabilior. Suetonius.*

Stvdiosorvm *ſeu* Discipvlorvm *Peregrinationis præcepta.*

CAP. XV.

Stvdiosos *uoco, uulgari appellatione, eos qui literarum ſtudia qualiacunq; ſectantur, nondum ita cõfirmati, ut ea profiteri, uel docendo, uel exercendo, ſed diſcendo tantùm poßint. Cicero in procemio Officiorum ad Filium ſtudiorum cauſa Athenas miſſum, & Quid (Philoſophiam) & A quo (à Cratippo) & Quomodo (Audiendo præcepta, ſpectando Exempla) diſcere debeat, eleganter meminit, ne ipſius quidem Loci (Athenis, in Academia) & Temporis (Annum iam) cõſideratione neglecta. Præter communia igitur præcepta peregrinationis, peculiaria ſunt quædam, quæ ad ſtudioſos pertinent uniuerſim quo ad*

- Materiam: *uidelicet*
  - Quid. *Quod ſtudiorum genus ſequi cogitet.*
  - A' Quo. Ratione
    - Perſonarum. *A' quibus. Iſocrates ad Demonicum μὴ κατόκνει μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους. Socrates econtrà in Platonis Phædro, quòd urbs Athenienſium uelut Græcia Græciæ eſſe uideretur, Athenis nũquam exceßit. φιλομαθὴς γάρ εἰμι, inquiens: τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι.*
    - Loci. *Vbi.*
- Efficientem. *Vide in ſeq. ſignum* A.

A. Quo ad

A. Quo ad Efficientem Inſtrumẽtalem (quæ Viæ auxilia Maroni, ἐφόδια Græcis in genere dicũtur)

- **Animatum: nempe ad**
  - **Bruta,** *quæ adhibẽtur cauſa*
    - **Vecturæ.** *Equo laborioſo magis quàm ſumptuoſo, ad iter, non ad pompam uel lucrum, ſtudioſus utitor. Namq; & cura operoſior quadrupedis, à dignitate philoſophi aliena eſt, qui ſe potius, quàm equum nitere ſtudebit: & lucri aucupium ſtudijs eius maximè contrarium.*
    - **Cuſtodiæ.** *Ne Canes quidem ſtudioſo conueniunt, præterquam laruato, hoc eſt, qui fucatæ nobilitati, equorum atq; canum imperio glorianti, ſtudioſam perſonam prætexit. Imberbis iuuenis iam tum cuſtode remoto Gaudet equis canibusq́; et aprici gramine campi, inquit ille. Et profectò hæcce eorum ſunt ſtudia, qui uenatores uel ferarum, uel, quod grauius eſt, hominum potius, quàm uiri toga illuſtres aliquando ſint futuri.*
  - **Homines, ſiue ſint**
    - **Comites.** *Eos ſibi Comites itineris adſciſcat, qui non tantùm linguæ atque morum periti ſint: uerumetiam quid quibusq́; in locis obſeruandum ſit norint, nec feſtinatione ſua fructum peregrinationis in herba abſumant. Eapropter Mercatores plerunq; oportuni quidem, ſed propter diuerſum peregrinationis finem (ut quibus lucrum potius, quàm cognitio, propoſitum eſt) parum idonei ſtudioſórum comites exiſtunt.*
    - **Præceptores,** *qui uel*
      - **Experientiam** *habẽt, & ea quæ ſunt cognoſcẽda uel ipſi prius obſeruarunt, uel ab alijs fideliter cognouerunt.*
      - **Induſtria** *& diligentia pollent: & uerò ea ſunt gratia & prudentia, ut quæ obſeruata digna ſunt, ab incolis expiſcari queant.*
- **Inanimatum:** *nimirũ quo ad*
  - **Pecuniam.** *Studioſi iuuenes, nullo adhuc rerum uſu præditi, uel propter profeßionis dignitatẽ inuidiæ, uel propter ſimplicitatem inſidijs etiam improborum expoſiti, tanto cautius & in expẽdenda & in conſeruãda ſeu occultãda potius pecunia uerſari debẽt.*
  - **Arma** *oportuna ſtudioſo.* Vide ſignum B.

P B. Arma

- B. **Arma** ſtudioſo cõueniunt alia
  - **Per** ſe ad excedãdam Lectionem, Scriptionem, Obſeruationem. Secum igitur feret
    - **Pugillares**, Atramentum, Calamos, Chartam, ad Ephemerides itineris conficiendas, ad ea quæ obſeruatu digna erunt annotanda, ad ſtylum præſertim poeticum exercendum.
    - **Libros** quibus utatur &
      - **Dum** iter facit, unum aliquem auctorem ephodium, ut ita dicam (uulgò Vade mecum appellant) ſtudijs ſuis accommodatum, cuius crebra lectione & ſententiarum repetitione memoriam exerceat, tum peregrinãdo, tum in diuerſorijs interdum quieſcendo, uel in
        - **Genere**: ut Poetam aliquem ſentẽtioſum, uel Gnomas poeticas: quòd ea, quæ ad mores & pietatem faciũt, ut communia omnib. ſic antiquiſſima omnibus eſſe debent.
        - **Specie**, certo ſtudiorum generi inſeruientem. Sic habent alij alia ſuæ quiq; artis enchiridia.
      - **Poſt** iter confectum. Hi in quoque genere non niſi optimi maximeq; neceſſarij habendi: ut Bibliothecæ moles exigua ſit, ſed uſufructus maximus. Id fiet, ſi & quæ legit & quæ audit ipſe ſua facere per commentarios ἀπομνημονευμάτων dictos ſtudeat. De quorum ratione in Theatri humanæ uitæ Proſcenijs egimus, tãquam aliud agentes. Ex profeſſo autem in Commentarijs Logicis, ſi quando & ubi Deus uolet.
  - **Per** accidens, quibus uiolentiæ & improbitati alienæ reſiſtatur, nec multa, nec operoſa, nec ſumptuoſa, ne (quod illic de Antiochi exercitu Hannibal dicit) auaritiæ ſceleratorum occaſionem det. Sanctè & piè Phocylides: τὸν ξίφον ἀμφιβάλε μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν. εἴτε δὲ μὴ χρήζοις μήτ' ἔννομα μήτε ἀδίκως· ἢν γὰρ ἀποκτάνῃς ἐχθρὸν σέο χεῖρα μιαίνεις. Ridiculi qui milites potius quàm ſtudioſos decentibus armis inſtruuntur: digniq; adeò qui militari more tractentur, detracta, ut ſæpe, larua militari.

THEO-

THEOLOGICAE *Peregrinationis præcepta.*
CAP. XVI.

THEOLOGICÆ *Peregrinationis præcepta*
- Generalia, *quo ad*
  - Materiam: *nempe*
    - Loca *adeunda, uiſitanda, frequentãda: nimirum*
      - Templa.
      - Cœnobia.
      - Xenodochia.
    - Loca *ta obſeruanda: tum*
      - Res *uel*
        - Sacræ, *utputa*
          - Aræ. Anathemata.
          - Libri *ſacri.* D. *Hieronymus in Cæſarieſi bibliotheca magnam partem librorum* Origenis, *à* Pãphilo *Euſebij deſcriptam ſumma cum uoluptate inſpexit.*
          - Supellex *ſacra. Sic* Cleombrotus *Lacedæmonius* Theologiæ *ſtudioſus nihil admirabilius uidit apud* Iouis *Ammonis delubrum lucernæ æterna, quæ diſparem olei copiam quotannis abſumeret: hinc colligens, annos alios alijs breuiores eſſe, apud* Plut. *de* Def. *orac.*
          - Corpora ſanctorum.
          - Sacrificia. Preces. Cõciones.
          - Cantus. Hymni.
        - Profanæ, *quatenus ad ſacros uſus adhiberẽ poſſunt. Sic tota concors machina perſonat* Dei *tuentis cuncta potentiam, teſte regio* Pſalte: *& rectè admodum* Antonius *Eremita Ægyptius demiranti philoſopho quòd abſq; libris eſſet,* Totũ *hoc quod conſpicis uniuerſum mihi liber eſt, reſpondit.*
      - Per*ſonæ conſideratæ*
        - Mate*rialiter, ſacri*
          - Magiſtratus, *ut* Epiſcopi, *Presbyteri, Sacerdotes, Cõcionatores, Monachi, Eremitæ.*
          - Subditi, *quàm rectè ſecundùm religionem inſtituti.*
        - Formaliter, *ratione ſcilicet diſciplinæ ſeu politiæ & œconomiæ eccleſiaſticæ.*
  - Efficientem. *Vide ſignum aa.*
- Specialia. *Vide ſignum bb.*

a a. **Efficiens** *alius*

- **Princeps:** *quo ad*
  - **Habitum**
    - **Ethicum.** *Qui ſummi regis legatione uel officioſa uel libera & honoraria ſaltē fungitur, maieſtati eius interno animi cultu, qui externorū morum compoſitione eluceſcit, ſeſe dignum præſtet.* Proinde
      - **Humilitatem** *ſectator, ut qui ſummus es propter eū, à quo mitteris, propter eundem quoq; omnium ſeruus nō tam dici quàm eſſe uelis.*
      - **Temperantiam**, *frugalitatem amplectitor. Cùm uera αὐταρκέα ἐν αὐταρκέᾳ ſit poſita, quanto minorib. impotentiß. cupiditatū fluctibus agetur, tanto paucioribus egebit, tanto facilius ab ijs, qui in propheta eum à quo mittitur honorare ſtudent, neceſſaria omnia conſequetur.*
    - **Theoricum**, *uel Doctores ſunt uel Diſcipuli: quorum hi alacrius, ſed illi ſecurius peregrinabuntur.*
  - **Ætatem**, *Iuuenes, Senes.*
  - **Dignitatem**, *gradibus diſpares.*
- **Inſtrumentalis.** *Sic V. G. ſumptu peregrinantur uel*
  - **Proprio.**
  - **Alieno**, *quem alij præſtant uel ex*
    - **Liberalitate** *pia. Sic Conſtantinus Magnus CCCXIIX. Epiſcopos ex toto orbe Nicæam Bithyniæ urbem, ad peſtiferum Arij dogma examinandum, ſumptu ſuo & uehiculis & alimentis præbitis euocauit. Vtinam uerò hodie inter tot principes, inter tot reges, tot tamq; pernicioſis in Eccleſia uigentib. controuerſijs, uel umbra Conſtantini reperiretur.*
    - **Gratitudine.** *Sic Ptolemæus Philadelphus LXXII. interpretib. ab Eleazaro ſummo Pp. Hieroſolymitano ad ſacros libros in linguam Græcam conuertendos miſsis, publicum hoſpitium ſumptu præbuit regio, xenijsq; cōhoneſtauit ampliß.*

b b. Præ-

bb.
Præcepta Specialia, alia V.G. pertinent ad

Epiſcopum. Pietas & ſanctimonia dignitatem, dignitas opulentiam, opulentia luxum & auaritiam & ambitionem inuexit. Sic ſemper mala comitantur bona, ſic omnia fatis in peius rueere. Sed quia non temporum, ſed factorum cuique reddenda erit ratio, D. Gregorius Pp. ſanctiß. erit imitandus, qui quòd eum, qui Oecumenici titulum ambiret, Antichriſti præcurſorem eſſe diceret (uti uiciſsim Ioãnes Baptiſta ſummæ humilitatis exemplo Chriſti præcurſor fuerat) primus Serui ſeruorum Dei appellationem citra ſimulationem aſſumpſit: dignus ob idipſum, quem pro Chriſti diſcipulo & uicario agnoſcas. Archiepiſcopum Colonienſem, eundemq; VII. uirum, magno equitum comitatu aduentantem, & quidem armatum, agricola quidam multò ante Lutheri tempora conſpicatus, Num hæc apoſtolica pompa eſſet, interrogauit. Aulico reſpondente, Sed eundẽ qui in Templo Apoſtolus eſſet, in Curia & Campo Principẽ eſſe Imperij, amarulenter ſubintulit: At hunc eundem Principem ſi ſuperbiæ nomine dæmon abripiat, quid de Archiepiſcopi anima agetur?

Eccleſiaſtem, ex Chriſti Opt. Max. præſcripto. Vide ſignum cc.

Monachum. Monaſtica tractẽt monachi. Nobis paucula delibaſſe ſufficiat: ab alijs diligentius excolenda & amplianda. Sic V.G. quoad

- Diuerſoria, præclarè pleriſq; ordinibus ubiuis terrarum proſpectũ eſt, ut Leuitico more uel nihil habentes, omnibus tamen neceſſarijs etiã in longinqua peregrinatione abundent, Monaſteria & Cœnobia ſuæ quiq; profeſſionis adeuntes.
- Arma, Dolonibus inſtruuntur, in baculi effigiem conformatis.
- Veſtimenta, cùm ſtolis ferè tegantur, ad arcendum pluuiæ pondus Galeris latiſsimis & firmiſsimis utuntur.

etc.

Ergo quo ad

- Mores, *eſto in*
  - Docendo *patiens atque ſedatus, nec temerè etiam ſuperſtitiones aliorum reprehendito. D. Paulus Athenienſium idololatriam placidè circumſpicit: tandem aræ Ignoto Deo erectæ occaſione (quam ab Epimenide in auerruncanda peſtilentia extructam Pauſanias refert) non tam impietatem illorum reprehendere, quàm pietatem ueram docere cœpit.*
  - Conuerſando *humanus & popularis, tum*
    - Accedens. *In quamcunq; domum ingrediminì, Pacem illi optate.*
    - Diſcedens. *Si uos non receperint, puluere è pedibus ueſtris excuſſo diſcedite.*
- Inſtru*mēta ſeu* Adiumē*ta uiæ:*
  - Alimentorum *neceſsitas &*
    - Frugalitate *metienda. Apoſtoli Chriſtum ſponſum ſequentes obiter extritis ſpicis etiā ſabbatho ueſcebantur. Nec perā, nec zonā (pecuniæ recondendæ cauſa) diſcipulis ſuis permittit Dominus, ut ab hiſce impedimentis liberi, tanto ſtudioſius in Euangelio diſſeminando inſudarēt, tantoq; expeditius perſecutores de ciuitate in ciuitatem fugerent.*
    - Gratitudine *aliorum ſubleuanda: cū par ſit eos, qui ſpirituali pabulo reficiuntur, corporalium uſufructum uiciſsim impertiri.*
  - Veſtimentorum *moderatio ſumma, niſi ex Chriſti præſcripto & D. Martini etiamnum militis exemplo egenos ex ſua ueſtire uelint abundantia.*
  - Armorum *nec geſtatio decora, nec uſus tutus. Gladijs duobus diſcipuli duodecim inſtruebantur, ad terrendum magis improbos et arcendas belluas, quàm ad pugnandum & offendendum.*
  - Librorum *apparatus non magnus, ſi modò Antonij exemplum imitari, & cum diuo Bernardo in montibus, uallibus, ſyluis meditando, Dei potentiam in creaturis agnoſcere, ſapientiam prædicare, bonitatem celebrare uelit. Enchiridij tamen loco ſunto libelli Precum ſelectiorum, Hymni Dauidici, uel ſimiles alij.*

IVRISPERITORVM *peregrinationis præcepta.* CAP. XVII.

PRÆCEPTA *horum ſimiliter alia*

- Generalia *quo ad*
  - Materiã. *Nempe*
    - Loca *quæ adeunda: Academiæ, Fora, Curiæ, Tribunalia.*
    - Locata *quæ conſideranda: utputa*
      - Res *iuridicæ, quæcũq; ad mores ciuiles, & propter hos etiam ad domeſticos faciunt, nimirum &*
        - Pręcepta, *Leges.*
        - Exempla
          - Actionũ.
          - Iudiciorũ.
      - Perſonæ. *Clari ſcilicet*
        - Iuris *interpretes.*
        - Iudices.
        - Cauſidici.
        - Hiſtorici.
  - Efficientem
    - Principem.
    - Inſtrumentalem: *utputa*
      - Liber *quis, Enchiridion uel Ephodium quodnam. Etſi exempla uitæ quotidianæ & priuatæ & publicæ ampliſſimi libri loco eſſe poterunt, homini ingenioſo & diſcendi cupido.*
      - Veſtitus *quis.*
- Specialia. *Videlicet quæ Iuris interpreti, quæ Diſcipulo, quæ Iudici, quæ Cauſidico eximie conueniant.*

MEDICAE *Peregrinationis præcepta.*
CAP. XVIII.

MEDICAM artem experimentis olim & conſtitutam & propagatam fuiſſe conſtat, eaq; propter peculiari epitheto Experientum medici gloriantur. Cùm autem experientia in ſingularibus hinc inde per uniuerſum ſparſis uerſetur, peregrinationes eximiè futuro medico conducent. Quocirca non tam à proiecta audacia ueluti athletica Parabolanos dici, quàm Perambulanos eſſe cupit Spagiros ſuos Theophraſtus Paracelſus popularis noſter, uir in ſuo genere maximus: uel quia iudicium acuunt, & hiſtoriam medicam, tum quo ad morborum genera, tum quo ad medicamentorum ſyluam augent, uel quia auctoritatem ſummoperè conciliant. Quam ipſam ob cauſam ſenes quoq; iuuenibus in arte noſtra utplurimum ſolent præferri.

PEREgrinatio Medicinæ ergò ſuſcepta cõſideranda quo ad
- Materiã. Hîc occurrunt
  - Loca. *Vide ſignum* A.
  - Locata: *nimirum*
    - Res *medicæ. Vide ſignum* B.
    - Perſonæ. *In quacunq; artis parte uiros celebres adeat, amicè cõſulat.* Apud Aegyptios *ſingulis ægritudinibus ſinguli erãt præfecti medici, nec ophthalmici in hyſtericorum meſſem manũ immittebant.* Herod. *lib.* 2. Di*ſcat ergo uel prece, uel precio, uel precariò, ſiue* Præceptorum *communicatione, ſiue* Exem*plorum commonſtratione ab*
      - Empiricis *quidẽ ἱστορίης εὐσχήμονος σύνεσιν (ut* Hip. *loquitur) quo ad ea quæ uulgò* Arcana *dicuntur, hoc eſt paucis communicanda, niſi maior pietatis propriæ in humano genere adiuuãdo, quàm improbitatis alienæ in quæſtu faciendo habenda eſſet ratio.*
      - Dogmaticis *uerò μέθοδον uniuerſalem.*
- Efficientem. *Vide ſignum* C.

A. Viſitet

A. Viſitet *celebres*

- Academias, *Scholas, Templa uel Æſculapio uel Apollini uel Febri conſecrata, apud Græcos illa, hæc etiam apud Rom. apud Ægyptios Hephæſtium, hoc eſt, Iſidis & Vulcani ſacrarium: in quibus remedia contra morbos experta, cum hiſtoria morborum & ſymptomatum tabellis deſcripta affigebantur.*
- Noſocomia, *ἰατρεῖα, ſeu Officinas medicas: Triuia item, in quibus exponebantur ægroti apud Aſſyrios, Ægyptios, & Cantabros, ut prætereuntium experimentis iuuarentur. Strabo lib. 3. & 16.*
- Pharmacopolia.
- Hortos, Montes, Metallifodinas, Thermas.
- Vrbes *populoſas*, Triremes, Caſtra. *Sic Chirurgiæ cauſa barbaricam militiam ſequi tyronem Hip. lib. de Medico iubet. Nam cùm Barbari eminus, Græci cominus rem gerant, ſagittarum extrahendarum rationem à Barbaris multò felicius, quàm à Græcis diſci poſſe.*

B. Ratio *igitur habenda*

- Morborum & *Symptomatum, quæ locis ijs uel communiter, uel ſingulariter accidere conſueuerunt. Quorum cognoſcendorum methodũ Hip. lib. de Aëre, aquis, locis, tradidit.*
- Auxiliorũ *poſitorum in*
  - Diæta *ſex rerum non naturalium. Obſeruet ergo eduliorum, uinorum, obſoniorum genera, conditura, facultates, tempora.*
  - Pharmacia. *Aegyptij Syrmaiſmo ſingulis menſibus utebantur, hoc eſt, trium dierũ continuata purgatione, per os aut ſeceſſum. Cui ſimilis fuit ea, qua in noſtra hac urbe Andream Petrum Peruſinum, chirurgum feliciſſ. & de nobis optimè meritum, in gallico expugnando, in catarrhis abigendis, in podagra & iſchiade leuienda, magno cum ſucceſſu uſum ſcimus.*
  - Chirurgia. *Quæ ſecandæ uenæ, quæ luxatorum reponendorum, quæ uulnerum curandorum ratio.*

C. Efficiens

- **Princeps**, *qui peregrinatur, uel percipiendæ uel ſpectandæ, uel exercendæ artis cauſa.*
- **Inſtrumẽtalis. Inſtrumenta alia**
  - **Viæ**, *nimirum*
    - **Veſtimenta**, *tum in*
      - **Genere**. Hip. περὶ εὐσχημοσύνης, *in* Medico *requirit* περιβολῆς εὐσχημοσύνην καὶ ἀφελίην, οὐ πρὸς περιεργίην πεφυκυίης, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς εὐδοξίην, τότε σύννευσιν, καὶ πρὸς πορείην, *elegantem ſimplicitatem, citra luxum decorã, grauitatis indicem, ad iter accommodatam.*
      - **Specie**. Sic Hip. *olim ſtatuæ petaſatæ fingebantur, quòd is habitus peregrinantibus conueniret.*
    - **Arma** *non magis gladiatoriæ, quàm rhizotomiæ oportuna. Qualis apud* Homerum *eſt* Vlyßis *gladius, quo non modò pugnat, ſed & moly eruit, & ratem conficit.*
  - **Artis**, *ſed peregrinationi accõmoda, ut nec præſentia ſua grauent, nec abſentia medici conatum deſtituant.* Hip. *ſuprà dicto* Com. *apparatũ materiæ medicæ, hoc eſt, inſtrumentorum, quibus medicus utitur, quam uocat* παρέξοδον, *facit duplicẽ, alterã*
    - Λιτοτέρην, *peregrinationi conuenientem,* πρὸς τὰς ἐπιδημίας, *quæ manuum præparatione nititur,* ἡ διὰ χειρῶν.
    - **Alteram** εὐχεριστάτην, *expeditißimam & ingenioſißimam,* ἡ διὰ μεθόδων, *quæ ratione ſola cõſtat, & ex morbi natura præſentibus utitur.* Gal. *angina correpto, cùm ruri peregrinus oportunis careret remedijs, ingenioſo commento laudatiß. illud* Diacaryon *ex corticibus nucum immaturis reperit.*

MILITVM

MILITVM *Peregrinationis præcepta.* CAP. XIX.

- MILITARIS *Peregrinationis ſuprà mentionem fecimus, reſpectu Finis: hîc reſpectu Efficientis. Præcepta igitur Militib. oportuna quo ad*
  - Ipſoſmet: *puta*
    - Quis: *uel*
      - Priuatus *aliquis.*
      - Populus totus. *Sic*
        - Cares *olim corpora auro uendebant: noſtri hodie etiã animas.*
        - Peridini *Italici, quorum Plato VII. de Legibus meminit, ſi nomen ſpectes, inter peregrinantes, ſi mores, inter latrones connumerandi.*
        - Alemanni *ſeu Alani ueteres ex tota Germania collecti, & uelut coloniæ quædã caſtrenſes. Iidem fortaſſe pòſt Vandali dicti, ut diſtinguerentur ab Ingeuonibus: quòd hi nidum ſeruarent patrium, illi peregrinarentur militando: quandoquidem Inuuonen lingua noſtra Incolere ſignificat, Vuandlen uerò peregrinari. Hodie Landsknecht, uoce liberis hominibus, hoc eſt, uerè Germanis indigna, appellantur, quando cum nomine etiam priſca uirtus intercidit.*
    - Qualis. Ergo
      - Fortis *animo, corpore Tolerans eſto.*
      - Sobrietati *ſponte ſtudeto, ut & mente ſibi conſtet, & famis ſitisq; tolerantiam neceſſariam ſuſtinere queat.*
      - Stipendijs *contentus uiuito. A' præda illicita manus abſtineto.*
      - Imperatori *obedito.*
  - Inſtrumentalis. *Vide ſignum* ☞

Exempli *cauſa*

Cibaria

Pauca, *maximeq́; durabilia, quando opus eſt, aſſumito.* Patres *noſtri tam benè de nobis in libertate comparanda meriti, quàm malè nos de poſteris in eadem corrumpenda, pro aris focisq́; pugnantes, farinam auenaceam cum butyro & ſale toſtam, caſeum item medicatum è loto ſylueſtri,* Glaronenſem *uulgò dictum, ſecum ferebant.* Nos *uerò non magis auro quàm luxu corrupti* Gallico, *longæ pacis abutentes ocio, ſenſim ad eorum mores deficimus, à quorum tyrannide multo ſudore & ſanguine uix ſumus liberati.*

Delicata *lautaq́; minimè ſunto.* Antagoræ Rhodio *poetæ congrum in caſtris coquenti* Antigonus *rex ſuperueniens,* Num Homerum *res geſtas* Agamemnonis *commentantem unquam congro coquendo operam dediſſe putaret, per iocum interrogauit.* Tum ille, An *tu uerò, rex* Agamemnonem *per caſtra circumiſſe, & num quis congros coqueret, interrogaſſe, putas?* Pannonas Bonfinius *ob coquinariæ peritiam ueluti popularem commendat, fortè quòd aſſiduis* Barbarorum *incurſionibus frequenter in caſtris eſſe, & mulicrcularum miniſterio deſtituti, culinaria ſubire munia ipſimet cogerentur.* Apud Homerum *alioqui &* Achilles & Thraſymedes Neſtoris F. *coquorum officio funguntur.*

Onera *& impedimenta curato.* Vallum *miles* Romanus *geſtare ſolebat.* Inuenti *poſtea* Muli Mariani *dicti, clitellarum caſtrenſium genus.* Germani *pedites ſuis ipſi uxoribus (priſco fortaßis* Cimbrorum *more) mularum loco in ferendis impedimentis utuntur.*

Arma *munda terſaq́; habento,* Ageſilai & Xenophontis *ducum præſtantißimorum conſilio, quòd quam quiſq; rem maximè colit & in delicijs habet, eidem maximè ſtudere uideatur.*

VIATORVM

VIATORVM, TABELLARIORVM, *Nunciorum Peregrinationis præcepta.*

CAP. XX.

PAVCA *licet portes argenti uaſcula puri,*
Nocte iter ingreſſus, gladium contumq; timebis,
Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis umbram.
Cantabit uacuus coram latrone uiator.

inquit Satyricus: ſollicitudinem ſimul, & diligentiam, & in diſsimulando prudentiam, & tempus itineris definiens.

REQVIRITVR ergo in Nũtio quo ad

- Animum
  - Prudentia in
    - Itineribus *dignoſcendis, quæ commoda, compendioſa, ſecura.*
    - Inſidijs *declinandis.*
  - Fortitudo *in ſuſtinendis & propulſandis uel*
    - Hominum *inſidijs.*
    - Tempeſtatibus.
  - Sobrietas *in uictu.*
  - Fides *in mandatis exequẽdis. Senex ab Agamemnone domum miſſus & à Menelao interceptus, nullis uel minis uel pollicitationibus adduci potuit, ut δέλτον, hoc eſt epiſtolam triãgulari forma complicatam proderet, apud* Euripidem Iphig. Aulid.
- Corpus
  - Robur *in perferendis itineris laboribus.*
  - Agilitas, Velocitas. *Cuius ſymbolum apud* Rom. *erant ſurrectæ in capite pinnæ, unde πτεροφόροι dicti.* Perſis Angari & Aſtandæ *quaſi γραμματοφόροι appellabantur, & certis itinerum ſpacijs permutabantur, adeò ut nihil illis pernicius in rebus humanis tranſcurrere,* Herodotus *opinetur.*
  - Vigilantia. *Nuncius qui à* Dinocrate *ad* Dionyſiũ *in* Italiam *mittebatur, uti tyrannum de* Dionis *aduentu certiorem redderet, labore defatigatus ſub arbore ſe quieti dedit.* Interim *lupus odorem carniũ quas ille in pera cõdiderat ſecutus, cũ carne etiã epiſtolã* Dinocratis *abſtulit.* Expergefactus *tabellarius, ueritus ſine literis in tyranni conſpectum uenire, ſpõte in exilium abijt.* Itaq; Dionyſius *regno excidit.*
- Fortunas, *ut eo ueſtitu & uiatico reliquo ſit inſtructus, qui promoueat, non qui oneret.*

Mercatorvm *Peregrinationis præcepta.*

CAP. XXI.

Mercatvræ *ſuperius ſub Fine meminimus, quãdoquidẽ ad opes comparandas unicè facit: hîc uerò per ſe eandẽ conſideramus, præcepta tradituri peregrinationis Mercatorum reſpectu*

- **Cauſarum tum**
  - **Internarum.** *Vide ſignum* I.
  - **Exter***narum, Efficientis puta atq; Finis. Quo ad Efficientem*
    - **Prin***cipem, ſecundùm*
      - **Animum, eſto**
        - **Prudens,** *non tam in mercibus deligẽdis, quàm in morib. ne merces peregrinas mores etiam peregrini comitentur. Quam labem utinam ne Germania noſtra indies magis magisq; experiretur.*
        - **Diligens,** *laborioſus.* Lãpis *olim, quánam ratione ad tantas opes perueniſſet, interrogatus:* Ad *magnas paruo, ad paruas magno cum labore & ſudore, reſpõdit. quòd ſcilicet opulẽtiæ fundamenta ueluti prima à ſe conſtituenda fuerint, re etiamnum tenui, magna cum cura & ſollicitudine: eadem ſemel conſtituta, per ſeruos citra magnum laborem ampliari potuerint.*
        - **Integer,** *Verax, Conſtans, Fidus: à moneta, à moribus, à mercibus uetitis abſtineat.*
      - **Corpus,** *Ætate matura, & uegeta.* Eo *conſilio* Epidaurios Poleten *unum grandæuum delegiſſe, qui cum* Illyrijs, *quorũ mores auerſabantur, uerſaretur omnium nomine, ſuprà monuimus.*
    - **Inſtrumentalẽ, eget**
      - **Alimentis.** *Bulgis, Loculis, Armis.*
      - **Nauibus.** *De his gemi nũ extat Heſiodi præceptum: alterum de*
        - **Magnitudine.** *Minores quidem expeditiores & ualociores: ſed magnæ ſecuriores.* Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι, μείζων μὲν φόρτος, μεῖζον δ' ἐπὶ κέρδει κέρδος.
        - **Numero.** *Vni naui merces omnes ne credito, in plures partitor.* Μηδ' ἐν νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι, ἀλλὰ πλέω λείπειν, τὰ δὲ μείονα φορτίζεσθαι.
- **Accidentis** *Temporis,* Extat *in operib.* Heſiodi *præceptum, quando mercator nauigare*
  - **Non** *debeat, poſt* Pleiadũ *ſcilicet occaſum.*
  - **Debeat:**
    - **Vere** *quidem minus ſecurè.*
    - **Autũno** *uerò* L. *diebus poſt Solſtitium æſtiuum, ſecurius.*

I. Ratione

- I. Ratione *habita*
  - Materiæ: *quæ*
    - Loca *adeunda, in & ex quibus quæſtum facere poßis. Hæc rurſus quo ad*
      - Cognitionem, *uel* Nota *uel* Ignota. *Patrum certè memoria Luſitanorum primò, deinde Hiſpanorum portentoſæ nauigationes orbem terrarum patefecerunt: Platonis Atlanticam nunquam ſatis creditā (quam ille è rerum natura terræmotu ſublatam putabat) repererunt: Antipodas denique reuera dari, & orbem circumquaq; nauigabilem eſſe docuerunt: quibus ſi Argonautas tantoperè à ueteribus celebratos conferas, ludum iocumq; dicere poßis.*
      - Situm, *uel* Longinqua, *uel* Propinqua.
      - Mores, *Religionem, Linguam, uel omnino, uel ſaltem ex parte peregrina.*
    - Locata. *Tum*
      - Perſonæ, *cum quibus conuerſandum.*
      - Res, *Merces quæ uel importandæ, uel exportandæ.*
  - Formæ: *Plato II. de Repub. commutationem rerum duplicem facit: aliam*
    - Longinquam, *ἐμπορίαν propriè dictam, ἀπὸ τοῦ ἐμπορεύεσθαι, à peregrinando: ſiue illa iam fiat*
      - Mari. *Ναυκληρία.*
      - Terra. *Φορτηγία.*
    - Propinquam, *quam παράστασιν uocant.*

PÆDA-

PAEDAGOGORVM *Peregrinationis præcepta.*

CAP. XXII.

EADEM Pædagogo quæ Patri filium peregrè eũtem comitanti ſeu docenti potius præcepta conueniũt. Cùm ergo nõ tam ſua quàm eius qui præficitur cauſa peregrinetur, reſpectu quidem

- **Materiæ, &**
  - **Locorum** *peritiam habeat, uel hiſtoricam, uel ſaltem theoricam, hoc eſt, eam quam ab alijs acceperit.*
  - **Locata** *quæ ſint obſeruanda, in numerato habeat, eaq; ad pueri captum accommodet, tum*
    - **Res,** *quibus ea maximè ætas capitur, cùm ſenſu potius quàm ratione ducatur. Vt ſunt res*
      - **Raræ** *& inſolentes et admirandæ.*
      - **Pulcræ,** *ſed honeſtæ.*
    - **Homines** *ſecundùm*
      - **Animi** *mores, qui externis dictis atq; factis illuſtrantur. Xenocrates proinde pueris potius quàm athletis amphotides conuenire aſſerebat, quòd horum aures ictib. illorũ uerò mores prauis ſermonibus corrumperentur. Nam turpiũ hiſtoria teneris illapſa ſenſibus multò altius penetrat, quàm theoria & præceptiones honeſtæ ac laudabiles. Sic quoq; plantas ſuapte ſponte naſcentes multò lætius prouenire, quàm magna etiam cum induſtria conſitas, quotidiana docet experientia.*
      - **Corporis** *habitum, figuram.*
      - **Fortunas,** *quo ad opulentiam, honores, dignitates.*
- **Efficientis.** *Qui pædagogiam ſuſcipit, prouinciam maximè arduam ſu-*
  ſcipit, cùm nihil ſit difficilius, quàm puero, ob cupiditatum uehementiam,
  & rationis impotentiam, rectè præeſſe. Dulcis inexpertis pueri cultura ui-
  detur, Expertus metuit. Quotquot ergo in hoc uitæ genere (quod propter
  mores hominum omnium abiectiſſimum & contemptiſſimum eſt, per ſe
  uerò, cùm Reip. & Eccleſiæ ſeminarijs operam det, omnium excellentiſ-
  ſimum iudicari debet) uerſamini, uoſmetipſos imitatione Phœnicis Home-
  rici, non ῥητῆρας ἐπέων tantùm, ſed πρηκτῆρας ἔργων exhibete, neq; magis
  præceptione, quam exemplo pueris ueſtræ fidei commiſſis præeſſe ſtudete.
  Vide ſignum †

† Tria

† Tria ſunt, quæ à Pædagogo & Deus quem metuit, & Patroni à quibus conducitur, & Puer quem filij loco ſuſcipit, exigunt: nimirum ut præeſſe

- Sciat tum
  - Theoricè, docendo Præcepta & Veritatis & Virtutis.
  - Practicè, Exempla (quæ plurimũ mouere poſſunt) uel ſpectanda uel legenda uel audienda exhibendo.
- Poſsit, inſtructus &
  - Mentis
    - Acumine. Prudẽs tum in
      - Pueri ingenio
        - Cognoſcendo.
        - Moderando.
        - Dirigendo.
      - Contubernalibus, Comitibus, Socijs, Famulis deligendis.
    - Caſtitate. quo ad alimenta & uenerea. Nil dictu fœdum uiſuq; hæc limina tangat Intra quæ puer eſt. nec tu Si quid turpe paras pueri contempſeris annos. Quod Satyricus patrib. occinit, nos pædagogis ſuccinimus.
  - Corporis integritate & firmitate.
- Velit, Præceptis ſimul & Exemplis, ſi uir probus fuerit: & proinde
  - Diligens, Laborioſus, Induſtrius, & Homerici Agamemnonis imitatione Vigilãs, quem pro Repub. excubantem ne intempeſta quidem nocte niſi à Ioue immiſſus ſomnus occupare potuit.
  - Fidus in docendo. Eam fidem non tam ſtipendij magnitudo (niſi ſeruili ſit præditus ingenio) quàm honeſtas ipſa, ampliſsimo interim digna præmio, imprimere potius quàm exprimere debet.
  - Liber & Apertus, & Clemens, & Seuerus, in ſuccenſendo, corripiendo, puniendo, indulgendo.
  - Humanus & Grauis in conuerſando cum puero, & quibuſuis alijs, quorum conſortio uel ſpontaneo uel neceſſario aut melior aut deterior reddi queat.

PVERORVM *uel* ADOLESCENTVM *Peregrinationis præcepta.* CAP. XXIII.

PVERILEM *ætatem ad peregrinationes ineptam, & propter corporis debilitatem, & propter mentis imbecillitatem, ſuperius diximus.* Iuuenũ *minus, modò ij quos in animis habẽt uehemẽtes quidem ſed inconditi motus alieno dirigantur miniſterio. Quòd ſi ergo his aut illis uel certo conſilio uel caſu aliquo peregrinari ſit neceſſe, præcepta ſimiliter alia pertinebunt ad*

- Materiam.
  - Quæ *diſcenda, ſpectanda, audienda.*
  - Quò & Ad *quos peregrinandum.*
- Efficientem
  - Principem. *Quo ad*
    - Animum. *Ergo & illorum*
      - Imperitia, *boni pædagogi prudentia dirigatur, in*
        - Lingua *excolenda.*
        - Ratione *firmanda.*
        - Memoria *excolenda.*
      - Impotentia *nõ pueri magis (qui ferula adhuc regitur) quàm iuuenis, eiuſdem uirtute refrænetur. Quemadmodum enim fœminam cum ueſte pudorem exuere* Herodotus *inquit: ita frequenter cum prætexta uerecundiam & metum adoleſcentes exuunt, ſoluta, quæ illos componebat, ueſte per inſolitam uiuendi libertatem.* Inſaniũt *proinde, qui pueros potius quàm adoleſcentes præceptore putãt opus habere, quaſi cùm ferulæ manũ ſubducere cœperint, ſibiipſis præeſſe queant.* At *quo uehementiores ſunt & inſtructiores iuuenum animi, eò diligentiore cura & inſpectione, acriore quinetiã cenſura indigent.*
    - Corpus, *ut pueri*
      - Imbecillitas *itineris labore nimio non exoluatur.*
      - Sanitas *recta uictus ratione conſeruetur, quo ad alimenta & exercitia opportuna.*
  - Inſtrumentalẽ, *Peregrinationis ſcilicet*
    - Comitem. *Etiam hi deligendi optimi, ne uel tantilla conuerſatio improborum tenellos corrumpere queat animos.* Cato *minor etiamnum iuuenis rogatus à* Curione *familiari, qui eius auſteritate offendebatur, ſtatuiſſetne poſt completa ſtipendia* Aſiam *uiſere? cùm idipſum affirmaſſet,* Bene *eſt, inquit* Curio, *iucũdior enim illinc reuerteris & manſuetior.* Ea *uoce ictus* Cato, *in tota peregrinatione inter cœnas & inuitationes crebras attendere ſibi iuſſit amicos, num* Curionis *dictum imprudens comprobaſſet.*
    - Ducem *& moderatorem.* Vide *ſignum* †

† Dux

Deus, *pia & aſſidua prece conciliandus. Aurea ſunt illa regij uatis carmina, quæ* Pſal. CXIX. *habentur:*

Quid iuuentam, ne labaſcat, ſeruat æquè ac lex tua.
Hinc ne aberrem, modò laboro: tu laborantem rege.
Ne uacillet pes, meo tua uerba condo pectore,
Rector orbis, æquitatis regulam tuæ doce
Me, tui oris uerba ſemper ore mediter ut meo.
Illa longè chariora ſemper auro ut æſtimem:
Illa cogitem, illa ſector, illa mirer unicè:
Illa nulla è corde noſtro deleant obliuia.

† Dux peregrinationis

- Homo, *nimirum* Pædagogus. *Crates* Thebanus, *in excelſum locum aſcendens clamabat, O ciues, ciues, quæ uos dementia cepit? Opes immenſas congeritis, filiorũ uerò quibus eas congeritis nullam planè rationem habetis. Itali priuatos pueris ſuis pædagogos adhibere conſueuerũt: multò rectius quàm Germani, qui ob publicarũ Scholarum cõmoditatem, hac in parte negligentiores eſſe uidentur. Cura igitur uel parentibus, uel curatoribus & amicis puerorũ peregrinantiũ eſſe debet gemina: altera*
  - Prudẽs *in præceptore deligendo, qui &*
    - Natura *Bonus ſit, hoc eſt, ingenioſus, induſtrius, honeſtus.*
    - Arte *Doctus, ut docere poſſit, uel præceptis uel exemplis pertinentibus ad doctrinam*
      - Veritatis, *ad Sapiẽtiam nimirum et Eruditionem.*
      - Virtutis, *ad Honeſtatẽ uidelicet.*
    - Experientia *uſuq; rerũ Peritus ſiet.*
  - Liberalis, *in eo quem puero præfecerint, & cuius in eodem erudiendo moderandoq; fidem ſint experti, dignis præmijs benignè afficiendo. De ſorte decedat aliquid, quinimò impendatur tota, dum pueri interim uero patrimonio, in ſola uirtute & eruditione poſito, cuius fructus ampliſſimos aliquando ſit percepturus, boni præceptoris inſtitutione ſemper aliquid adijciatur. Cùm Ariſtippi Platonici diſciplinæ pater quidam filium cõmittere uellet, & is mille drachmas exigeret, Tanti uel ſeruum pædagogũ emerim, indignabundus exclamauit. Tum Ariſtippus & uerè & falsè: Compendioſiſſima lucri ratio tibi offertur, inquit: pro uno habebis duo mancipia. ſeruum ſcilicet, quem emes, & filium, quem ſerui conuerſatione corrumpes.*

REGVM ET PRINCIPVM *Peregrinationis præcepta.* CAP. XXIV.

REGVM *eſt, regia tractare. Sed pueri ludẽtes,* Rex *eris, aiũt, ſi rectè facies. Metæ ergo conſtituendæ, quas qui poſſunt præceptis certis illuſtrent, ſtabiliãt.* Reſpectu *igitur cauſarum*

- Internarum, *uidelicet*
  - Materiæ, *ratio habenda*
    - Locorum, Ad *quæ,* Per *quæ,* E *quibus.*
    - Locatorum, Quæ *uidenda, audienda, comparanda.*
  - Formæ. *Peregrinantur* Reges *uel*
    - Terra.
    - Mari.
- Externarum: *nempe*
  - Efficientis
    - Principis. Vide *ſignum* A.
    - Inſtrumentalis. Vide *ſignum* B.
  - Finis. *Peregrinantur uel cauſa*
    - Cognitionis *Locorum atque* Morum. *Germanicus Cæſar poſt uiſam Græciam, Thraciam, Armeniam, Aſiæq; oram, Ægypti deſiderio prouinciæ curã prætendit.*
    - Actionis *tum*
      - Profanæ
        - Pacatæ, *conſtituẽdi regni cauſa.*
        - Bellicæ, *ad uim uel inferendam uel repellendam.*
      - Religioſæ. *Sic*
        - Offa *Merciorum rex ob perfidè interfectum* Ethelbertum *Orientalium* Anglo*rum regem* Romam *ueniæ conſequendæ cauſa profectus,* Hadriano *Papæ regnum ſuum uectigale fecit primus, ut ſingulæ domus quotannis numum penderent argenteum. an. ſal. 775.*
        - Etheluuolfum *Anglorum regem* Ra*nulfus narrat, cùm* Romæ *uideret* An*glos pœnitẽtes publicè ferro uinctos ad templa ſtare, eam gẽtis ſuæ ignominiam à* Leone IV. *annuo tributo argentei unius numi de ſingulis domib. & CCC. marcarum in luminaria* Petri *&* Pau*li, & uſus* Pontificis, *redemiſſe.*

A. In

A. In Efficiẽte principe requiritur reſpectu

- Animi,
  - Confidentia. C. Iul. Cæſar impatiẽs legionũ tardioris à Brunduſio Apolloniam traiectus, per ſimulationem aduerſæ ualetudinis cõuiuio egreſſus, ſeruili ueſte tectus, nauiculã conſcendit è flumine, ac maris Adriatici ſæua tempeſtate fauces petijt, protinusq́; in altũ dirigi iuſſo nauigio, multum ac diu contrarijs iactatus fluctibus, nauclero etiã animũ addens, Quòd Cæſarem & Cæſaris fortunã ueheret, ceſſit tandem neceſſitati. Suetonius.
  - Prudentia in perſona uel
    - Diſsimulãda interdũ. Mithridates uniuerſam Aſiã, cuius imperio inhiabat, diſſimulato habitu aliquot annis perluſtrauit.
    - Retinenda cum grauitate. Quod ipſum, quantæ ſit difficultatis, uel ex eo cognoſci poteſt, quòd Ægyptiorũ reges olim, eosq́; recentiore memoria imitati reges Gallorum, quam cum populis ſuis conuerſando dignitatem retinere propter deprauatos mores non poterant, eam populi conſpectum euitantes amplificare conarentur.
- Corporis
  - Robur & Agilitas. Adrianus Imp. multo breuiore quàm ullus alius temporis ſpacio, omnes imperij Romani prouincias obiuit.
  - Natãdi peritia.
    - C. Iul. Cæſar Alexandriæ, circa oppugnationẽ pontis, eruptione hoſtium ſubita, compulſus in ſcapham, pluribus eodem præcipitantibus, cùm deſiluiſſet in mare, nando per CC. paſſus euaſit ad proximã nauẽ, elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierẽt, paludamentũ mordicus trahẽs, ne ſpolio potiretur hoſtis.
    - Otho II. Imp. cùm dotis nomine Calabriam & Apuliã Græcis eripere conaretur, magna ſtrage ab ijs uictus, Roſanam in ſinu Carentino, ubi Theophania uxor, Romani Imp. Græci F. ſubſtiterat, fugiens, inſectantibus hoſtibus in mare deſilit, natando elabi conatur, à piratis Saracenis intercipitur: in Sicilia à Sclauo quodam agnitus, redimitur. Auentinus & Cuſpinianus.
- Fortuitorum: utputa
  - Opulentiæ, ſumptus maximus, &, ut uno dicam uerbo, regius.
  - Amicitiæ: ut eorum per quos iter faciunt animos ſibi cõcilient. Nã cùm priuati iter liberrimè agant, reges non niſi uel per uim occupato, uel per minas extorto, uel per gratiam conceſſo commeatu peregrinari poſſunt.

B. Organa ad peregrinationẽ cõmoda tũ in

- **Genere.** *Quòd ſi felicitas ex αὐταρκείᾳ metienda eſt, etiam peregrinando priuati homines cum maximis certare poſſunt regibus, cùm principes ipſi tanquàm animalia quædam πολύποδα & ἑκατόγχειρα ad motũ minus expedita ſint, & rurſus tanquàm πολυγάστορα commeatum requirant immenſum. Sic nimirum πάσῃ εὐπορίᾳ ἀπορία ἔνεστιν, ſecundùm* Hip. *noſtrum.*
- **Specie tũ**
  - **Animata.**
    - **Bruta.** *Equi, Muli, Elephanti, Cameli, Canes, uel neceſſarij, uel honorarij.*
    - **Homines**
      - **Ductores.** *Vt magnorum corporum offenſiones ſunt grauiſſimæ: ita principum comitatus, ſi quando aberret, maximis difficultatibus exponitur, cùm non æquè facilè ſit referre atq; inferre gradũ.* Tanto *igitur peritiores magisq́; fidos ductores eſſe oportet.*
      - **Cuſtodes.** *Quem metuunt, oderunt: quem oderunt, periſſe cupiunt. Sic à ſuis in uniuerſum timendũ eſt principi malo: bono quinetiam ab improbis, tantæ uirtuti & inuidentibus & inſidiantibus. Cùm* Solymannus *an. ſal.* 1537. *in* Butrotio *litore haberet caſtra,* Acroceraunij, *qui* Chimærã *incolunt montem, immane conſilium ſuſceperunt, maximum terrarum orbis* Imperatorem *in tabernaculo ſemiſopitum, & fruſtrà tot cuſtodijs confiſum occidendi, niſi illis, ad id audendum facinus paratis, fortuna defuiſſet.* Nam *dux ipſe* Damianus *conſpectus in arbore ex fragore abruptæ frondis, uti erat ſemipenſilis & ſpeculabundus, à* Ianizeris *eſt comprehenſus, & per tormenta detectis quas parabat inſidijs, iuſſu imperatoris belluæ captæ modo diſcerptus eſt: immiſſi mox in agreſtes illos* Aſapi & Acanzi *uenationis modo, ad trucidandam et quàm maximè poſſent delendam horridæ atque infamis gentis ſtirpem.*
  - **Inanimata: ut eſt**
    - **Cõmeatus.** Reges Perſarũ *etiam in hydropoſia luxus mancipia, nullam aliam quàm è* Choaſpe *fluuio maximis itineribus petitam bibebant aquam.*
    - **Veſtitus,** *principali perſona dignus.*

LEGATO-

LEGATORVM *Peregrinationis præcepta,* CAP. XXV.

- **DE LEgatorũ peregrinatione præcepta alia pertinẽt ad cauſas**
  - **Internas,** *uidelicet ad*
    - **Materiam,** *quo ad*
      - **Loca,** *quæ adit, per quæ it, redit'ue: ut ſunt* Regiones, Vrbes, Arces, Pagi, Montes, Flumina, Pontes.
      - **Locata,** *quæ occurrunt cõtemplanda, tum*
        - **Res** *quælibetcunq;, uel naturæ uel artis opera.*
        - **Homines** *conſiderati*
          - **Materialiter,** *quo ad bona uel mala*
            - **Animi. Corporis.**
            - **Fortunæ.** *Cineas* Theſſalus *De moſthenis diſcipulus* Pyrrho *reſcripſit, Senatum* Rom. *multorum regum conciliũ eſſe, ipſum uerò populum hydram polycephalon.* Plutarchus.
          - **Formaliter,** *reſpectu ſocietatis mutuæ tum*
            - **Religioſæ:** *quæ* Eccleſiarum *conſtitutio.*
            - **Profanæ**
              - **Theoricæ,** *Literariæ, Academicæ, Scholaſticæ. Sic Gaſparem Contarenum* Scholas Ger*maniæ triuiales & obſeruaſſe, &* Veneto Se*natui ad imitandũ propoſuiſſe, ſuprà diximus.*
              - **Practicæ** *tum*
                - **Politicæ,** *ſeu Pacatæ, ſeu Bellicæ.*
                - **Oeconomicæ.**
    - **Formam,** *quatenus peregrinans legatus mouetur per*
      - **Aerem,** *ut* Abaris *expiandæ peſtilentiæ cauſa ab* Hyperboreis Athenas *miſſus.*
      - **Aquam.**
      - **Terram.**
  - **Externas,** *Vide ſignum* I.

I. Præcepta quo ad cauſas Externas, nempe quo ad

- **Efficiētem**
  - **Principem.** Legatus ergo reſpectu
    - **Animi** aptus ſit & ad
      - **Theoriam** *eorum quæ extra munus legationis animaduerſione digna occurrent.*
      - **Praxin,** *iis dotibus inſtructus quæ perſonam eius deceant.* Vide ſignum II.
    - **Corporis,** habeat
      - **Ætatem** *idoneam ei de quo agendum eſt negocio.* Vide ſignum III.
      - **Formæ** *dignitatem natiuā non fucatam. Cæus quidā, qui caput fuligine tinxerat, ne cani proderentur, coram ſenatu Spartano legatione fungens, cùm peroraſſet, conſurgens Archidamus, Quid hic ſani dicet, inquit, à cuius ne capillis quidem fucus abeſt? Ælianus. Romani tres in Bithyniam ablegati erant, ut inter Nicomedem F. & Pruſiam patrem domeſticam diſcordiam componerent. Vnius caput cicatricibus ſparſum erat, alter pedibus laborabat, tertius ſtupido erat ingenio. Itaq; M. Cato monſtroſam legationē eam eſſe dixit, quæ nec cor, nec caput, nec pedes haberet.*
    - **Fortunæ** requirit
      - **Opulentiam.**
      - **Dignitatem:**
        - **M Antonius** *ad Actiū uictus, ob amicorum penuriam & diffidentiā, præceptorē filiorū ſuorū Euphronium ad uictorē Octauiū mittere coactus fuit.*
        - **Florentinorum** *legati tres ad Carolum V. Imp. & Clementē VII. Pp. de reducendis in patriam Mediceis deliberantes miſſi, mercatores ne primæ quidem claſſis, cùm in ipſorū ſarcinis magna uis nexi auri filorū ad telas aureas texendas apti, quam portorij ſubterfugiendi cauſa ibi occulerāt, ab apparitoribus Bononienſibus deprehenſa eſſet, mercatorū auaritiæ & imperitiæ in maximarū rerum cōſilio periculoq; deridendæ materiam dedere ampliſſ. an. 1530.*
  - **Inſtrumentalem.** Vide ſignum IIII.
- **Finem.** Vide ſignum V.

II. Legatus

II. Legatus igitur ſit

- **Linguę** *peritus.* Amalarius Fortunatus, Treuirēſis archiepiſcopus, à Carolo Magno legatus ad Michaelem Imp. Græcum miſſus, poſt etiam Hatto epiſcopus Baſilienſis an. ſal. 881. uterq; ob linguæ Græcæ peritiam.

- **Eloquens,** *ut facilius quod uult impetret.*
  - Miſsi ab Athenienſibus legati Romam Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, & Critolaus Peripateticus, deprecaturi mulctam D. talentorum indictam ob Oropum ſociam Romanorum urbem direptam. Carneades ea facundia in ſenatu perorauit, ut M. Cato ſummus Græcorum hoſtis ocyus ad ſcholas ſuas remittendos legatos cenſuerit, ne Rom. iuuentutem ſuis caperent illecebris.
  - Euſtathius Cappadox, Iamblichi diſcipulus, ad Perſas miſſus, cùm regē Saporem inter prandendum ita demulſiſſet, ut diadema regiū propè cum penula oratoris cōmutaret, aulici id magicæ arti tribuentes, auctores regi fuerūt, uti homine properè dimiſſo, Imp. Græco ſcriberet, Si quid porrò uellet, per Legatū potius quàm per Sophiſtā ſignificaret. Philoſtratus.

- **Prudens** *in accuſando, excuſando, petēdo, negando, & ſimilibus. Itaq;*
  - Laude dignus Anaximenes, qui Alexandro Magno patriæ nomine occurrit. Iuſiurandum rex interpoſuerat, nihil ſe eorum, quæ Anaximenes, quantumuis præceptor, peteret facturum, ſuſpicās id quod erat, eum pro Lampſacenis interceſſurum. Tum ille, Enimuerò id unum peto, inquit, uti patriam meam excindas.
  - *Vituperandi legati*
    - Duo miſſi ab Ariſtione tyranno ad L. Syllam, à quo obſidebatur. Magnificis enim uerbis ueteres Athenienſium reges atq; ciues, Eumolpum, Theſea, Themiſtoclem extollentes, id unum reſponſi accepere: Domum hæcce ſecum ornamenta referrent: ſe à Pop. Rom. miſſum non capiendæ diſciplinæ cauſa, ſed ut infidam urbem bello captam euerteret.
    - Racanatenſium, cùm Florentinis ob auxilia contra Gregorium XI. lata reſtitutamq; libertatē gratias agerent, multisq; uerbis in principes urbium inueherentur, nullam rationem habentes Rodolfi Camerinenſium ducis, qui tunc Florentinorū Polemarchus erat. Momordit ea intemperies Rodolfum. Itaq; oratorem interrogauit, cuius'nam profeſſionis eſſet. Eo ſe Iurecōſ. eſſe perhibēte: Ecquot annis iuri operam dediſſet. Cùm is Decem, affirmaſſet: Vtinam uerò uno ſaltem anno Diſcretioni operam dediſſes, argutè ſubintulit.

- **Liber.** *Vide ſignum a.*
- **Popularis.** *Vide b.*
- **Vrbanus.** *Vide c.*
- **Fidus.** *Vide ſignum d.*

a. Liber. Apertus, Conſtans in dictis atque factis.

M Popilius *Lænas Antiochum Epiphanem, qui Ptolemæo Ægyptio Romanorũ ſocio infeſtus erat, tergiuerſantem, uirga circumſcripſit, & in ipſo ueſtigio reſpondere iuſsit.*

Vagiſes *Parthorum legatus, P. Craſſo Seleuciæ ſe reſponſum daturum dicenti manus uola oſtenſa, Prius hîc pili enaſcentur, inquit, quàm tu Seleuciam uideas.*

Henricus IIII. *Imp. Boleslaum Polonorum regem Glogouiæ obſidens, cùm theſaurum ſuum legatis ob pacem miſsis oſtendiſſet, Hic, inquiens, Polonos perdomabit: Scarbicus legationis princeps, anulo quem geſtabat in theſaurum proiecto, Aurũ, inquit, auro addamus. Id ſcomma Cæſar gratias agendo eluſit, Hab danck, reſpondens. Inde familiæ nomen manſit, ut Habdanci dicerentur.*

b. Popularis, citra abiectionem.

Ciceronem, *quòd oſtentandi græciſmi cauſa Syracuſano ſenatui præter Latinæ linguæ dignitatẽ græcè locutus eſſet, à Patribus reprehenſum ferunt.*

Laurentius *Medices à Florentinis legatus miſſus ad Ferdinandum Neapolitanum, equo oblato, quo regem in arcem comitaretur, Equo ſibi tum demum opus fore reſpondit, cùm à tanto rege pacem impetraſſet, quo nuncio optatiſsimo ciuitatem ſumma celeritate perfunderet. Ea reſponſi dexteritate & morum facilitate regem permouit, ut qui Laurentij odio bellum Florentinis indixerat, eiuſdem gratia iram omnem deponeret.*

c. Vrbanus.

Leo *Byzantius Athenas miſſus ad ſedandam ſeditionem, in concionem aſcendens, cùm riſum populo propter obeſitatem commouiſſet: At ego uobis riſum duplicabo, inquit. Vxorem habeo multò obeſiorem. Et tamen cùm tales tantiq; ſimus, concordes paruus admodum lectulus capit, diſcordes neque tota domus. Noſtro igitur exemplo ſapite, Athenienſes.*

Spartani *legati ad Lygdamum tyrannum miſsi, cùm is ualetudinis prætextu congreſſum differret, Dic, inquiunt cubiculi præfecto, colloquendi non colluctandi cauſa nos ad illum ueniſſe.*

Peruſini *duo ad Vrbanum V. uenerant patriæ cauſa. Quorum alter cùm nulla ægrotantis Pp. ratione habita ualdè prolixam habuiſſet orationem, alter urbanè ſubdidit, Hoc unum à collega ſuo prætermiſſum eſſe, niſi pontifex petitis aſſentiretur, eandem orationẽ denuo repetendi ſeſe mandatum habere. Pontifex eo dicterio refocillatus, legatos ocyus citra offenſam expediri curauit.*

d. Fidus

d. Fidus. *Proinde*

- Laudatur *fides in patriam*
  - Polycratidæ *Spartani. Is enim cùm à regijs* Perſarum *ducibus interrogaretur,* Vtrum *priuatim ueniſſent, an publicè miſſi eſſent?* Si *pacē impetramus, inquit, publicè: ſin minus, priuatim.*
  - C. Fabricij. *Cùm pro captiuis repetēdis ad* Pyrrhum *miſſus eſſet, & rex conſtantia & prudentia eius delectatus, ampliß. præmijs ad ſe pertrahere conaretur, fidem, quam patriæ debebat, multo antiquiorem habuit.*
  - Sultano *Ægyptio* Capuā & Beneuentum, *quæ à* Græcis *tenebantur, obſidente, legatum mittit* Baſilius Imp. Conſtantinopolitanus *ad oppidanos confirmandos.* Legatus *capitur à* Saracenis, *et ampliß. præmijs inuitatur, ut ad urbis muros productus nulla auxilia expectanda eſſe proclamet.* Is *ſimulans ſe cōditionibus acquieſcere, ubi in conſpectum ciuium uenit, firmißimas copias propediem affuturas magna uoce teſtatus, à* Barbaris *circūſtantibus contrucidatus eſt.* Itaq; *ſpe ſua falſi confeſtim naues conſcenderunt.*
- Vituperatur
  - Amaſis, *quòd miſſus ab* Aprie *rege legatus ad* Ægyptios *defectores, ab ijs oblatum regnum arripuit:* quodq; *grauius eſt, domini ſui cæde idipſum ſtabiliuit.*
  - Garipaldus *Taurinatium dux, quòd à* Godeberto Ticinenſi *rege, ad impetranda auxilia contra* Bertharitum Mediolanenſium *regem eundemq; fratrem, miſſus,* Grimoaldo *duci* Beneuentano *auctor fuerit, diſtractis ciuili bello fratrum uiribus, regni* Longobardorum *ſub ſpecie nuptiarum cum ſorore* Godeberti *celebrandarum occupandi.*
  - Franciſcus *Zabarellus Cardinalis & Iurecoſ. inſignis à Garimberto, quòd in Ioanne* XXIII. Pp. *in* Concilio Conſtantienſe *exauctorando, cuius tamen legatum agebat, ſedulam præſtiterit operam, cùm ei ſe in pontificatu ſucceſſurum ſperaret.*

III. Proinde legati aptiores eſſe uidentur

- **Senes in**
  - **Pace** *componēda, impetrādáue.*
    - **Cluſinis** *auxilia à* Rom.*cōtra* Gallos *petentibus, miſſi tres è* Fabia *gente legati iuuenes, qui à ſocijs* Romanorum *uim illos abſtinere iuberent.* Ibi *cùm* Galli *ius ſe in armis habere dicerent, certamine inie*ct*o legati quoq; iuuenili ferocia concitati arma capiunt.* Ante Hetruſcorum *ſigna extra aciem equo uectus* Q. Fabius Ambuſtus Gállorum *ducem haſta transfixit, ſpoliaq; iacentis legit.* Ea *uiolati gentium iuris indignitate moti* Galli, *cùm legati non dederentur, ſigna infeſta ad urbem direxere, uictisq; primùm ad* Alliam *ingenti ſtrage* Romanis, *urbem diripuere, anno* V.C.360.
    - **Teucas** *Illyriorum regina, cùm mare latrocinijs Illyriorum infeſtum eſſe conquererentur* Rom. *legati duo,* C. & L. Coruncani, *et illa publicè quidem ſe iniuriam à* Rom. *prohibituram diceret, priuatim uerò ſuos prohibere, ne è mari fructum caperent, nec regij moris eſſe, neq; ſe inhibituram: natu minor magna uoce ſubintulit:* At *nos operam dabimus, uti uel inuita regiam iſtam conſuetudinē emendes.* Quo *dicto offenſa mulier, ſubmiſit percuſſores iuueni.* Id *belli Illyrici initium fuit.*
  - **Nuptijs** *conficiendis.* Edgarus Anglorum *rex* Etheluoldum *familiarem ſuum ad* Horgerium Cornubiæ *ducem, pro* Alfredæ *filiæ formoſiſſ. nuptijs ablegarat.* Is *puellæ pulcritudine uictus eā ſibi à patre impetrat.* Inde *ad regem reuerſus, thoro regio minimè dignam uirginem aſſerere, cumq; primum amoris æſtum in rege extinctū animaduerteret, ut eam ſibi permitteret, petere.* Rex *facilè aſſenſit.* Poſteaquàm *uerò coràm* Alfredæ *formam conſpexit, ultrò inuitantem ſtupro primùm polluit, ſubinde clam ſublato* Etheluoldo *ſibi matrimonio iunxit.*
- **Iuuenes,** *ad ea quæ maiore corporis, quàm animi uigore indigent cōficienda, impetrāda. Sic*
  - **Tydeus** *ab* Adraſto Argiuorū *rege* Thebas *mittitur, ad res ab* Eteocle *fratre* Polynicis *generi ſui nomine repetēdas.* Thebani L. *iuuenes* Tydeū *ex inſidijs adorti, ab eo partim cæſi, partim in fugā acti, bello funeſtiſſimo occaſionem dedere.*
  - **Tyreus** Octauij *libertus elegans & eloquens ad* Cleopatram Ægypti *reginam mittitur, qui mulierem mirè cauſa formæ tumidam iuuenis* Imp. & *quidem ad* Actiū *promontoriū claſſe iam uictoris, nomine moueret.* Hic *prolixiore oratione cum ea agens, & ſupra modum honoratus ab ea, ſuſpicionem mouit* M. Antonio. Itaq; *correptū flagellis cæcidit, & ad* Cæſarem *remiſit, cum his uerbis:* Niſi Cæſari *factum probaretur, libertum ſuum* Hipparchum, *qui ad* Octauium *defecerat, uiciſſim pro libito in crucem tolleret.*

IIII. Quo

IIII. Quo ad

Pecuniam, *ea, quãta ſatis eſt, inſtructus eſto, ne de paupertate ſuſpectus, & ipſe ridiculus fiat, & principis famam in dubium reuocet.*

Veſtimenta, *quæ nec indigna ſint legati perſona, nec ridicula, uel inuiſa ijs, quos adit.*

- **Ariſtagoras** *Mileſius auxilia* Ionibus *contra* Perſas *à* Spartanis *impetraturus, cùm inſolita ueſtitus munditie, alijsq́; delicijs afflueret, quidam ex* Ephoris *eum admonuiſſe fertur, οἴκοι τὰ μιλήσια. nimirum domi* Mileſiorum *more uiuendum eſſe, non* Spartæ, *ne indecoro habitu animos eorum, quorum auxilium imploraret, penitus abalienaret.* Suidas.
- **Iſmenias** *Thebanus, legatus miſſus cum* Pelopida *ad* Artaxerxem, *cùm adorare regem pro more iuberetur, anulum, quem digitis geſtabat, humi abiectum ſuſtulit, & adorantis ſpeciem citra adorationem* Græco *homine indignam præbuit.*

Comitatum, *honeſtis comitibus & famulis utitor, non petulantibus, non ſordidis, non improbis.*

- **Agis** *Archidami* F. *ad* Philippum Macedonem *legatus miſſus à* Spartanis, *ſine ullo comitatu acceſſit. Demirante id rege,* Vnus *ad unum ueni, inquit. una eademq́; opera & frugalitatem patriam commendans, & regium luxum reprehendens.*
- **Grippo** *à* Childeberto Francorũ *rege* Carthaginem *mittitur ad explorãdam* Iugundis *ſororis ſuæ ibi exulantis mortem: inde* Conſtantinopolim *ad* Mauricium Imp. *amicitiæ conciliandæ prætextu nauigaturus. Comitum unus mercatori frequente foro odoramenta quædam palàm abſtulit.* Mercator *poſtridie manu iniecta ius ſuum repetens, rixa oborta à* Franco *interemptus eſt. Hinc tota urbe concita, legati domus oppugnatur, comites aliquot occiduntur:* Grippo *uix iure gentium interpoſito ſeruatus eſt.*

V. Finis *uarius: in uniuerſum tamẽ uel*

- **Cognitio**
  - **Sacra.** *Sic* Theoros *ad oracula exquirenda mittebant* Delphos,*ad* Branchidas,*in* Lyciam. *De officio legati oracularis in ſpecie ſic ſcribit* Theognis:

    τόρνου καὶ στάθμης καὶ γνώμονος ἄνδρα θεωρὸν
    εὐθύτερον χρὴ μιν, Κύρνε, φυλασσέμεναι·
    ᾧτινι κεν Πυθῶνι θεὸς χρήσας ἱέρεια
    ὀμφὴν σημήνῃ πίονος ἐξ ἀδύτου·
    οὔτε τι γὰρ προσθεὶς οὐδὲν κέ τι φάρμακον εὕροις,
    οὔτ᾽ ἀφελὼν πρὸς θεῶν ἀμπλακίην προφύγοις.
  - **Profana**
    - **Rerum.** *Scylax Caryãdes à Dario Perſarum rege ad indaganda Indi fluminis oſtia miſſus, quòd res Indicas animo concepiſſet.*
    - **Hominum.** *C.Lælius à P. Scipione legatus ad Syphacem miſſus pro amicitia, Tribunos peritiſſ.rei militaris ſpecie ſeruorum ſecum duxit, explorandæ regionis gratia.*
- **Actio quædã**
  - **Sacra**
    - **Pacata.** *Sic miſſi à Chriſto Opt.Max. legati per uniuerſum terrarum orbem Apoſtoli. Ænnodius Ticinenſis epiſcopus ad Anaſtaſium Imp. Manichæum ab Hormiſda Pp.miſſus. Vinofridus Anglus, à Romanis Bonifacius dictus, Gregorij III.legatus Germanos conuertit.an.721.epiſcopus inde Moguntinus factus.*
    - **Bellica.** *Sic*
      - **Ægidius** *Carillus Hiſpanus Innocentij VI. primùm, deinde Vrbani VI.legatus Italiam ob Pp.abſentiam turbatiſſimam raro prudentiæ militaris exemplo compoſuit.*
      - **Iulianus** *econtrà Cæſarinus, Eugenij IV.auctoritate, fœdus ab Vladislao Pannoniæ rege cum Turcis pactũ, hoc ſolo nomine, quòd Ethnicis & Hæreticis fides non eſſet ſeruanda, turbauit. Victi ſtrage ingẽte Chriſtiani, Vladislaus rex in uoragine ſuffocatus, Cæſarinus tam inuiſo triſtiq; officio indignus à latronib.trucidatus.*
  - **Profana.** *Vide ſignum VI.*

VI. Profano

VI. Profano *nomine ſuſcepta legatio apud*

- **Amicos:** *utputa apud*
  - **Magiſtratus.**
    - Edixerat *Domitianus, ne in Aſia uites haberentur, quoniam uini ubertate ſeditionibus agitari uidebantur. Scopelianus totius prouinciæ nomine Romam miſſus non modò id impetrauit, ne cui fraudi foret plantaſſe uites: ſed ut inſuper pœna irrogaretur, quicunq; eas excidiſſet. Philoſtratus.*
    - Agapetus *Romanus Pp. à Theodato rege Gothorum miſſus Conſtantinopolim ad Iuſtinianum legatus, uti mortem Amalaſuentæ reginæ excuſaret, ab eodem de Eutychiana ſecta tentatus, conſtantiſſimè renuendo effecit, uti ad ſanitatem Imp. ipſe rediret.*
  - **Socios.** *Gorgias Leontinus, Sirene ſua ſuis ciuibus auxilia ab Athenienſibus contra Syracuſanos, à quibus premebantur, impetrauit.*
- **Inimicos** *sint ob*
  - **Res** *repetendas. Græci cùm Tenedum appuliſſent, legatos miſere pro repetenda Helena, Vlyſſem oratorem plenum, uberem, planeq; Aſiaticum, & Menelaum breuem atq; Laconicũ: quorum alter ſua eloquentia, alter rerum pondere Troianos permoueret.*
  - **Deditionem** *faciendam.*
    - Darius *rex ad Athenienſes & Spartanos miſit legatos, terram & aquam petentes. Eos illi partim in barathrum, partim in puteos deiecerunt, & inde terram & aquam regi ſuo referre iuſſerunt.*
    - Pyrrhus *Epirotarum rex gloriari ſolebat, plures ſe urbes Cineæ legati lingua, quàm fortiſſ. militum dextra ſubegiſſe.*
  - **Auxilia** *inhibenda. Pœnorum legatus Tauromenitis minitabatur, manu ſupina oſtenſa, niſi actutum eijcerent Timoleontem Corinthiorum ducem cum ſuis, ciuitatem eis ſe, quæ talis eſſet, talem redditurum. Ei Andromachus oppidi dynaſtes, Timæi hiſtorici pater, nihil aliud reſponſi dedit, quàm manu ſimiliter prona, inde ſupina oſtenſa, propere inde faceſſeret, niſi nauem talem pro tali effici uellet.*

PAVPE-

PAVPERVM *Peregrinantium præcepta.*

CAP. XXVI.

V T Paupertas & Opulentia per ſe præcepta peregrinationũ non mutãt: at per accidẽs tamen, cùm pauperi inſtrumenta deſint fortuita, quorũ ſupplementum aliunde petere cogitur. Peregrinationis igitur pauperũ conſideranda

- **Eſſentia,** *hoc eſt, Cauſæ, tum*
  - **Internæ:** *uidelicet*
    - **Materia,** *quo ad*
      - **Loca**
        - **E quibus.** *Si minus commoda ſint, quàm ea quæ petimus, relinquantur ſanè, ut maiore cum fructu olim repetantur.*
        - **Per quæ.** *Horum commoditas non per ſe, ſed propter aliud tantùm amplectenda: incommoditas & ferenda & fugienda.*
        - **Ad quæ.** *An ibi paupertati locus ſit principi fini peregrinationis minimè contrarius, uidendum.*
      - **Locata,** *utputa* Homines, *apud & inter quos peregrinandum. Qui quidem in*
        - **Genere** *tales ſint, quorum conuerſatione tenuitas peregrinãtis ſubleuari queat, opulenti & potentes.* Hinc illud Theognidis:
          καὶ μετὰ τοῖσιν πῖνε καὶ ἔσθιε, καὶ μετὰ τοῖσιν ἷζε, καὶ ἄνδανε τοῖς οἷς μεγάλη δύναμις.
        - **Specie** *peregrinãti conſulũt uel animo*
          - **Grato,** *ob operam quamcunq; præſtitam.*
          - **Liberali,** *cauſa uel* Pietatis *religioſæ: uel* Honeſtatis, *quia ob uirtutẽ dignus: uel* Humanitatis, *cùm ob miſeriam miſericordia uideatur cõplectẽdus.*
    - **Forma,** *ſiue Motus*
      - **Corporis.** *Pedibus utatur ſuis, quando alienis nequit.* Sic *Apoſtoli olim.*
      - **Animi,** *tanto circumſpectior eſto, & in omnes diſcendi obſeruandiq; occaſiones intentus.*
  - **Externæ.** Vide *ſignum* Aa.
- **Accidentia.** *Cuiuſmodi eſt* Tempus. *Pauperib. peregrinaturis aliâs aliud tempus commodius:*
  - **Autumnus** *larga copia fructus effundens, & liberalitati alienæ locum dat, & facilitati uictus comparandi commodat.*
  - **Hyeme** *familia colligitur, & comportatis rebus fruitur. Maior itaq; tunc conditionum occaſio: ſed peregrinanti ſimul & fames & frigus permoleſta accidunt.*
  - **Vere** *mitior aura.*

Aa.

Ad Cauſas externas referimus

- **Efficientem**
  - **Principem.** *Paupertatis eadẽ ubiq; perſona: differt tamen ratione ſubiecti in quod cadit. Pauper igitur eſſe poteſt*
    - **Philoſophus,** *tãto ſecurius peregrinaturus, quòd cum Socrate non tam multis ſe carere, quàm non indigere intelligit.*
    - **Mechanicus.** Vtputa Mercator, de quo Horat.
      Impiger extremos currit mercator ad Indos,
      Per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes.
    - **Sanus,** *Æger.*
    - **Nobilis,** *Plebeius.* Sic Vlyſſes apud Phæaces alie*na uixit miſericordia.*
  - **Inſtrumentalem** *h.e. ea quæ pauperi neceſſaria ſunt, & uel*
    - **In** *ipſomet poſita.* Vide ſignum Bb.
    - **Extra** *ipſum. Cuiuſmodi ſunt*
      - **Diuerſoria**
        - **Gratuita.** *Xenodochia eleemoſynæ cauſa inſtituta. Quem pudet ſtipem Dei nomine uel petere uel accipere, at urbanitatis uel humanitatis nomine nõ pudet: næ ille plus hominibus quàm Deo tribuit.*
        - **Mercenaria.** *Cauponæ infames, ſuſpectæ fugiantur, uel quòd illic pauperes tantùm diuertant, qui ipſi accipere potius, quàm dare poſſunt: uel quòd etiam improbi illic conueniunt, quorum cõuerſatio probis & oneroſa & ſuſpecta ſemper eſſe debet. Cauponas nobiliores adito potius, quàm luſtra & popinas & tabernas plebeias: non quòd non etiam hîc Dij ſint, ſed quòd Faunis & Syluanis & Satyris permiſti.*
      - **Arma.** *An his opus habet, nulla re quæ armorum defenſione indigeat abundans? Crates proinde non Herculem ſed Paupertatem alexicacon foribus ædium inſcribendam putabat, quòd improbitatem alienam multò facilius inopia ſopitura, quàm potentia uideatur repreſſura.*
      - **Veſtimenta,** *trita, lacera, ſqualida, ſuis fortaſſe ſordibus moleſta, ſed ſecuritatis interim priuilegio gratiſſima: cùm & reges & diuites aliquando horum beneficio, paupertatis perſona aſſumpta, ſuæ uitæ ſuiſq; fortunis conſulere fuerint coacti. Tam felix & beata eſt paupertas, ſi quis ea norit uti.*
- **Finem** *uarium, ſiue is ſit Liberalis, uel Theoricus, Practicus, Mechanicus; ſiue Illiberalis, cauſa quæſtus ex mendicitate faciendi uel religioſa uel profana.*

- Bb. **Inſtructus** *ſit præſidijs, uel natiuis uel acquiſitis, quibus ſuppleat defectũ fortuitorum tum quo ad*
  - **Animum,** *reſpectu*
    - **Cognitionis,** *tum*
      - **Rerum.** *Paupertas ingenioſa, cùm ingenio uel inuita uti cogatur.* Horatium, *poſt infelicẽ pugnam* Actiacam *Paupertas impulit audax,* Vt *uerſus faceret.* Proderit *pauperi, mediaſtina quædam officia nouiſſe: ciborum uulgatiſſimorum præparandi rationem: ueſtium conſuendarum rudimenta, equorum curãdorum modum tenere, & ſimilia: multo uerò magis & calligraphum eſſe, & uel poëſi uel muſica aliquatenus tinctũ.* Nihil *enim in hoc genere* Muſis *commodius.* Eſt *cui linguæ morumq; imperito, frigore fameq; confecto puero,* Lugduni *muſices rudimenta profuiſſe ſcio.*
      - **Linguarum** *uel mediocris, ut ea quæ ad uictum ſunt neceſſaria petere queat.* Hinc *fortaßis ex uariarum linguarum colluuie, acroamatica illa* Leſcharum *dialectus, et apud* Germanos *errones, & apud* Gallos, *ortum cœpit: his* Iergot, *illis* Rotuuelſch *appellatur.*
    - **Actionis** *in*
      - **Genere** *quidẽ erga*
        - **Deum,** *Pietate.* Quò *cum pluribus & atrocioribus confligendum hoſtibus, eò ardentius* Dei *auxilium & precib. & uitæ innocentia implorãdum.* ὅρχσο ἐπ' ἔργον θεοῖσιν ἐπευχόμενος τελέσαι.
        - **Homines,** *Probitate, quæ etiam improbis nõ tam exoſa quàm formidabilis exiſtit. Hãc autem*
          - **Per** *ſe uiuis exẽplis uitæ quotidianæ comprobet.*
          - **Per** *alios confirmet partim*
            - **Teſtimonio** *& fide anteactæ uitæ.*
            - **Commẽdationibus** *& ſpe futuræ.*
      - **Specie,** *rudimenta habeat uirtutis omnigenæ.* Namq; *ut parodia utamur* Horatiana, Qui *cupit optatam pauper contingere metam,* Multa *tulit fecitq; puer, ſudauit & alſit,* Abſtinuit Venere *& uino.* Vide *ſignum* Cc.
  - **Corpus.** *Adſit*
    - **Firmitas.**
    - **Agilitas.**

Cc. Requiritur ergo in paupere

- **Prudentia.** *Neq; enim eius ſtultitiam patiuntur opes.*
- **Fortitudo, reſpectu**
  - **Malorum.** *Quàm ſæpè, quàm neceſſariò ſibiipſi Homericum illud accinet,* τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης. *Sed & Maronianum illud.— dabit Deus his quoq; finem.*
  - **Bonorum,** *confidens Alacritas (namq; Animus præſens in re mala dimidium eſt mali.) præſertim quam confirmat alma Securitas. Cantabit uacuus coram latrone uiator.*
- **Temperantia in**
  - **Alimentis, ſecundùm**
    - **Quantitatem.** *Magnũ uectigal Parſimonia.*
    - **Qualitatem.** *Ab inſalubribus uel fame ſtimulante abſtineat, & morborum ſeminario occurrat.*
  - **Venereis** *quàm maximè: cùm nihil intolerabilius ſit paupere famelico & libidinoſo.*
- **Veritatis ſtudium. In**
  - **Suis**
    - **Enarrandis**
      - **Bonis,** *parcus eſto, idq; per alios potius, quàm uiua uoce aut ſcripto, ne* ἀλαζονείας *ſuſpicionem præbeat.*
      - **Malis,** *audacia interdum utitor, auxilij conſequendi ergô.* αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει. αἰδώς τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ. *Alienæ menſæ* παράσιτον *eſſe, alienæ miſericordiæ fructum percipere, minimè inhoneſtum eſt, dum id citra turpitudinem fiat. Vlyſſes Homericus quàm humilem ſe apud Phæaces præbet?*
    - **Præſtandis,** *Candor, Integritas.*
  - **Alienis,** *Modeſtia,* Ἐποχὴ, *requiritur. In*
    - **Malis** *quidem & mutus & ſurdus eſto.*
    - **Bonis** *uerò admirator potius quàm adulator.*
- **Popularitas in**
  - **Sermone.** *Affabilis eſto. Modeſtè & tamen conſtanter id quo eges petito: ne remiſſa petitio ſimulatæ neceſsitatis argumentum eſſe uideatur. Diogenes Cynicus baculum intentanti Antiſtheni, & à ſe audiendo repellere uolenti, Cæde, inquit, dum ne cedam.*
  - **Opere.** φιλοδουλεία *&* φιλοπονία.
- **Vrbanitas.** *Irriſiones paupertatis comites Homerici Vlyſsis exemplo & cordatè & iucundè tolerato.*

ΣΥΝΑΠΟΔΗΜΙΑΣ Mvltorvm simvl *præcepta*. CAP. XXVII.

Si qvando *multis ſimul peregrinari contingat, ratio habenda eſt &*

- **Materiæ,** *ſiue locorũ per quæ peregrinandũ eſt, tum quo ad*
  - **Securi**-*tatem: utrum loca ſint*
    - **Secura.**
    - **Infeſta** *& periculoſa propter hoſtes, prædones, latrones, belluas.* Præſtabit iccirco *in unũ collectos iter facere: uti etiam in unam urbem iiſdem de cauſis confluere primi ceperunt homines.*
  - **Commoditatem,** *uel incommoditatem* Alimentorum, Hoſpitiorum: Viæ Puluerulentæ, Lutulentæ, Amplæ, Anguſtæ.
- **Formæ.** *Multis niſi inſit ordo, inerit confuſio. Communitatis ergo hîc ſumma debet eſſe cura partim* Oeconomicæ, *quatenus contubernales domo eadem utuntur: partim* Politicæ, *quatenus plures numero in turmas & claſſes ueluti contribules diuiduntur, certasq; leges communis uiæ motus atq; quietis habent.* Vide *in ſeq.* ☞
- **Efficientis**
  - **Princi**-*pis. Simul peregrinãtur, numero plures, reſpectu*
    - **Vitæ** *ſeu profeßionis uel*
      - **Similes.** *Religioſi homines.* Mercatores. Legati. Milites. Studioſi.
      - **Diſsimiles.** *Quandoquidem dißimilitudo ſtudiorum atq; morum dißidiis & rixis frequenter occaſionem dare poteſt, arctiorib. legibus ſocietas deuincienda erit.*
    - **Socie**-*tatis quo ad*
      - **Mo**-*dũ, uel*
        - **Delectu** *certo.* Comites *delecti.*
        - **Caſu** *fortuito.* Comites *fortuiti.* *Quorũ mores ſi euitare nequeas, ſaltem ferre diſcas.*
      - **Locum.** Comites *ſunt uel* Perpetui, *tãto maiore affectu cõplectendi: uel* Non perpetui.
  - **Inſtru**-*mẽtalis. Cuiuſmodi ſunt tũ*
    - **Inani**-*mata.*
      - **Alimenta.** *Carouanæ Barbaricæ ſecum cibaria ferre coguntur, per uaſtiß. ſolitudines iter faciendo.*
      - **Pecunia.** *Quæ & Quales peregrinantibus ſufficiant in cõmune conferendæ, ſua à quoque ſymbola. Quod ab iis qui* Hieroſolymam *quotannis petunt obſeruatur.*
    - **Ani**-*mata.*
      - **Equi.**
      - **Homines**, *tum* Deductores, *tum* Miniſtri, *qui curam habeant* Equorum, Supellectilis.

☞ Com-

☞ **Communitas ergo conſideranda tum reſpeƈtu**

- **Perſonarum.** *Multi ſunt numero, ſed inſtituti eiuſdē. Ergo quo ad*
  - **Internam** *uoluntatem, mutua ſeſe beneuolentia compleƈtatur. Omnium eſto ſocius: paucorum contubernalis: pauciorum amicus. Vulgò alioqui in his minimùm beneuolentiæ ineſt, eo quòd beneuolentiæ uinculum eſt accidentale tantùm, Peregrinandi ſcilicet commoditas.* Ariſt. 2. Polit. 5. *difficillimum eſſe cum hominibus uerſari ait exemplo τῶν συναποδήμων, ob leuiſſ. interdum cauſas grauiſſimè iraſcentium.*
  - **Externæ** *conuerſationis*
    - **Ordinē,** *iter faciunt uel*
      - **Diſtributi** *in claſſes certas, quando id uel itineris incommoditas, uel multitudo comitum requirit.*
      - **Simul,** *ſiue id itineris commoditas patiatur, ſiue periculum etiam ſuadeat.*
    - **Mores.** *Eorum quibuſcum uerſaris ingenio te accommodes. Ex Italia reuertens anno 56. in milites Germanos incidi, certo contubernio me adiunxi: ne potando necarer, uino abſtinentiam redemi, ualetudinis prætextu: comitem me proximæ expeditionis futurum promiſi.*
- **Rerum,** *quas cōmunes habere debent. Pares iure, pares quoq; & commodis & oneribus ſunto. Si id ſimul & ſemper nequeat: at uiciſſim & alternis. Nihil enim cùm aliâs, tum præſertim in hac temporanea ſocietate magis inuiſum πλεονεξία. Cōmunitas ergo ſit & æqualitas*
  - **Hoſpitiorum. Alimentorum Leƈtorum.**
  - **Pecuniæ.** *Viatici ſymbolam ſuam quiſq; in medium conferat. Quæſtor uel unus perpetuus eſto, linguæ morumq; peritus: uel per uices alius atq; alius.*
  - **Opera** *rū cum*
    - **Veƈtorum Deduƈtorum.**
    - **Miniſtrorum,** *equiſonum, à pedibus.*
  - **Viæ.** *Præcedens ſequentem expeƈtato: ſubſequens præcedentem conſequitor, ratione habita*
    - **Luti** *& Aquæ, Aſpergines caueto.*
    - **Virgultorum.**
    - **Pulueris** *Puluerulētis lo is uiritim nō turmatim incedito.*

Peregrinationis PEDESTRIS *præcepta.*
CAP. XXIIX.

ESTI moleſtior hæc eſt peregrinandi ratio, expeditior tamen, pauciorum indiga, magis libera, gymnaſticæ exercitationis ad ſalubritatem plurimū conferentis æmula: nobis certè iam olim, nō magis corpore quàm animo firmo, per Italiam atq; Galliā cum pleriſq; mortalibus communis. Catonem Philoſophum Plut. memorat Aſiaticam peregrinationem pedibus confeciſſe, cùm amici, qui eum comitabantur, uectarentur equis. Præcepta igitur quo ad

- **Cauſas ſecundùm**
  - **Materiam.** *Tale eſt* Heſiodi *illud in* ἔργοις: μηδέποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίρροον ὕδωρ ποσσὶ περᾶν, πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα, χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ. Os ποταμὸν διαβῇ, κακότητι δὲ χεῖρας ἄνιπτος, τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἄλγεα δῶκαν ὀπίσσω. Non *quòd multum referat pedibus riuū fluminis penetrare: ſed quòd externo bocce & pedū & manuum lotionis ſymbolo ad internam animi puritatem ueluti manu ducendos putat uiatores.*
  - **Efficientem**
    - **Principē.** *Huic cū moleſtiam præbere ſoleat*
      - **Sitis**, *ne aqua frigida lædatur, micā panis cum ſaccharo ſecum ferre ne grauetur.*
      - **Sudor**, Induſijs & Sudarijs *opus habebit puris, mundis.*
      - **Defatigatio** *atq; intertrigines*, Pedes noctu, *ſicubi poteſt, aqua ſalſa abluito, ſeuo hircino, uel ceruino, uel lucernario etiā iniūgito.* Lecti mū*di curā habeto primariam, et bene cubare quàm benè cibari utilius ducito.*
    - **Inſtrumentalem**, *ut ſunt*
      - **Veſtimēta** *Reliqua parca,* Calcei & Tibialia *optima ſunto.*
      - **Alimenta.** *Sunt qui lagenulas ſecum ferant, atq; peras.* Galli Boteillas, Germani Fleſchas & Potopyxides *nuper inuentas,* Hiſpani *ſuos* Borracios, *ſed aqua potius quàm uino ebrios.*
  - **Accidentia,** *Tempus nimirum.* Primis *diebus ne feſtinato. Senſim diurno itineri addito.*

Pere-

Peregrinationis EQVESTRIS *præcepta.*
CAP. XXIX.

NON *eſt aptus equis patriæ locus, ut neq; longis* Pro*iectus ſpacijs, nec multæ prodigus herbæ,* Hippo*comis magis apta igitur præcepta relinquam.* Sun*to tamen quædã reſpectu*

- **Equitis:**
  - Faſcia *contra ſucceſſiones præcordia conſtringito, præſertim in curſu angario, qui per diſpoſitos fit equos, à* Ludouico XI. *Gallorum rege ad imitationem* Perſarum *introductos.*
  - Parcius *prandeto.*
  - A`cibo *pedetentim iter ingreditor.* Somnum *cantu, confabulatu, leni curſu fallito.*
  - Ardorem *ſtomachi mica ſalis deuorata ſedato.*
  - Locis *cœnoſis, uadis cæcis temerè ne credito.*
  - In *præcipitijs plus tuis quàm equi cruribus fidito.*
  - Pontium *fidem ſuſpectam ſemper habeto: curſu ne unquam laceßito: pedes potius quàm eques ſuperato.*
  - Furfuribus *calidis ocrearum ſoleas inſternito, laxitates impleto.* Soleis *inceratis contra frigus utitor.*
- **Equi:**
  - Equum *probè quo ad pabulum, dorſum, ſellam, tibias, ſoleas, prius quàm teipſum curato: ipſam anni curatricem* Naturam *imitatus, quæ fœniſeciũ prius quàm meſſem & autumnum procurat.*
  - Per *decliuia & prærupta* Equo *parcito.*
  - Nitorem *phalerarum citra ſordes quærito.* Nam *pictorum noſtrorum* Agathyrſorum *(etſi furioſum potius quàm placidum* Bacchi *thyrſum geſtant) perridicula eſt lautitia, qui ut equus niteat, ſemetipſos fuligine in cacodæmones transformare non erubeſcunt, nimirum ut equi quàm domini maior habeatur ratio.*
- **Comitum:**
  - Luti *& aquæ aſpergines iuſto interuallo declinato.*
  - Virgultorum *eiaculationes & præcedens & ſequens caueto.*

Peregrinationis CVRRVLIS *præcepta.*
CAP. XXX.

PRÆ*cepta ad* Ef*ficientem*

- **Principem:**
  - Nauſeam *mane ſtomachum corroborantibus arceto.*
  - Cibo *te minimùm ingurgitato.*
  - Deambulatione *intermedia currus agitationem mitigato.*
- **Inſtrumentalem.** *Equorum & Currus curam habeto.* D. Martino Turonenſi *prope* Lutetiam *obuius fit auriga, an eo ueſpere in urbem peruenire poßit, interrogat.* Reſpondet *ille,* Niſi feſtinaueris, peruenies. Auriga *à monacho ſe irrideri credens, equis cõcitatis axẽ frãgit, & ſerò tandẽ uiri ſancti dictũ oraculare fuiſſe deprehẽdit.*

Peregrinationis NAVTICAE *Præcepta.*
CAP. XXXI.

Δείξω δέ τοι μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένος, οὐδέ τι νηῶν,

inquit Heſiodus in ἔργοις. Nos pariter non tam artis nauticæ, quàm peregrinationis arte utentis nautica methodum ratione magis quàm uſu hîc delineare cogitamus. Præſtent meliora periti.

NAVIGAtio *ad celcritatẽ aptior, periculoſior tamen, & homini, tanquã terreſtri animali, minus fida. Eo nomine inter tria, quorũ Cenſoriũ illũ Catonẽ pœnitebat, illud etiam erat, quòd quà pedes potuiſſet, naui profectus eſſet. Præcepta quædam reſpectu*

- Cauſarum
  - Inter*narũ, ſecundum*
    - Mate*riam ſeu* Lo*cum reſpectu*
      - Motus, *an per*
        - Mare.
        - Lacus.
        - Flumina.
      - Quietis. *Vtrum in terram appellere*
        - Detur.
        - Non *detur. Ad uictum proinde neceſſaria naui inferenda.*
    - For*mam.* Naui*gãt naui*
      - Acta
        - Simplici*ter ab alio*
          - Extra *nauim,* Vento.
          - In *naui,* Remigio.
        - Coniũctim, & *Vẽto* & *Remigio.*
      - Tracta *uel*
        - Extra *aquam, per* Bruta *aut* Ho*mines.*
        - In *aqua per* Holcadem.
  - Externarum. *Vide ſignum* †
- Accidentiũ. *Temporis ratio hîc imprimis habenda, tum quo ad motum*
  - Vniuerſalem. *Annuum, quem ex nautico* Calendario *perpetua dierum ſucceßione obſeruant.* H*iſpanis trienio integro totum terrarum orbem emenſis accidit ut unum diem anticiparint, & die* Iouis *in* H*iſpaniam appulerint, quem tamen illi in ſuis* Ephemeridib. Mercu*rij eſſe credebant.*
  - Particularem. N*eptuno &* Æ*olo inuitis nihil molitor. Quas commoditates uel incommoditates maris fluxus atq; refluxus ſecum afferat perpendito.*

† Exter-

† Externæ *cauſæ*

- Efficiens
  - Princeps. Quoad
    - Animum. *Ne ſit formidoloſus.*
    - Corpus:
      - Natandi *ſit peritus: quòd hoc ipſum ad confidendũ etiã in grauiſſ. tempeſtatibus plurimùm afferat. Ariſtippus oborta tempeſtate præ metu expalleſcebat. Miles natandi peritus philoſopho mortis contemptum profitenti metum eiuſdem exprobrabat. Tum ille, Neq; id mirum, inquit: Ego uiri probi animæ metuo, tu de nebulonis anima non es ſollicitus.*
      - Contra *ναυτίαν oportuna remedia adhibeat.*
  - Inſtrumentalis: tum
    - Inanimatus. *Pyxis nautica inter tria neotericorum inuenta non poſtremum locum obtinet, auctore tamen incerto, niſi quòd Melphitano ciui tribuitur, uſum præſtans & geometricum & aſtronomicum, typographiæ quidem dignitate cedẽs, bombardariam tamen multo ſuperans.*
    - Animatus. *Nautæ benignè tractandi, citra ebrietatem tamen.*
- Finis. *Hic uarius. Alium peregrinationis nauticæ finem habet*
  - Propheta *Ionas Tarſum nauigans.*
  - Vlyſſes *ad Calypſo, ad Circen penetrans.*
  - Mercator *τῷ πλόῳ πλοῦτον quærens.*
  - Hercules *ad Erythreas boues tendens.*

Glacialis *Peregrinationis præcepta.*

CAP. XXXII.

HVIVS apud Septentrionales uſus eſt, ſiue Redaria ea ſit, redis, trahis, uehis'ue utens miniſtrãtibus equis, onagris, ceruis rangiferis: ſiue Pedaria, cothurnis glacialibus inſtructa, quorum ſoleas per longitudinem uirga chalybea prominula armet, conto ad impetum faciendum nitens. Præcepta horum quædam ex Olao Magno petenda.

Peregrinationis Præcepta ſecundùm MA- TERIAM *conſideratæ.*

CAP. XXXIII.

PEREGRINATIONIS Topicæ & Pragmaticæ præcepta, hoc eſt, eius quæ Locorũ uel Locatorũ qualiũcunq; cognoſcendorũ cauſa ſuſcipitur, ſub Fine complexi ſumus. At hîc loci ſub Materia denuò meminimus, non quatenus cognoſcendus, ſed quatenus peragrandus erit: cui cùm uel per ſe, uel reſpectu etiam locatorum accidát, Certitudo, Longinquitas, Commoditas, Securitas, uel horum contraria: præcepta alia atq; alia ſingularum ſpecierum dari poterunt. Exempli cauſa,

PRÆCEPTA PEREGRINATIONIS COMMODÆ.

Ob Hoſpitalitatem.

Vt *ferè in* Gallia *&* Italia*: ſi modò id nominis meretur blanditia cauponum quæſtuaria.* In
Italia *certè occurrunt certatim, ad diuerſandum inuitant.* In Gallia *poſt primum hoſpitis con-*
greſſum mulieribus in hoc aucupij genere exercitatiſſimis rem committunt. Memorabile *eſt*
quod Leander Albertus *in* Italiæ *deſcriptione refert,* Bretinorium *urbem* Romandiolæ *ſplen-*
didam, in monte ſupra Forum Liuij *ſitam,* Guidonis *à* Prata *(id uillæ nomen intra* Fauen-
tiam & Rauennam*) ac eius gentilium, aliarumq; familiarum inſigni liberalitatis æmulatio-*
ne inclytam: inter quos perſæpe contentiones oriebántur, quum aduenis in urbem acceden-
tibus eos hoſpitio habere ſuo quiſq; præ cæteris anniteretur. Qua *de cauſa columnam in foro*
ſtatuere anulis pro numero familiarum appenſis, ſuaq; cuiuſq; nota inſignibus. Quicunq; *er-*
go peregrini aduenissent, rectà in forum ducebantur, cuicunq; uellent anulo equi habenas
innectebant. Anuli *dominus tanquàm magno honore auctus, hoſpitem domum ducebat, libe-*
ralitatis exercendæ facultatem ſibi fortuitò oblatam gaudens.

Ob Aëris temperiem.

Talis *fuit* Diogenis Cynici *è* Ponto *in* Græciam *peregrinatio, etſi coacta.* Proinde *cùm ei obij-*
ceretur, quòd à Sinopenſibus *ob monetæ adulterium perpetuo multatus eſſet exilio:* At *ego il-*
lis uiciſſim, inquit, hanc pœnam irrogo, ut in extremis Euxini *litoribus incluſi perpetuò ma-*
neant. multò felicius ſe in temperatiſſimo Græciæ *aere exulare innuens, quàm illi perpetuo*
horrentem frigore patriam incolerent.

PRÆ-

PRÆCEPTA PEREGRINATIONIS INCOMMODÆ

Ob Aëris intemperiem.

Si Scytha in Indiam deportetur, inquit Auicenna noſter, aut ægrotabit, aut morietur: tam ſubitam climatum extremorum mutationem non ferens. At ſi ille idem uel terra uel mari eodem peregrinetur, nec ægrotabit neceſſariò, nec morietur, ſenſim à contrario ad contrarium per multa media perueniens.

Ob Æſtum.

Per Troglodytarum fines abſq; calceis ire nequeas, adeò feruet ſolum. Cibos in uas æneum iniectos ſolius calore ſolis aſſabis. Diod. lib. 3.

Tam periculoſus eſt Campaniæ & Neapolitani regni æſtus, ut Iunio, Iulio & Auguſto menſibus, uſq; ad primam Septembris pluuiam, ne regio quidem mandato exciti nobiles ad peregrinandum cogi poßint.

Ob Frigus.

Anno 1498. LXX. Turcarum millia in Rußiam penetrauerant. Derepente gelu intenſum cum copioſiß. niue extitit, ut ſupra XL. millia alſerint. Multi interfectis equorum uentribus etiamnum calentibus ſeſe illatebraſſe ſunt deprehenſi. In religionem hæc res ceßit Turcis, ut ſibi perſuaderent, Ruſſos & Polonos diuinitus defendi. Cromerus.

Qui per Chorazenam & Cambyſenam Caucaſijs montibus uicinas iter agunt, baculis prælongis excauatis utuntur: per quos, ſi fortè niuibus obruantur, & reſpirare, & eo ueluti ſigno exerto à popularibus erui queant. Strabo lib. 11.

Ob Viæ aſperitatem.

Diuerticula longa, dummodo commoda, breuia ſunt exiſtimanda. Rectè Germani, Gut vueg vmb, vuar nie krumb. Nec malè ruſticus ille in biuio poſito uiatori, & uiã breuiorem interroganti, Hæc (inquit) longior eſt, ſed breuior: illa breuior, ſed longior. Nempe quòd altera ſpacij longitudinem facilitate compenſaret, altera eiuſdem breuitatem difficultate & aſperitate extenderet.

Ob Viæ incertitudinem.

Hîc *Comitum uſus maximus & Deductorum: ſed & diligens à fidis uiæq; peritis hominibus acroaſis locum habet.*

Qui *S.Iacobum Compoſtellanum adeũt, congeſtos à peregrinantibus per biuia, triuia & quadriuia lapidum aceruos, cruces quinetiam ſacræ uiæ additas obſeruare conſueuerunt.*

Qui *per deſerta Arabiæ ſepulchrum Mahometi petunt, magnetis uſu non minus, quàm in mari nautas, uti conſueuiſſe, ſuprà memorauimus.*

Ob Alimentorum defectum.

Qui *per Arabiæ, Tartariæ atq; Perſiæ, addo etiam Scythiæ & Sueciæ deſerta, Carouanas dictas agunt, multorum dierum cibaria ſecum ferre conſueuerunt.*

Tartari *farinam ſecum in expeditiones ſumunt, eamq; equino ſanguine ſubigunt.*

Ob Sitim.

Qui *è Græcia & Phœnice in Ægyptum nauigant, uas fictile uini plenum ſecum afferre coguntur. Præfecti prouinciarum uaſa omnia Memphim deportanda curant, ijs qui per deſerta in Syriam ſunt penetraturi inſeruitura. Herod. lib.3.*

E Feſſa *Cayrum per ſiccanea Africæ tendentes, cùm extrema ſiti torquentur, unum è camelis mactant, è cuius inteſtinis aquam expreſſam potant, donec puteum inueniant. Ioan. Leo libro primo Africæ.*

Narrat *ille idem in deſerto Azaod duo extare marmorea ſepulcra, alterum mercatoris, alterum uectoris, quorum ille ab hoc aquæ cyathum X. millibus aureorum emerit: nec potuiſſe tamen aquam utriq; ſufficere, quin miſerrimè perierint.*

Ob Serpentes.

Moſes *ad interiora Ægypti exercitum ductans, magnam uim ibidum ad ſerpentes, qui in ijs locis abundant, conficiendos papyraceis incluſos caueis præmiſiſſe ſcribitur.*

Suſis *Ecbatana Mediæ profecturus rex Perſarum, quòd bidui itinere locus ſit ſcorpionibus refertiſſimus, triduo antè uenatores emittere cogitur ad illos uenandos. Ælianus lib.15. de Anim.*

Ob

Ob hominum inſidias.

Vbi *periculoſa peregrinatio propter inſidias hominũ, quo ad*

- Iter,
  - Maturè *petito hoſpitium.*
  - Comites *&* Deductores *fidos quantouis precio conducito.*
  - Diuerticula *interdum quærito.*
  - Veſtimenta, *ſi licet & expedit, mutato. Cùm ob* Henrici II. *expeditionem, qua* Metim *ſub amicitiæ prætextu occupauit, exacerbati eſſent* Germanorum *animi,* Francoforto *rediens, in meridiano æſtu ſub arbore dormiens ob gallicanum habitum in capitis diſcrimen adductus, ſed* Dei *cura per* Io. Farmani *uigilãtiam conſeruatus: ſexennio pòſt ex* Italia *reuertens, quòd à* Germanis *militibus è regno* Neapolitano *reuertentibus obſiderentur itinera, habitum mutaui.*
- Diuerſorium,
  - Cubiculi *ſitum diligenter obſeruato.*
  - Focile *ad ignem noctu excitandum tecum ſumito.*
  - Ianuæ *fidem explorato, peſſulo firmato, obicem ferreum ad eam rem idoneum comparato.*
  - Diſceſſum *nunc ſimulato, nunc diſsimulato.*

PEREGRINATIONIS *Præcepta reſpe-ctu accidentis* TEMPORIS.

CAP. XXXIV.

TEMPESTIVÆ, INTEMPESTIVÆ.

ÆSTIVÆ, HYBERNÆ.

Habent *ſuas quæq; anni tempora & difficultates & cõmoditates,* Locorum *præſertim ſitu conſentiente.* Sic Æſtas *in regionibus calidis & campeſtrib. feruentiß.* Hyems *in regionibus frigidis rigidißima.* Vtrobiq; *certa peregrinandi præcepta dari, dubium non eſt.* Qui *in* Suetia & Moſcouia *ex itinere hypocauſta ſubeunt, niſi prius nares niue confricent, & ſpiritus natiuos reuocent, eas amittendi periculum ſubeunt.* Heſiodi *in ἔργοις præceptum eſt, non agricolæ tantùm, ſed & peregrinanti, pauperi præſertim & mendico, obſeruandum:*

πὰρ δ' ἴθι χαλκεῖον θῶκον, καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην,
ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπόταν κρύος ἄνδρας ἔργει.

METHODI APODEMICAE LIB. III.

EORVM QVAE PEREgrinanti ſingillatim obſeruanda ſunt ΕΝΔΕΙΞΙΣ.

QVANDOQVIDEM ex Hip. conſilio τὴν σοφίην ἐς τέχνην μετάγειν δεῖ, hoc eſt, præcepta uniuerſalia exemplis ſingularibus explicanda ſunt & ueluti animanda: quid in urbe Baſilienſe, Pariſienſe, Patauina, & Atheniẽſe, uel obſeruatum uel obſeruandum ſit, methodo mixta, reſpectu quidem Locorum Topica, reſpectu Rerum Pragmatica, utraq; ſanè Hiſtorica expendamus. Athenis certè Heluetijs ortus noſtri primitias & inſtitutionis rudimenta, Gallicis literarum à Lugdunenſi naufragio reliquarum ſupplementa, Italicis Athenis philoſophicorum & medicorum ſtudiorum incrementa & ornamenta priuata, Græcis deniq; Platonis & Ariſtotelis publica θρεπτήρια debemus. Ea proinde grato quantum in nobis eſt, animo ſingulis rependamus, ex Chriſtiani Vrſtiſij epitome hiſtorię Baſilienſis, ex Aegidij Corrozeti Antiquitatib. Pariſienſib. ex Bern. Scardeoni Patauina hiſtoria, ex Pauſaniæ Atticis & Caroli Sigonij Repub. Athenienſe, pleraq; mutuati. Quòd ſi cui in quibuſdam plus iuſto curioſi fuiſſe uidebimur, acribologiæ methodicæ hanc λεπτολογίαν condonandam ſciat. Licet enim nec ſemper nec ubique capita omnia uel debeant uel poſsint obſeruari: ſub rationis tamen examen omnia uenire debent, ne quod in uno non reperitur, in altero non obſeruetur. Etſi uerò operoſum eſt & difficile ſingula tã accuratè obſeruare, Studioſo præſertim, cui

Locorum atq; Rerum cognitio ſecundario tantùm fine propoſita eſt, neq; eas uel temporis uel conuerſationis commoditates habet ut poſsit (ætatem enim hominis hæc acribologia requirat) at ea tamen, quæ quoque in loco eximia eſſe uel fama uel lectione ſcriptorum acceperit, inueſtigare, eaq́; in Apodemicorum ſuorum ἀπομνημονευμάτων theſauros referre meminerit. Adrianum Imp. exiguo temporis ſpacio totum terrarum orbem percurriſſe hiſtoriæ tradunt. nimirum principi uiro omnia ad nutum parebant: fortaſsis etiam multa notatu digniſsima illum fugiebant, uel quia neſciret, uel quia non liceret inueſtigare. Atq; illius quidem curioſitati hoc condonetur: illud uerò maximè celebretur, quòd ſuopte exemplo ad peregrinandum induxerit Pauſaniam & Arrianum, quorum monumentis adhuc früimur, illius quidē ueteris Græcię, huius uerò Ponti Euxini deſcriptione accuratiſsima. Sed iam ad Athenarū quaternarium: cui, ſi uidebitur, ſpecimina etiam obſeruationis Locorum minorum, Rerum quinetiam aliquarum ſubiungemus.

ATHENÆ

ATHENAE HELVETIAE.

BASILEAM *urbem, quam uel propter ſitũ uel propter imperiũ Rauracis attribuunt, cum agro ſuo examinaturi, conſiderationem aliam inſtituemus*

- Generalem, *totius Agri.* CAP. I.
- Particularem *tum*
  - Metropoleos, *quæ* Rheni *interfluxu diuiditur in urbem*
    - Maiorem. *De qua tũ in*
      - Genere. CAP. II.
      - Specie, *partibus eius conſideratis partim*
        - Materialiter. CAP. III.
        - Formaliter. *Quæ ſit conſtitutio*
          - Eccleſiaſtica. CAP. IV.
          - Scholaſtica, *Academica.* CAP. V.
          - Politica. CAP. VI.
          - Oeconomica. CAP. VII.
    - Minorem, *conſideratam*
      - Materialiter. CAP. IIX.
      - Formaliter. CAP. IX.
  - Agri *reliqui.* CAP. X.

GENERALIS *Rauraci & Baſilienſis agri conſideratio.* CAP. I.

AGRI *Rauraci, qui Baſilienſis poſtea dictus eſt, conſideremus in genere*

- Nomen.
- Res: *tum quo ad*
  - Cauſas, *uidelicet quo ad*
    - Materiam. *Cuiuſmodi ſunt*
      - Loca. *Quæ uel*
        - Inhabitantur:
          - Vrbes.
          - Vici, *Pagi*, Villæ *priuatæ.*
          - Arces. Caſtella.
          - Domus, Turres.
        - Coluntur.
          - Terra
            - Inculta.
              - Montes.
              - Syluæ.
            - Culta
              - Agri.
              - Vineta.
              - Prata.
          - Aqua:
            - Fontes.
            - Torrentes.
            - Flumina.
            - Stagna.
      - Locata. *Vide ſignum* A.
    - Formam. *Vide ſignum* B.
    - Efficientem. A *quonam*
      - Inhabitata, *Poſſeſſa, Ampliata,* Ex*culta.*
      - Euerſa, *Deſtructa.*
  - Accidentia. *Quæ Rauracorum uniuerſales*
    - Actiones: *ut Expeditiones.*
    - Paſsiones:
      - Strages.
      - Terræmotus.

A. Locata

- A. Locata *tum*
  - Homines *conſiderati ſecundùm*
    - Animi *mores.*
    - Corporis, *Robur, Sanitatem.*
    - Fortunas, *quo ad*
      - Opulentiam.
      - Frequentiam.
  - Res *quæuis aliæ, tam inanimatæ quàm animatæ, Vegetantia uel Animalia. Eorum conſideratur*
    - Quantitas: *Fertilitas.*
    - Qualitas: *Præſtantia.*
- B. Forma, *quo ad*
  - Res. *uti ager Rauracus*
    - Locatur.
      - Clima *quod.*
      - Fines *qui.*
    - Locat.
      - Circuitus *qui, Longitudo, Latitudo.*
      - Diſpoſitio.
      - Figura.
  - Homines. *Ratio hîc habenda conſtitutionis*
    - Publicæ,
      - Eccleſiaſticæ.
      - Scholaſticæ.
      - Politicæ.
    - Priuatæ, *Oeconomicæ.*

NOMEN RAVRACORVM.

Ob intercurrentia paſſim Iuræ ramenta ad culturam aſperior regio, Rauchacker dicta uidetur. Glareano, ab aſperis coeuntium montium ueluti faucibus, Raucheracher. Subinde ut Epiſcopi, ita quoq; incolæ, pro Rauracis, Baſilienſes, ab ipſa metropoli dici uoluere.

VRBES RAVRACÆ.

Vrbs uetus Raurica, Vocetio monti, qui Iuræ brachium eſt, ſecundùm Glareanum proxima fuiſſe uidetur, ubi etiamnum hodie pagus Frik antiqui nominis ueſtigium retinet, paulò ſuprà Saccingam. Etſi alij eo loci, ubi nunc Auguſtæ uiſuntur rudera, urbem fuiſſe putent. À Rauracis in Galliam abeuntibus incenſa. Tota ea uallis hodie Auſtriacis paret.

Auguſta Rauraca à Munacio Planco Auguſti auſpicijs deducta, & ab eodem nominata, ab Attila funditus euerſa. Rudera hodie conſpiciuntur. Trans Ærgitiam torrentem pagus Auſtriacus nomen uetus retinet.

Baſilea incertis orta conditoribus, Metropolis.

Liechſtallum, & Lauſemium & Delamontium oppida Baſilienſis ditionis.

Rinfelda, Sacconium inſula Rheni, Loufenburgum, ubi Rheni catadupa, & Vvaldeshuta, ad ſyluæ Hercyniæ caput, Auſtriacis parent.

ARCES RAVRACÆ.

Varenſpurgum, Homburgum, Valdenburgum, Ramſteinum, Munchenſteina Reip. parent. Priuatis uerò ciuibus Vvartenberga triplex, Schauuenberga uicina, Bininga.

Tierſteina & Dornacum Solodorenſibus.

Birſeca, Pfeffinga, Epiſcopo Baſilienſi.

PAGI RAVRACI.

Pagis frequens & exculta regio. Siſgouiæ comitatus, à pago principe nomen habens, XXIV. pagos continet.

Pratalea urbi uicina, cum arce priuatorum nobilium.

Huninga ad Septentrionem urbi proxima, quaſi Hunnorum ab Attilana clade, in campis Catalaunicis accepta, reliquorum domus.

VILLÆ PRIVATÆ.

Binninga, Gundeldinga, Rothuſa.

MONTES.

Iuræ brachia hinc inde exporrecta uarijs inſigniuntur nominibus. Vocetius ad Aquas Heluetias: per Siſſacum aſcendentib. Ouinum pratum: iuxta Homburgum uerſus Tauriſcos, Rupes ſciſſa inferior: prope Vualdenburgam ſuperior: ſupra Liechſtallum, Cataracta, Vuaſſerfallen.

SYLVÆ.

Multò horridior olim quàm nunc, propter incolarum induſtriam, longæq; pacis bonum. Vrbi proximus

proximus locus ad Occidentem Hole *dictus,* Olinonis *caſtelli rudera, ſyluis olim tectus, nunc totus ferè cultus, cum uicina uilla uetere,* Alſchuuiler *dicta.*

AGRI.

Terræ ſolum lapidoſum, ut alicubi ternis iugis uix proſcindatur, pingue tamen, & propterea frugum bonarum magis quàm multarum ferax.

VINETA.

Si pomœrium & ſuburbana metropoleos, Liechſtallum *item &* Richam *excipias, per cætera fontibus magis quàm uinetis abundat.*

PRATA. PASCVA.

Iuræ montana armentis pabulum per æſtatem ſuppeditant laudatiſſimum. Sed *&* Richenſia *&* Pratalea *prata.*

FLVMINA. FONTES.

Birſa *&* Birſicus, *à Meridie, uterq; ex* Iura *monte.*
Vieſa *tranſrhenana ab* Oriente, *ex* Hercynia.
Rhenus *ex ſummis deſcendens* Alpibus.
Fontibus *uiuis & perennibus & ſaluberrimis ſcatet.*

TEMPERIES.

Rauraca tota ferè montoſa eſt. Hyemem *proinde habet aſperam, ſed non durabilem, æſtus remiſſior.* Firmitati *& ſanitati corporum utrunq; commodum.*

COMMODITAS.

Heluetiorum agri in uniuerſum ea ſitus eſt oportunitas, ut ex Alpibus *ceu arcibus quibuſdam &* Galliæ *&* Italiæ, *& niſi* Rhenus *cohibeat etiam* Germaniæ *imminere uideatur. Qua de cauſa* C. Iulius Cæſar *deletis* Heluetijs, *ne urbes illorum Germani occuparent, nouis eas colonis è* Gallia *traductis frequentauit. Carolus certè* Burgundus, *cùm imperium ſibi* Italiæ *atq;* Galliæ *polliceretur, hanc ueluti arcem adortus, in ea oppugnanda cecidit. Sed ut* Heluetiorum *loca pleraq; aſperiora, ita* Rauracorum *mitiora, cùm* Iuræ *ramenta ferè habitent. Ea propter* Valentinianus Robur *contra* Alemannos *in* Rauracis *prope* Baſiliam *condidiſſe à* Marcellino *memoratur: &* Olino *caſtellum ducis militaris* Sequanæ *maximæ, eo loci quem* Holé *etiamnum hodie uocant.*

FINES.

Rauracos *à* Verbigenis *&* Auenticis *dirimit* Birſa *ad Occidentem: ad* Septentrionem *ſimiliter eiuſdem oſtia, paulo ſupra urbem, à* Sequanis*: uerſus* Auſtrum Iura *mons ſiue* Arola *fluuius: ad* Orientem Rhenus. Hodie Baſilienſis *ager trans* Rhenum *quidem miliari uno* Richam, *& ad fanum* S. Chriſtianæ *excurrit: cis* Rhenum *ad* Septentrionem *maximè contractus* Sylua *coercetur, (quam ipſam tamen* Rhenanus Rauracam *facit, & ab aſperitate* Hard *dici uult) ab* Occidente *paulò amplior, ad* Meridiem *ueteres limites ferè attingit. Itaq; ager hodiernus minima ſui parte* Germanicus *eſt: maiore* Gallicus, *partem ex* Sequanis Ciſmontanis, *partem ex* Rauracis *ſumens:* Rauracus *tamen uel propter natales ſuos, uel propter imperium excellenter dici meruit.*

FIGVRA.

Vetus Romanorum ager trigoni amblygonij ſpeciem præ ſe fert, uerſus Ortũ,Occaſum et Boream coeuntibus angulis.

INHABITATORES. CVLTORES. Poſſeſſores.Exciſores.

Rauraci ueteres incenſis uillis in Galliam Orgentorigem ſecuti,à Iul.Cæſare deleti. Ne loca à Germanis occuparentur, in ea reductæ reliquiæ. L. Munatius Plancus Lugdunum & Rauricam Auguſtam colonias duxit. Ab Attila Rheni hoſte (hoc enim epitheto à Sidonio Apollinari ornatur) euerſa Auguſta, uacua loca uidentur Alemãni occupaſſe, eadẽq; Franci reges excoluiſſe,et Auſtraſiæ regno attribuiſſe, & pietatis nomine Epiſcopi imperio ſubieciſſe. Ab Hunnis iterũ circa an ſal.937. euerſi,uarijs ſubinde regulis paruerunt,comitibus Reinfeldenſibus & Habſpurgijs ripenſes Rauraci,Homburgenſibus,Vroburgenſibus, Tierſteinanis & Sogerenſibus à Rheno remotiores. Hodie partim Epiſcopo & Reip. Baſilienſi, partim Auſtriacis, partim Solodurenſibus.

INCOLÆ QVALES.

Ingenia,Corpora, Opulentia, Frequentia, omnia mediocria. Rauracorum XXIII.M.Heluetios in Galliam ſecuta Cæſar teſtatur.

FERTILITAS AGRI.

Frumento, uino, pabulo moderatè abundat, ut nec importandi, nec exportandi occaſiones magnoperè deſideret. Quòd ſi annonæ prouentus parum benignè reſpondeat, uicini Sequani & Alſati panem atq; uinum larga ſuppeditant copia.

FRVGVM QVALITAS.

Fruges fructusq; profert optimos,ſapidiſſimosq;. Vinum delicatum.Frumentum firmum,& uetuſtatis patientiſſimum.

REIPVB. ADMINISTRATIO.

Romani inter XXXI. Præſides prouinciarum in Occidente connumerabant quoq; præſidem Sequanæ maximæ ad Rhenum uſq; extenſæ,Sequanos interiores, Rauracos, Sequanos exteriores ſeu Ciſmontanos, cum tota Sungauia,ad Seleſtadium & Argentuariam uſq;,cuius rudera prope Colmariam ſpectantur,comprehendentis. Sedes huius erat Veſontio: dux militaris in caſtello Olinone prope Rhenum contra Alemannos excubabat. Euerſis ſubinde Romanorum opibus, Alemanni ſedes Sequanorum & Rauracorum occupauere. Quos cùm reges Franci ſubiugaſſent,& religionem quoq; Chriſtianam ſuſcipere docuiſſent,tum primùm credibile eſt Rauracos epiſcopos emergere cœpiſſe, & piorum principum indulgentia utrunque gladium conſecutos fuiſſe,ita tamẽ ut ueteris imperij ueſtigio retento, Veſontionenſi Archiepiſcopo Rauracus ſubijceretur: qui,ſenſim propter ſitus oportunitatem & amœnitatem Baſilea creſcente,Baſilienſem ſe porrò dici maluit.

BASILEÆ

BASILEAE MAIORIS *conſideratio generalis.* CAP. II.

BASILEÃ MAIORẼ *ſiue* OCCIDẼTALEM *in* GALLIA *ſitã, conſideremus in genere ſecundùm*

- Nomen.
- Res: *reſpectu*
  - Cau*ſarum, tum*
    - Mate*riæ. Propter hominem omnia reliqua et Loca & Locata. Ergo perpendemus*
      - Homi*nes, quo ad*
        - Animum: *Ingenia, Mores, Artes.*
        - Corpus: *Sanitas, Robur.*
        - Fortunas: *Genus, Opulentia, Frequentia.*
      - Res.
        - Loca
          - Quæ
            - Vrbana: *Terrea, Aquea.*
            - Suburbana *urbi proxima. Quæ remotiora ſunt, ſub Agri particularẽ conſiderationem cadunt.*
          - Qualia. *Loci*
            - Temperies.
            - Cõmoditas.
        - Locata Quæ, Quanta, Qualia.
    - Formæ. *Vide ſignum* ☞
    - Efficien*tis, quo ad*
      - Res *tum*
        - *κτῆσις.* Loci
          - Conditores,
          - Ampliatores.
        - *χρῆσις.* Poſſeſſores.
      - Homines. *Deductores coloniarum, Legiſlatores, Rectores.*
  - Acciden*tium. Videlicet*
    - Motus *tum*
      - Actiui: *ut* Seditiones, *Expeditiones.*
      - Paſsiui: ut Incendia, *Inundationes, Terræmotus, Clades, Peſtilentiæ.*
    - Tẽporis.

☞ Quo

Quo ad

- **Res.** *Locus locans à maiore inſuper locatur ſiue comprehēditur. Forma ergo Loci quatenus*
  - **Locatur** *ſub ſe complectitur*
    - **Clima** & *Eleuationem Poli.*
    - **Situm.**
    - **Circumſcriptionem** & *Viciniam.*
  - **Locat,** *cōprehendit reſpectu*
    - **Quantitatis,** *Ambitum.*
    - **Qualitatis**
      - **Figuram.**
      - **Diſpoſitionē partium, uel**
        - **Naturalem,** *ab ipſa natura Birſeci interfluxu introductam. Sic enim in Alueum medium & duos Cliuos diuiditur.*
        - **Artificialem,** *incolarum uoluntate, atq; cura in certas plateas diductā, mœnibus circumdatā, portis peruiā. Itaq; à portis per plateas urbis in forum principale tanquàm à circumferentia ad centrū ducendæ erunt lineæ.*
- **Homines,** *quatenus inter ſe cōſociātur tum cauſa*
  - **Religioſa.** *Politia Eccleſiaſtica.*
  - **Profana**
    - **Theorica.** *Politia Academica.*
    - **Practica.**
      - **Politica.** *Politia Ciuilis: tum*
        - **Domi,** *inter Ciues.*
        - **Foris** *erga*
          - **Municipes.**
          - **Socios.**
      - **Oeconomica.** *Politia œconomica inter*
        - **Dominos** & *Seruos.*
        - **Maritum** & *Vxorem.*
        - **Patrem,** *Liberos.*

NOMEN

NOMEN BASILEÆ.

Vulgus *à* Baſiliſci *fabula ad fontem* Coriarium, *ex profunda ſpecu ſcaturientem, excubantis, nomen urbis deducit, cui etiam inſignium cuſtodes adſtipulantur.* Eruditiores, *qui magis φιλέλληνες quàm φιλοπατρίδες uideri uolũt à regio ſitu.* Reuera *autẽ à* Paſſu *ſeu* Traiectu *commodiſſimo, quòd* Rhenus *illic placido alueo decurrit, ripis humilib. coercitus: ita ut* Arioniſtus *Germanorum rex à* Cæſare *in* Sequanis *(ubi hodie* D. Apollinaris, *quinq; ab urbe miliaribus colitur) uictus, nauiculis illic ad ripam deligatis* Rhenum *ſuperaſſe à* B. Rhenano *putetur.* In *moneta uetuſta conſpiciuntur literæ* A. *&* M. *fortè* Auguſta *minor.* Ammianus Marcellinus *primus* Baſiliæ *meminit, circa an. ſal.* 380. Antonini *itinerariũ* Cambetũ *pagi* (Kembs *hodie dicti) meminit: ut uerisimile ſit ne* Baſiliæ *quidẽ, ſi uilla ſuo fuiſſet tempore, obliturum fuiſſe.*

BASILIENSIVM MORES, INgenia, Robur, Opulentia.

Ingenio, *moribus faciles, benigni, humani, ſic ſatis.*

Conſtantiã *ſuam erga* Lud. Bauarũ *& uiuum & defunctum ſatis oſtenderunt, quòd pontificium fulmen pati, quàm à maiori parte ſeptemuirorum electum* Imp. *pro hæretico agnoſcere uoluere.* Pietatem *uerò in* Concilio *per integrum decennium fouendo, &* Armeniacorum *incurſionem ſuſtinendo.* Vt *proinde ineptè quidem, ſed tamen uerè, ut ea ferebant tempora,* Io. Palomarius *Concilij nomine ad* Bohemos *euocandos miſſus,* Baſileam *quaſi βάσιν λεῶν dictam affirmarit, ad confirmandos* Chriſtianorum *animos, per ſynodi œcumenicæ decreta.*

Corporum *firma, ſalubris, decora conſtitutio.* Ipſius *loci amœnitate allecti optimi quiq;, conuerſari cupiunt: ſed uoto ſuo non rarò fruſtrantur. ut uel hinc* Athenarum *æmulam urbem agnoſcere queas.*

Inquilini *pleriq; ciues, paucis familijs exceptis.* An *hoc peſtilentiæ, an fato cuipiam peculiari acceptum ferendum?* Concurſus *peregrinorum ingens. ut lege etiam frequentia ipſa in populari* Repub. *ſit prohibenda.*

Populares, *plebeij magna ex parte.*

Nobilitas *olim frequens.* Anno 1445. *ob* Armeniacos *introductos multi proſcripti.* Deinde *an.* 1449. *cùm contra* Heluetios *ſocia arma recuſaſſent, nobiliũ animos adhuc magis alienarunt, eorundemq; minis & iniurijs adacti, an.* 1501. Henrici Imp. *feſto die* Heluetijs *ſeſe coniunxere.*

Cenſus *mediocris, qui naturæ neceſſitati potius, quàm luxui & libidini ſatis eſſe queat.*

LOCA & LOCATA VRBANA.

Hæc *uitandæ tautologiæ cauſa ſub* Diſpoſitione *inferius enumerabimus.* Syluis *urbem circumquaq; olim ſeptã fuiſſe cliuus* Carbonarius *dictus ſatis arguit, quòd illic carbonarij habitarent: & in uetuſtis inſtrumentis locus* vff kolhüſeren *appellatur.*

LOCA SVBVRBANA.

Prope *urbem ſpectantur ante portam*

ALBANAM

Auguſtæ Rauracæ *rudera, cum ponte ſupra* Ærgitiã *torrentẽ, &* Diuerſorio *publico.*

Sylua Rauraca, *die* Hard.

Domus Rubra, *das* Rott huß, *uilla priuata, uicina arci, quam* Robur Valentiniani *qui-*

dàm fuiſſe credunt, ex ipſius loci oportunitate. Vulgò *receptaculum prædonũ extitiſſe perhibent,* ein Roubhuß. *An uox corrupta à* Robur, *ſubiectæ poſtea uillæ nomẽ dedit, ut* Rothuß *diceretur?*

Pons *Byrſæ ſublicius.*

Alueus *Byrſulæ cum ponte lapideo.*

Locus *ſupplicij cum furcis & patibulo.*

CINEREAM,

Münchenſtein *arx ultra Byrſam.*

Dornacum *à Solodorenſibus an.* 1 4 8 4. *redemptum à Bernardo de Efringengen ciue Baſilienſi,* X V. *pòſt annis poſtremo Heluetiorum, pro aris focisq; pugnantium tropæo de Sueuici fœderis socijs nobilitatum.*

D. Iacobus *leproſorum noſocomium,* D C. *Heluetiorum Cadmea uictoria contra Armeniacos* K L. *Sept. an.* 1 4 4 4. *Concilium turbaturos celebre. Pontones illic è trabibus ſupra Byrſam.*

Tres *Tiliæ, ubi occiſus Nic. Meyer à Bürenſibus ſubditis.*

Arx *Gundeldinga, Irmiorum familiæ.*

LAPIDEAM,

D Margarita. *Vbi ciuitatem Rodolphus Habſpurgenſis olim obſederat.*

Oberuuiler *&* Theruuiler, *quaſi* Nideruuiler, *ſuperior & inferior uilla.*

Binninga *arx priuata.*

Cataractæ *Birſeci.*

Locus *ſupplicij eorum qui gladio puniuntur.*

Alueus *Birſeculi è Birſeco deriuati, cum molis Cannabis, ferri, & pulueris pyrici.*

SPALEAM,

Domus *Bombardariorum cum piſcina.*

Alueolus *è piſcina urbem intrans, ſordibus abluendis inſeruiens.*

S. Crux, *terminus eorum qui uirgis cæduntur.*

Caſtrum *Olinonis, das Holé, cum proxima uilla uetere, Alſchuuyler.*

D IOANNIS,

Huninga *pagus, Hunnorum domus.*

Sylua *Rauraca, die Hard, Rhenano. An Arduennæ ramenta?*

Michelfelda, *Beguinarum olim, nunc caupona. Sub inde uia ad Cambetas, ab Antonino etiam celebratum pagum, ducit.*

TEMPERIES VRBIS.

Cœlo *ſatis clemente fruitur. Etſi enim à Meridie & Occidente mõte Iura cingatur, ab Ortu Eremo Heluetiorum ſeu Martiana ſyluæ: tamen cùm montes, quà minimùm, miliari uno ab urbe diſtent, à Septentrione proſpectus pateat liberrimus, & temperiem & ſalubritatem aeris, ſi ulla alia Germaniæ urbs, habet maximam. Qua ipſa de cauſa peſtilentiæ frequenter admodum obnoxia eſt, quòd quæ temperatiſſima ſunt, promptiſſimè etiam infici conſueuerũt. Æneas Syluius pluuijs obnoxiã eſſe ait in epiſtola quadã, ob uiciniã ſcilicet Alpium, Iuræ & Hercyniæ. Cæterùm ob liberrimũ aquarũ decurſum aer ijſdem potius depurari uidetur.*

COMMODITAS.

Veluti *in medio Galliæ, Italiæ, & Germaniæ ſita, Rheno irrigua, torrentibus tribus ſtipata, importandi & exportandi occaſiones habet magnas: ſed & à uicinis Sequanis frumentū, à Tribocis ſiue Alſatis uinum copioſiſſimum habere poteſt, ſi quādo natiuis opibus deſtituitur.*

CLIMA.

Eleuatio *poli 47. G. cum beſſe.*

SITVS.

In *Boreali Rauracorum angulo, ad Rhenum, pauló infra Byrſæ oſtia, Sequanis Ciſmontanis uicina. Libellus Prouinciarū in Sequana magna eam numerat, nō tam quo ad ſitum, quàm quo ad imperium, cùm Veſontionenſi præſidi etiam Rauraci parerent. Rhenanus certè uſque ad Cambetas extendit Rauracos, & ſyluam, die Hart dictam, facit Rauracam.*

CIRCVMSCRIPTIO. VICINIA.

Baſilea *maior in Gallicana ripa, ad Birſeci oſtia, quà ſeſe, urbem ſecans mediam, in Rhenum exonerat, ſita. Ad Meridiem partim Auguſtam excurrit, ibi uicinos habet Auſtriacos: partim ad montana Rauraca, ubi Verbigenis Heluetijs iungitur. Ad Occidentem & Septentrionem Auſtriacis cingitur.*

AMBITVS.

A' porta *D. Ioannis ad portam D. Albani ad duo millia paſſuū perpetuo muro ſemicirculi inſtar circumſcribitur.*

FIGVRA.

Perimeter *urbis meniſcū refert, cornibus Rheni ripam complexus & arcuatus, conuexitate mœniorum & Rauracos meridionales, & Sequanos occidentales, & Tribocas ſeptentrionales arcens.*

DISPOSITIO NATVRALIS.

Maior *meniſci ſeu lunæ corniculatæ ſpeciem habet, quà Rheno alluitur, ſemitheatri formā in colle ſita referens, importuoſa proinde, propter aſperitatē & altitudinē ripæ. Hæc rurſus interfluxu Byrſeci diuiditur in*

- MARGINES *duos, quacunq; accedis planos, ſed propter alueum Birſeci à Meridie illabentē decliues, ita ut uallem faciant, & ipſi uulgò Montes appellentur, uarijs nominibus inſigniti. Ergo Margo ſeu Cliuus alter*
  - ORIENTALIS *cis Birſecum, à porta Albana & Cinerea, uſq; ad portam Rheni, et oſtia Birſeci, ob Rheni alluuiem, qui ripæ marginē, piſtorijs aſellis iter expeditum à porta Albani ad pontem uſq; præbentis, abſtulit, ædium in uicino cliuo fundamentis inſidiatur, ex aduerſa ripa maximè conſpicuus. Circumſcriptio huius à porta*
    - Albana
      - Noua *(nam olim proprijs mœnibus & foſſa cingebatur) exhibet*
        - *D. Albani monaſterium.*
        - *Alueum Byrſulæ.*
        - *Molas Chartarias.*
        - *Suburbium, caulis & uinetis refertum.*

Vetus, *continet*
Domum Teutonicam.
D.Huldrici fanum.
Marianum templum cum Areis.
Domum Muſcatam.
Gymnaſium Academiæ utrumq;.
D.Martini Templum.
Cinerea
Noua *habet*
Propugnaculum ad ſiniſtram.
Suburbium à ploſtrarijs & fabris & reſtionibus habitatum.
D.Elizabethæ templum. Declinat inde in alueum, ad portam Lapideam.
Vetus *habet*
Noſocomium. *Declinat inde in alueum in aream Minoritanam.*

OCCIDENTALIS, *à porta Lapidea, ultra Byrſecum, comprehendit Spaleam & D.Ioannis portas, Lapidea in cliuum aſſurgente perpetuum, uſq; ad oſtia Byrſeci.*
Circumſcriptio igitur
Spalea
Noua *continet*
Propugnaculum dextra, ſiniſtra Vallum.
Montem Carbonarium.
Vineta multa.
Suburbium. Ibi Vallis gratioſæ cœnobium.
D.Petri aream, cum Armamentario.
Vetus *comprehendit*
D.Leonardi cœnobium.
Montem fœni.
D.Petri templum.
Xenodochium peregrinorum.
D Ioannis
Noua. *Ibi*
Propugnaculum.
D.Ioannis Cœnobium Ioannitarum, cum ſuburbio à piſcatoribus habitato.
D.Antonij.
Prædicatorum cœnobium.
Suburbium nouum.
Vetus.

ALVEVM *torrentis Byrſeci, priuſquā ædificijs hinc inde adſtringeretur, latè exundantē, quantum fortè interſtitij eſt inter duos cliuos, à porta Lapidea ad Rhenum uſque. Spacium ergo*
Nouum *& exterius habet*
Portam Lapideam dictam, duobus in cliuo utrinq; aſſurgente propugnaculis munitā.

Cataractas

Cataractas Byrſeci.
Pontes lapideos geminos, ſublicium unum: Ponticulos uarios.
Monaſterium D. Magdalenæ ad Lapides.

Vetus *& interius habet*
Stupidorum carcerem.
Aſininam turrim.
Minoritarum cœnobium cum area.
Plateam Coriariorum cum fonte & ponte.
Plateam Liberam cum domo Negotiationum, & Collybo publico.
Forum frumentarium.
Macellum.
Synagogam Iudæorum olim, nunc priuatam domum.
D. Andreæ templum antiquiſſimum.
Forum piſcatorium.
Turres duas uetuſtiſſimas, propugnacula olim & paſſagij indicia, unde nomen urbi, Salis ſcilicet horreum, & Portam pontis Rheni.

Dispositio Artificialis.

¶Porta Albana à Vocetio monte (qui Iuræ pars eſt) per uallem Rauricam (hodie Fricktal) ſecundùm Rheni ripam per Auguſtam Rauracam deſcendenti, Rothuſa tranſmiſſa, ponte primùm ſublicio Birſæ, lapideo itidem altero, ſub quo riuus Birſæ labitur, ſuperatis, occurret ingredienti

Inter Portam & Arcum (quem uulgò Brigidæ, alij Pacis, alij Fratrum portam uocatum putant, Briden, Friden, Bruderthor)
Ad dexteram
Locus decliuis ad Rheni ripam, quem iccirco Speluncam uocant, im Loch. Ibi
D. Albani Cœnobium ſpacioſum.
Molæ frumentariæ & chartariæ.
Fons ſuauiſſimus iugis aquæ.
Ad ſiniſtram
Vineta multa.
Turris mœnibus adhærens, an. 1526. cœlo ſereno fulmine tacta, ob pulueris pyrici copiam, diſiecta.
Platea Leproſorum. Vbi lupanar olim.

Inter Arcum & Muros Interiores:
Fons aquæ per tubos deriuatæ.
Suburbium Sybariticum, hoc eſt, ab omni operariorum ſtrepitu liberum.
Siniſtri lateris domus omnes foſſam & mœnia D. Albani uetuſta attingunt. Inter eas Conr. Lycoſthenis inſcriptione nobilitata.

Dextri lateris domus amœniſſimo Rheni uicinorũq; montiũ aſpectu perfruuntur. Inter eas
 Andrion molitorum, ſub Aſini inſigni.
 Hier. Curionis officina, nunc Seb. Henricpetri.
Fons.
Turris Chunonia, à Chunone molitore, ut aiunt, laquei ſupplicium redimẽte, extructa: hodie Vrſorum luſtrum, Berenhut dicta, carcer eſt: olim porta D. Albani cœnobitarum potius (à quibus noctu claudebatur) quàm ciuium.

Inter Vrſorum luſtrum & Summum templum
 Rectà,
  Domus Teutonicorum militum contigua carceri, dextra.
  Domus Præpoſituræ ſummi templi, ſiniſtra.
 Siniſtra declinanti ſeſe offert
  Fons.
  Domus Ventoſa, zum Lufft, Frobeniorum officina, Deſ. Eraſmi uita & morte nobilitata.
  Tilia, zum Boumlin, in triodo poſita, uiæ Liberæ iungitur.
 Rectà inde ad ſummum Templum occurrit
  Arcus.
  D. Huldrici fanum.
  Palatium epiſcopi.
Summum templum. Ibi
 Turres geminæ cum baſilica, ex ſecto lapide.
 Areæ duæ. Altera
  Maior. In ea
   Fons.
   Tiliæ frequentes.
   Ludus literarius.
  Minor. Ibi
   Proſpectus in Rhenum amœniſſimus. Ex eo loco pontificiũ legatum, ob fidem quam Ludouico Bauaro Imp. dederant, Baſilienſes anathematis fulmine perſtringentem, præcipitem datum, Stumpfius narrat.
   Tilia latitudine inſignis.
   Menſa lapidea prope exedram, Aræ maioris locum denotans, priuſquam ab Henrico II. Imp. inſtauraretur baſilica.
A ſummo Templo deſcenſus ſiniſtra ad
 Noſocomium, Spittalſprung.
 Forum, per cliuum Monaſterij dictum, den Munſterberg. In eo
  Domus Muſcata, ubi Felix V. in Pp. electus.
  Andrion Mercatorum ſub Clauis inſigni. Hinc Platea libera.
A ſummo Templo dextra occurrit
 D. Auguſtini cœnobiũ, Muſis hodie & Cereri cõſecratum. Prytaneum ibi Academicum.

Fons.

Fons.
Horreum publicum. Inde deſcendenti
Collegium uulgò dictum, Gymnaſium literarium.
Angiportus ad D. Martini aſcendit, ad forum deſcendit.
Scalæ Martinianæ gradib. LXX. an. 1352. ex lapide primùm constructæ. Illac D. Vrſulam cum XI. M. uirginum comitatu iam olim aſcendiſſe ferunt.
Porta Rheni.

¶PORTA Cinerea à Verbigenis & Rauracis, ab Ouino prato, per Liechſtallum oppidũ, per Aſchemium pagum, unde nomen accepit, per Dornacum & Munchenſteinam arces, Muttaciam & Prataleam pagos deſcendenti, ponticulis Byrſę ad D. Iacobi noſocomium (quod ſolis leproſis patet) ſuperatis,

Inter Portam & *Muros interiores ſeſe offert*
Rectà
Suburbium Vulcanium, perpetuis fabrorum laboribus irrequietum.
Diuerſoria Cerui, Stellæ, Corui, Leonis.
Fons.
Andrion Sodalium zum Rupff.
Fons alter.
Siniſtra,
Fons. Inde ad D. Elizabethæ,
Cliuus Lapidoſus dictus der Steinenberg, ad Birſecum deſcendit.
Dextra *ſecundùm Foſſam ad D. Albanum ducit.*

Turris ſubinde quadrata, *carcer hodie, olim porta urbis ueteris Aſchemia.*

Inter Turrim & Forum
Siniſtra deſcenſus ad Minoritanam aream.
Dextra Tilia, zum Boumlin.
Platea inde Libera dicta. In ea
Noſocomium, der Spittal.
Fons Hoſpitalius.
Aſcenſus ad ſummum templum.
Andria uaria,
Tonſorum, ſub Stellæ inſigni.
Sutorum.
Olitorum & Vinitorum.
Iſingrinij officina, equo Troiano inſignis.
Cella publica.
Andrion Domeſticorum, ſub Vrſi inſigni.
Andrion Piſtorum.
Diuerſorium Syluestris uiri.
Andrion Cæleſte, Pictorum, Calcariorum, Sellariorum.

Fons

Fons Steblinus.
Andrion Mercatorum,ſub Clauis inſigni.
Domus mercatorum.
Collybus publicus.
Area,ſeu Forum frumentarium,pendulum,fornicibus Birſeco *ſuperiniectum.Ibi*
Andrion cauponum.Der Vuynleuten.
Curia.
Domus Pauonina, L.Munatij Planci elogio à B.Rhenano Reip. nomine inſcripto nobilis; item Io.à Crozingen pictoris emblemate,Homo bulla,& Numellis ignominiæ.
Lapis calidus.Locus ubi uinum nouum uernaculum uenditur,Capitali ſupplicio ſeditioſorum ciuium infamis.
Fons præſtantiß.& copioſiß.ex uicina domo ſcaturiens,cui eaſdem quas Lotophagorum loto uires uulgò tribuunt.

¶PORTA CASTRENSI ſeu LAPIDOSA à mõte Cæruleo ſeu Blauio,per Oberuilam,Binningam,Birſeci torrentis alueum ſequendo,D.Margaritæ fano ad dextram relicto,

Inter Portam & Muros Interiores
Ad ſiniſtram
Cliuus cum propugnaculo & Horreo ptochodochij.
D.Elizabethæ fanum,cœmiterium,ſuburbium.
Ad dextram
Cataractæ geminæ mœnib.affixæ,Birſeci tranſmittendi ergô: quæ quòd tardius reſeratæ fuiſſent,quando ſubitis imbribus fœnum è pratis abreptum uiam torrenti obſtruxerat,maximæ inundationi an.1529.occaſionem dedere.
Alueus Birſeci.
Riuus è Birſeco ductus.
Propugnaculum cliuo imminens,ad quem gradibus aſcenditur.
Recta occurrit
Cœnobium Lapidum.
Stabulum equorum publicum.
Pons ſupra Birſecum,in ſuburbium Lapidum.
Cliuus Lapidum ad Cineream ducens,dextra.
Fons aquæ ſaluberrimus in ripa Birſeci,fornices ſubeuntis.
Ponticulus lapideus ad Aſinariam turrim.
Turris Aquæ,carcer maritorum tyrannorum in uxores.
Siniſtra
Pons ſublicius ſupra Birſecum in ſuburbium Lapidum ducens.Ibi
Textorum officinæ & Fullonum.
Andrion Textorum.

Fons.

Mons Carbonarius prope Aſinariam turrim ad ſiniſtram, der Kolenberg, Diuerſorio mendicorũ & Carnificis domo infamis: ſed & iudicio inter perſonas infames celebris. Aſſeſſores ſunt baiuli: ex eodem ordine iudex, pede dextro in peluim aquæ frigidæ impoſito.

Ponticulus lapideus, dextra ad cliuum ducens Lapidoſum.

Turris Aſinina, mœnib. uetuſtis adhærens, carcer hodie capite plectendorũ, olim porta.

Inter Turrim Aſininam atq; Canaliam domum

Domus Stultorum, carcer eſt & mendicorum & puerorum petulantium: ſed & olim, cùm crapula inſolita eſſet, ebriorum. Hodie uerò nimium populariter ſapimus.

Area Minoritarum, ſub cuius fornicibus Birſecus labitur. Ibi

Fons.

Ludus puerorum uernaculus.

Prytaneum pauperum.

Cœnobium Minoritarum.

Siniſtra cliuus Leonardinus. In eo

Templum cum cœnobio & cœmiterio.

Ædes Diaconi cum ſymbolo Pythagoreo à Lycoſthene inſtaurato.

Siniſtra Ponticulus interiorem urbem cum exteriore iungens.

Dextra Mons fœni, ferè à lanijs habitatus. Ibi Officina Nic. Brillingeri.

Dextra, platea Pugnæ (ex uetuſtæ domus pictura nomen habens) cum Libera iungitur.

Inter Canalem atq; Forum

Siniſtra per cliuum aſcenditur in Montem Fœni, incendio anni 1377. nobilitatum. Ibi

Laniorum domus & ſtabula.

Fons dexter, inferior.

Fons ſiniſter, ad portam Spaleam interiorem, ſuperior.

Dextra rectà

Platea Coriariorum, habens

Ad dextram

Pontem ſublicium, Album cognomine, ſupra Birſecum.

Plateam Albam, Liberæ iunctam. In ea

Henrici Petri III. uiri Academici, typographi clariß. officina.

Ad ſiniſtram

Fontem Coriariorum perennẽ, tilia obumbrante, & Baſiliſci fabula & aquæ præſtantia nobilem.

Andria

Coriariorum.

Hortulanorum.

Sartorum.

Ad dextram rurſus

Pons ſupra Birſecum lapideus, in plateam Liberam ducens.

Ad ſiniſtram angiportus. *Ibi*
Domus priuata, Synagoga olim Iudæorum, nomen etiam retinet.
Mola Rumelia frumentaria.
Riuus Birſeci.
Mola Olearia.
Recta *Forum boarium olim, der Rindermarckt. Ibi*
Andrion Fabrorum ferrariorum.
Domus Negociatoriæ poſticum.
Artopolium ſuperius.
Diuerſorium Roſtri.
Andrion Pellicnum.
Andrion Negotiatorum, ſub Croci inſigni.
Forum frumentarium.

¶PORTA SPALEA ex Sequanis intranti.

Intra Portam & Muros Interiores
Suburbium *Cinerei æmulum. In eo*
Fons.
Platea Ranarum ad dextram, cum:
Propugnaculo.
Riuo ex piſcina Bombardariorum deducto, ad ſordes urbis abluendas, in forum uſq; decurrente.
Diuerſoria Sequanorum frumentariorum Bouis & Corui.
Andrion ſuburbanorum ſub Cornicis inſigni.
D. Claræ Cœnobium olim, nunc Horreum publicum.
Dextra *ſecundùm foſſam ad D. Leonardi itur. Illic*
Stabula laniorum.
Fons pediculoſus.
Turris pediculoſa, ubi Lupanar olim.
Siniſtra *ad D. Petri ducens, habet*
Armarium publicum cum horreo.
Lucum D. Petri. In eo
Fontes duo.
Baliſtariorum domus.
Tiliæ ſupra plus minus CL.
Quercus uetuſtate & amplitudine miranda.
Agger intra mœnia.
Turris *Egolfi, porta olim, hodie carcer.*
Intra Turrim atq; Montem Fœni ſuperiorem & inferiorem:
Fons turri contiguus.
Domus priuata, quæ Beguinas olim habuit: pòſt ſub Burſæ Pariſienſis nomine ſtudijs conſecrata fuit.

Diuer-

Diuerſorium Pinus.
Mons Fœni ſuperior, dextra.
Mons Spaleus dictus ſiniſtra. Per eum deſcendenti occurrit
Siniſtra quidem Mons acuum, der Nodelberg, platea nobiliſs. & quietiſſima. In ea
Fons primus.
Ædes Io. Lucæ Iſelij Rabi Eliakim integrum monumentum habent.
Angiportus Zingiberis ad dextrã, ubi olim Negotiatorũ Andrion, in Forum ducit.
Officinæ
Heruagij.
Oporini. Quam ab edito ſitu G. Bruſchius Arcem Oporinianam appellare ſolebat.
Fons alter.
D. Petri Templum & Cœmiterium, ad ſiniſtram, cum Ponticulo in lucum Petrinum ducente.
Collis Mortuorum, ad dextram, in forum Piſcarium & Frumentarium. Ibi officina Epiſcopiorum.
Angiportus alter ad Forum piſcarium. In eo Moneta publica.
Fons tertius.
D. Michaelis ſacellum cum Xenodochio peregrinorum.
Porta S. Crucis, ad ſiniſtram.
Fons aquæ opt. & ſaluberrimæ, Vuolfardi ſeu Gundelshemi dictus, ad dextram deſcendenti ad forum Piſcarium.
Rectà uerò
Triuium, montis Fœni inferioris. Inde partim
Aſcenſus ad montem Fœni ſuperiorem. Ibi officina Io. Vualderi & Hier. Curionis, in ea domo, cuius incendio olim mons Leonardinus totus cõflagrauit.
Deſcenſus
Dextra ad Piſtrinum Rumelium.
Siniſtra ad
Forum frumentarium, per Plateam Pileariorum.
Forum piſcatoriũ per Plateam Sartorum, olim Mercatorũ dictam. In ea
D. Andreæ templum uetuſtiſſ.
Andrion Nobilium zum Sunfzen.
Fons natiuus aquæ ſuauiſſ. & abundantiſſ.
Domus pleræq; fontes natiuos habent.

¶PORTA D. IOANNIS ex Tribocis per Cambetas (uulgò Kembs) aſcendentibus,

Intra Portam & Muros Interiores
Suburbium tranquillum, ferè à piſcatoribus habitatum.
Equitum Hoſpitalariorum D. Ioannis monaſterium, mœnib. urbis contiguum.
D. Antonij de Vienna ſacellum.

Fons.
Andrion ſodalitatis ſuburbanæ, ſub Virginum inſigni, zur Mægd.
Fons alter.
Cœnobium Prædicatorum. In eo
Chorea mortalitatis cum effigie Io. Oecolampadij.
Epitaphia aliquot, Cononis, Petri typographi.
Hebræorum duo cippi inſignes.
Dextra ad D. Petrum aſcenditur.
Siniſtra ad Rhenum deſcenditur, aquandi ergò.
Turris ſine tecto, porta olim S. Crucis.
Intra Turrim & Portam Rheni
Burſa Leonina, mœnib. contigua, ſtudijs olim dicata, hodie priuata. In ea Rodolfi Imp. ſtatua.
Fons D. Vrbani.
Dextra ad D. Petri aſcenditur.
Rectà deſcenditur ad Turrim Salis & Portam Rheni.

¶PORTA PONTIS GEMINA.

MAIOR cum Horologio quadrigemino:
Siniſtra
Oſtium ad Rhenum, ad uiuaria piſcatorum. Quà paucis ab hinc annis uia ripenſis ad D. Albanum ducebat.
Scalæ lapideæ graduum LXX. D. Vrſulæ.
D. Martini cœmiterium atq; templum.
Recta Plateam Ferri habet. In ea
Andrion Lignariorum fabrorum.
Domus Io. Holbeini manu depicta.
Biuium. Inde
Siniſtra
Macellum, die Schol uulgò.
Forum frumentarium.
Dextra
Pons lapideus ſupra Birſecum. In eo
Artopolium inferius.
Andrion Nobilium, zum Sünfzen.
Triuium. Nam
Siniſtra per plateam Sartorum
Recta in cliuum Spalenſem ducit.
Siniſtra in macellum & forum deflectens, fontẽ in ſpecu habet, im Lochlin.
Recta per angiportum Mortuorum ad D. Petri. Ibi officina Epiſcopiana.
Dextra in Forum piſcatorium: prius tamen
Fons natiuus iugis aquæ.
Diuerſorium Ciconiæ.

MINOR,

MINOR, Gigantea pictura inſignis, *habet*

Andrion Nautarum.

Portum ſeu ſtationem arte factã, cùm ſuperior alioqui ripa propter altitudinẽ & aſperitatem importuoſa ſit. Ibi quondam lignea domo extructa Iudæi *exuſti ſunt.*

Fontem uicinum cum porta, lintrium & aquationis ergô, quâ Birſecus *in* Rhenum *exoneratur.*

Diuerſoria duo contigua, Coronæ *unum, alterum* Cupæ, *à ruina an.* 1544. *reparatum.*

Siniſtra ad Forum piſcatorium ducit, fornicibus ſupra Birſecum ſuſpenſum. Ibi

Fons maximus, piſcibus cuſtodiendis idoneus.

Fons minor aquæ natiuæ.

Menſa lapidea piſcatoria morticiniorum. uulgò der Schelmen banck.

Columella lapidea, uiuorum & mortuorum piſcium ſtationes ſeparans.

Andrion Nobilium *æſtiuum,* Zum Brunnen, *in angiportu.*

Andrion Piſcatorum, *in altero angiportu, cum* Moneta *publica.*

Recta per angiportum Floris occurrit

Diuerſorium Floris.

Turris Salis.

Porta Rheni, *aquationi equorum inſeruiens.*

Fons D. Brandulfi *ſeu* Brandani *ſaluberrimus.*

Curia uetus quadrato lapide ſtructa supernè, &, ut habitatorum mireris ingenium, infernè lignea.

Diuerſoria plebeia, Lucij *&* Cycni.

Forum *piſcatorium.* Ex eo ad Forum *frumentarium.*

CONDITORES. EVERSORES.

Etſi *de cõditoribus urbis nihil certi afferri queat, neq;* Baſiliæ *uetuſtiores ſcriptores, ut* Ptolemæus *&* Antoninus *in ſuo* Itinerario *meminerint, meminit tamẽ* Ammianus Marcellinus, *qui à* Valentiniano II. *circa an. ſal.* 380. Robur *prope* Baſiliam *extructum ſcribit, contra* Alemannorum, *quorum pagos uaſtauerat, incurſiones.* Iam *cùm* Auguſta *ab* Hunnis, Attila *duce, ſub* Valentiniano III. *circa an ſal.* 437. *cũ omnibus ijs quæ à* Rom. *in citeriore ripa* Rheni *extructa fuerant propugnaculis exciſa fuerit, certè non ex cineribus* Auguſtæ Baſilea *primùm emerſiſſe, ſed ea etiamnum florente extitiſſe uidetur.* Adeoq; *uerisimile eſt, propter traiectus oportunitatem* Romanos Auguſtenſes *in ripa* Rheni *eam turrim, quam hodie* Salis *horreum appellant, extruxiſſe (præſertim cùm ex ueteribus inſtrumẽtis etiamnum is locus* zum Rin *appelletur) alteram item, quæ ponti imminet: hãcq; ueluti appendicem* Auguſtæ *fuiſſe. quo nomine* Auguſta *minor & potuit, &, ut ex priſcis numiſmatis apparet, dici uoluit.* Acceſſit *deinde à* Valentiniano *extructum* Robur, *eo loci, qui nunc parum immutata uoce* Burgum, vff Burg, *appellatur, ut ij uolũt, qui* Vuartenbergã *ſpeculæ tantùm inſeruiuiſſe arbitrãtur.* Euerſa *poſtmodum ab* Hunnis Auguſta, *&* Valentiniani Robore, Baſilea *eandem uidetur aleam ſubiuiſſe, niſi fortè quia uicus tantùm erat (uaſtantur enim maximè, quæ maximè reſiſtunt)*

& Hunnorum traiectui inſeruire poterat, conſeruata, & præſidiarijs militibus (cui rei fortaßis Huninga pagus urbi proximus atteſtatur) firmata fuerit. Poſt Hunnorum inundationem Alemanni, labaſcentibus iam Rom. opibus, Rheno ſuperato, tum alia loca, tum uerò etiā Rauracorum agros occupauere, & Auguſtæ ruinis neglectis (magni enim cadaueris fœdißimus eſſe aſpectus ſolet) ipſa ſitus oportunitate allecti Baſileæ rudimenta excolere cœperunt: fortaßis etiam ad traiectus commoditatem & auxiliorum ſocietatem ponte ſublicio Romanenſem ripam cum ripa Germanica iunxere. Itaq; rudimenta ſua Romanis, ſupplementa Alemannis Baſilienſes debere uidētur, incrementa Francorum regibus, qui imperio ad Rhenum uſq; propagato, & pacem ijs regionibus dedere, & religioni Chriſtianæ ſecuritatem: ornamenta deniq; Germanis Impp. Carolo imprimis Magno, qui Rauracenſium epiſcoporum opera uſus, eorundem dignitatem & exiſtimationem & iuriſdictionem, ut ea ferebant tempora, ampliauit. Incenſo rurſus oppido ab Hunnis an. ſal. 917. fortaßis etiam Burgo exciſo, qui eam calamitatem euaſerant Henrici I. Imp. benignitate ruinas reparaſſe uidentur, & Burgi fundamenta ad Templi ſubſtructionem conuertiſſe. Quod cùm uel terræmotu concuſſum, uel Rheni alluuie labefactatum eſſet, Henricus II. an. 1010. in eum ubi nunc uiſitur locum tranſpoſuit: ut proinde à Nic. Cuſa lib. 3. de Concord. Cathol. pro Baſilienſis urbis conditore celebretur. Firmata ſede, Epiſcopi dignitate & opibus aucti, à metropoli ipſa deinceps Baſilienſes potius, quàm à regione Rauraci, dici uoluere.

CONCILIA.

Primum Concilium ab Henrico I. Imp. indictum an. 1061. 25. Octobr. Eligitur in Pp. Cadolus Parmenſis, Honorius dictus. Sed Alexander II. armis Pontificatum ſibi uindicauit.

Alterum an. 1431. prima Sept. à Martino V. Pp. cōtra Hußitas cœptum, per Iulianum Cardinalem. Eo mortuo, cùm Eugenius IV. quibus poſſet modis Concilium turbare uellet, neq; citatus compareret: procerum conſenſu Amadeus Sabaudiæ Dux, ſub nomine Felicis V. Pontifex creatus eſt, an. 1439. Mortuo Eugenio, Nicolaus V I. Concilij Lauſannam transferendi an. 1448. auctor, Felici perſuaſit, ut abdicaret.

Tertium Andreas archiepiſcopus Carnenſis contra Sixtum IV. moliebatur. Eum, multum licet fremente Pp. Romam Baſilienſes mittere noluere, liberali tantùm cuſtodia ſeptum Friderici III. Imp. auctoritate ad cauſam dicendam ſeruauere. Cæterùm in uinculis laqueo collum innexus mortuus mane inuentus, & cognitioni ſe ſubtraxit, & magna cura Pontificem liberauit.

FOEDERA.

Eo bello, quod Sueuici fœderis ſocij an. 1499. duce Maximiliano Imp. contra Heluetios geſſere, cùm Baſilienſes permiſſu ſtatuum Imperij neutri parti propter uiciniam ſocia arma iungerent: & uerò Auſtriaci diuerſis locis Heluetios aggreſſuri, ſibi certam uictoriam promitterent: poſteaquàm confœderatis minus ex ſententia bellum ceßiſſet, uicini nobiles Baſilienſibus & urbis & reipſa moleſti eſſe cœpere. Eius indignitatis cùm Maximilianus paruam habere uideretur rationem, an. 1501. die feſto D. Henrici Imp. fœdus cum Heluetijs perpetuum iunxere, ſi quid in humanis perpetuum eſſe poteſt.

SEDI-

SEDITIONES.

Sub Berchtholdo Epiſcopo circa an.ſal.1250. exortæ nobilium factiones: altera Stellariorum, qui ſtella alba in campo rubro pro inſigni utebantur, & andrion ſuum prope forum piſcarium Zum Sünffzen dictum habebant, Habſpurgenſibus addicti: altera Pſittacorum, ab inſigni pſittaci uiridis in campo albo, quorum andrion domus erat Muſcata, Neoburgenſibus comitibus & Marchionibus Hochbergenſibus fautoribus. Bello deinceps inter Henricum III. Epiſcopum, Neoburgenſem comitem & Rodolfum Habſpurgenſem exorto, Stellarij urbe pulſi: ſed pace facta restituti & à Petro Richenſtenio epiſcopo, Pſittacis reconciliati, ut pari numero in Senatum quotãnis legerentur. Poſteaquàm uerò an.1308. Albertus Imp. bello Baſilienſem epiſcopum petijt, ſimultates recruduere, ita ut Stellariorum principes Scholeri & Monachi exilio ſolum uertere cogerentur, uix XIV. post anno recepti.

Iudæi exacti an.1348. populo per ſeditionem in uitam & fortunas illorum ſæuiente, quòd pestilentiæ rei agerentur, ueneno infectis fontibus. Prope pontem in ripa Rheni, domo lignea extructa, multi ſimul exuſti.

Anno 1376. cùm Leopoldi Austriaci nobiles, cui oppignerata minor fuerat Baſilea ab Epiſcopo, per Bacchanalia hastiludijs ſeſe exercerent in area ſummi templi, & quidam de plebe læſi eſſent, populus correptis armis multos trucidauit. Seditioſi altero die ante curiam in foro ſecuri percuſsi. Locus is etiamnum hodie Lapidis calidi nomen retinet.

An.1528. religionis ergò diuiſi ciues. Anno ſeq. concionatorum præſertim Catholicorum intemperie, noui motus orti: ita ut plebs ipſo die Cinerum omnes statuas è templis tolleret: Canonici ſummi templi Friburgum Briſgoiæ abirent, nec obſcuri nominis ciues ſponte exilio ſolum uerterent.

PESTILENTIÆ.

Quò temperatior aer, eò pestilentiæ magis obnoxius, ita ut promptiſsimè uicina ſentiat contagia: tanta interim ſupremi numinis benignitate, ut nulla licet accuratiore custodia, aut ϖροφυλάξει & θεραπεία intercedente, ſuapte ſponte malum cedat: tanta uiciſsim incolarum & constantia & humanitate, ut infectos deſeruiſſe ſummi probri loco habeatur.

An.1502. altero post fœdus Heluetium, ingens urbem afflixit pestilentia.

An.1564. dira lues urbem inuaſit, ſupra quinq; millia utriuſq; ſexus abstulit. Cùm hyeme propter hypocaustorum uſum magis uideretur ſæuitura, Dei ope extincta est.

INCVRSVS HOSTILES.

Expeditiones.

An.917. ab Hunnis Rhenum depopulantibus urbs exusta. Fortaſsis etiã urbis rudimenta prius ſub Attila Rheni hoste.

Rodolfus Habſpurgenſis Comes contra Henricum III. epiſcopum bellum gerens, ciuitatem an.1273. arcta obſidione preſsit. Rex Rom. creatus pacem euangelij cauſa Baſilienſibus conceſsiſſe fertur.

An.1287. Petrus Richenstenius epiſcopus contra Comitem Mumpelgardenſem auxilijs Rodolfi Imp. fretus exercitum duxit.

Albertus

Albertus Imp. ægrè ferens Epiſcopum arcem Homburgenſem cum Liechſtallo oppido, quibus ipſe inhiabat, redemiſſe, cùm inueſtituram conferre recuſaret, an. 1308. bellum intulit Baſilienſibus. Quod tamen cæde Alberti ſopitum fuit.

An. 1374. Ioannes Baſil. epiſcopus, Burgundus ortu, ciuitatem obſedit, adſcito Leopoldo Auſtriæ duce, cui ſtipendiorum ergò minorem Baſileam oppignerauit.

Minor Baſilea Leopoldo Auſtriaco oppignerata ab epiſcopo Ioanne Burgundo, redempta à maiore Baſilea fuerat. Leopoldi uiduæ adminiſtratores, hūc bolum è faucibus ereptum indignè ferentes, an. 1409. arma ſumpſerunt. Pax tandē facta, uti arces, Iſtein, Rinfeldenſis & Steinecca, in ſumptus belli Baſilienſibus cederent. Iſteinam occupatam iam antè, ſui iuris inſuper factam exuſſerunt.

An. 1444. 26. Aug. Armeniaci Baſilienſe Concilium diſturbaturi, à Burcardo Monacho Auſtriacorum nomine exciti, Heluetiorum uirtute Saniacobea pugna territi, agrum uaſtauere, urbe etiam potituri, niſi Io. à Rot Conſul inſidias Gallorum, urbe egreſſos Baſilienſes, ut Heluetijs opem ferrent, intercludere cogitantium, præuidiſſet. Pugnæ Saniacobeæ is fuit exitus, ut MDC. Heluetij, XXX. millia Armeniacorū adorti, cæſis ſex millibus, ad internecionem deleti fuerint. Sunt qui XVI. domum reuerſos ſcribant, uix multis precibus à capitali ſupplicio in deſertores conſtituto liberari potuiſſe.

Albertus Auſtriæ dux Tigurinorum ope cōtra Baſilienſes Heluetijs confœderatos an. 1445. (cùm Frid. Imp. fruſtrà Concilium per Armeniacos turbare conatus eſſet) bellum mouit. Eo arx Rinfeldenſis à Baſilienſibus euerſa. Facta pace Frid. Imp. ampliß. priuilegijs urbem ornauit.

TERRÆMOTVS.

Hermannus Schedelius in Supplemento Speculi hiſt. Vincentij, Baſileā quaſi ſine baſi, ob frequentes terræmotus dictam nugatur.

An. 1346. Palatium & templi Summi pars terræmotu conuulſa.

An. 1356. 8. Octob. hora nona pomeridiana circiter LX. arces uicinæ corruere, urbs etiā miſerè afflicta. Templum cathedrale collapſum, à Io. Senno epiſcopo inſtauratum: publico decreto dominis ædium, ad ſarcienda damna, eorum quæ penderent dimidia pars remiſſa, hicq; Nouorum denariorum cenſus dicti. Hinc D. Lucæ dies non tam ater noſtris, quàm eleemoſynis in egenos diſtribuendis, eiuſce rei ergô inſtitutis, ſacer.

An. ſeq. menſe Maio iterum conuulſa. Iterum an. 1372.

An. 1416. 21. Iulij iterum. Rurſus an. 1428. 13. Decemb. Iterum an. 1533. 27. Decemb. Iterum an. 1535. 20. Ian.

INVNDATIONES.

Rhenus An. 1374. duos ordines pontis ſublicij euertit, totidem an. 1378.

An. 1424. 25. Iulij tres ordines. 1480. totidem.

Birſecus

Birſecus inundauit anno 1265. Secutum bellum inter Henricum Epiſcopum & Rodulfum Habſpurgium. Iterum anno 1378.
An. 1446. in foro piſcario ſex domos deiecit.
An. 1529. 14. Iunij: iterum an. ſeq. 4. Iulij. Bellum Heluetium inteſtinum ſucceßit.

INCENDIA.

An. 1258. magna urbis pars cum templo Cathedrali incendio abſumpta.
An. 1294. ultra DC. domus exuſtæ.
An. 1377. 26. Feb. forum Frumentariū: item eodem anno mons Spaleus incendium paſſus, initio facto ex ea domo, quam Cratander poſt ſua officina typographica illuſtrauit. In perpetuam rei memoriam hora octaua pomeridiana hyeme, nona æſtiua, campana pulſatur Igniaria, foci rectè cuſtodiendi index.
An. 1417. die D. Hulårico ſacra incendium iuxta Xenodochium excitatum CCC. domus uſq; ad D. Albanum abſorpſit, uento nimium ſecundo, cùm ciuitas recens poſt terræmotum ſcandulis tecta, & lignea eſſet magna ex parte.

HORARVM VARIETAS.

Cùm diem duodecim horis, noctem totidem diſcriminent, à meridie & media nocte exorſi, horarum tamen numero anticipant, ita ut prima ſit noſtris, quæ uicinis eſt duodecima. Id uulgus ad incertam hiſtoriam refert. Cùm coniurati quidam hora XII. noctis urbis inuadendæ conſiliū cepiſſent, & diuino numine horologia omnia hora una anticipaſſent, tanquam facinore detecto animis concidère, & à piſtorum pueris proditi pœnas dedere. Sed cordatiores has quoq; Concilij reliquias eſſe putant, quaſi patrum conuentum, horarum numerum anticipando, maturare uoluerint.

A BASILEÆ.

Baſileae Maioris *partium* Materia-lis *conſideratio.* CAP. III.

Qvemadmodvm *in Anatomia humani corporis alia eſt partiũ conſideratio, ſectionis praxi accõmodata, alia eiuſdem theoriæ (ſecundùm illam à partibus externis ad internas fit progreſſio: ſecũdum hanc uerò homogeneæ omnes in genere primò, deinde in ſpecie examinantur: Oſſa ſcilicet in genere & ſpecie: Muſculi itidem: Venæ & Arteriæ ſimiliter) ita quoq; in Baſilienſis urbis ueluti anatomia, Partium omniũ tum natiuam tum aduentitiam hiſtoriam in Diſpoſitione ſuprà enarrauimus: hîc uerò homogeniam, ſiue ut Hip. noſter loquitur, ὁμοιθνίαν cõſiderabimus, adeoq; ſpecies urbis Materiales, non topicè, ſed logicè, hoc eſt, ut inter ſe ſimiles ſunt uel diſſimiles, conſideremus. Sic igitur diuidi poterunt in*

- Res. *Vide ſignum aa.*
- Homines, *ſimiles inter ſe, ſeu Ciues, ſeu Alũni, ſeu Hoſpites, ſecundùm bona maláue*
  - Animi
    - Theorica. *Eruditi.*
    - Practica. *Pace belloq; in Rep. clari.*
    - Mechanica. *Artifices inſignes.*
  - Corporis. *An excellant*
    - Robore.
    - Forma.
  - Fortunæ. *Reſpectu*
    - Opum.
    - Honorũ: *tum*
      - Proprij.
      - Alieni. *Generis nobilitas.*
    - Amicitiæ & Inimicitiæ (
      - Publicæ. *Factiones.*
      - Priuatæ.

aa. Res

- aa. **Res cō ſideratæ reſpectu**
  - Terrę, *ſunt uel*
    - Loca *deſtinata uſibus*
      - Sacris:
        - Templa.
        - Cœnobia.
      - Profanis, *ſiue locent*
        - Homines. *Vide ſignum bb.*
        - Res *quaſuis alias. Tum*
          - Animalia: *ut*
            - Stabula *Equorum.*
            - Viuaria *Ceruorum.*
          - Inanimata:
            - Bibliothecæ.
            - Fora *rerum uenaliū.*
            - Horrea *publica.*
            - Labra *fontium.*
            - Portus *ſeu Statio.*
            - Cloacæ.
            - Aeraria. *Armamentaria.*
    - Locata, *tum*
      - Inanimata: *ut ſunt*
        - Ædificia.
        - Picturæ, *Statuæ, Imagines.*
        - Inſcriptiones.
      - Animata
        - Vegetantia. *Arbores.*
        - Animalia, *Bruta.*
  - Aquæ. LOCA & *Locata Aquea.*

- hh. Loca homines locant alia
  - Viuos cauſa cōmoditatis alicuius quoad
    - Animum uel
      - Theoricæ, *Gymnaſium.*
      - Practicæ, *Prætorium.*
      - Mechanicæ, *Officinæ uariæ.*
    - Corpus: *ut cauſa*
      - Motus:
        - Plateæ.
        - Deambulacra.
        - Pontes.
        - Portæ.
      - Defenſionis cōtra
        - Tēpeſtates,
          - Baſilicæ.
          - Domus
            - Publicæ, *Tribuum.*
            - Priuatæ.
        - Hoſtes:
          - Mœnia. Foſſæ.
          - Propugnacula.
          - Turres.
      - Habitationis & *Nutritionis*, Hoſpitia
        - Mercenaria. *Cauponæ.*
        - Gratuita, *cauſa*
          - Religioſa. *Peregrinorũ Xenodochia.*
          - Profana
            - Noſocomia.
            - Ptochodochia.
      - Cultus: *ut* Balnea.
      - Supplicij, *ut* Carceres, Golgatha.
    - Fortunas: *ut ſunt* Areæ, Aſyla.
  - Mortuos.
    - Cœmiteria.
    - Sepulcra.

TEMPLA.

ALIA TEMPLA

CHRISTIANORVM:

D. Mariæ Virginis, *in fundamentis arcis euerſæ, ab incolis ſub* Henrico I. *ædificari cœptũ. Quod cùm terræmotu ob* Rheni *uiciniam grauius concuſſum eſſet, ab* Henrico II. *reparatum. Senſim turres geminæ additæ, maior* D. Georgio, *minor* D. Martino *ſacra, anno uix demum* 1490. *abſoluta. Quidam hîc* Robur *ſeu* Burgum Valentiniani *fuiſſe uolunt, cùm & ex antiquis diplomatis & etiamnum hodie* vff Burg *uocetur.*

D. Huldrici.

D. Martini. *Extructum an.* 1287. *Reparatum à terræmotu an.* 1356. *unà cum ſcalis* D. Vrſulæ, *quæ tunc primùm ex ſecto lapide ſunt factæ.*

D. Elizabethæ.

D. Petri *baſilica,* Parochia *olim.* An. 1233. *collegio Canonicorum ornata.*

D. Antonij.

D. Andreæ, *antiquiſſimum.*

D. Brandolfi, *prope* Floris *hoſpitium, in priuatam domum conuerſum.*

IVDÆORVM *olim* Synagoga. *Iis expulſis in priuatam domum abijt prope domum* Negociatorum, *in foro* Boario.

MONASTERIA.

VIRORVM:

D. Albani, *Parochia primùm. Inde à* Burcardo *Epiſcopo an.* 1083. *Benedictinis* Cluniacenſib. *datus locus, à* Chunonia *turri uſq; ad portam* Brigidæ, *proprijs mœnibus & foſſa cinctus hinc uſq; ad* Byrſam *fl. Ei quem conſtituerent parocho animarum cura, in urbe cis* Birſecum *habitãtium, commiſſa, iuriſdictio item ciuilis data, exceptis criminalibus. Vix tandem an.* 1383. *ius prætorium ciuitati ceſſere.*

D. Leonhardi, *arx olim* Vuldeck im Leimthal *dicta. Eius aream baliſtarijs ciuium ludis dicatam* Ezelinus Diaconus, *tẽpli ſummi* Præpoſitus, *à* Rodolfo *Epiſcopo an.* 1002. *obtinuit, templum* D. Leonardo *parrochiale erexit.* An. 1135. *Adelbero Epiſcopus canonicos* Regulares D. Auguſtini *introduxit, adeoq; arcem in cœnobium commutauit.*

D. Auguſtini, *an.* 1276. *extructum à* R. *pub.*

Minoritarum, *an.* 1274. *ab* Henrico III. *Epiſcopo cœptum, ab* Henrico IV. *ampliatum.*

Prædicatorum, *an.* 1233. *ortum.*

Teutonicorum *militum ad portam* Chunoniam.

D. Ioannis *Hoſpitalariorum, à canonico quodam* Lichſtallero *extructum, an.* 1398. *mœnib. nouis magna pecuniæ ui data comprehenſum.*

MVLIERVM:

Vallis *gratioſæ, ordinis* D. Claræ.

Ad Lapides *dictum propter ſilicum,* Birſeci *torrentis impetu illatorum, copiam.* Moniales *de* D. Magdalenæ *pœnitentia. Ortus incertus. À* Rodolfo *comite* Habſpurgio, Conradi *Cæſaris partes ſequentis,* Epiſcopi Baſilienſis *odio, qui* Pp. *fauebat, noctu incenſum, an.* 1253. *Reparatum põſt ab* Arnoldo *de* Blatzheim.

SCHOLÆ.

ACROAMATICÆ *tum*
Maiores & Academicæ. *Collegium*
Superius Auguſtinianum, olim Cœnobium.
Inferius, olim priuata domus nobilium Scalariorum ſiue Scholerorum, deinde Iacobi Zibolij Trib. pl. Eius nurus cœnobium ingreſſa locũ hunc uendidit Reip. circa an. 1435.
Minores. *Ad*
Summum templum
D. Petrum.
EXOTERICÆ, *linguæ uernaculæ, tum*
Puerorum *ad Minoritas.*
Puellarum *ad D. Martinum.*

CVRIÆ.

Vetus *ad eam turrim, quæ hodie Salis horreum eſt. Viſuntur illic adhuc ædes priuatæ ſolido ſaxo conſtructæ, è regione D. Brandulfi.*
Nouæ *duæ in foro Frumentario:*
Altera quidem domus Pauonina hodie dicta, an. 1330. Cui rei etiamnum Numellæ maleficorum appenſæ & Area ſubhaſtationis atteſtatur.
Altera uerò olim Vualdenburga dicta, monialib. Klingenthalenſibus dono data, à magiſtratu redempta, & è fundamentis è ſecto lapide ædificata, an. 1508. in curiam conuerſa.

VICI Mechanicorum: ut

Laniorum, *Mons fœni.*
Piſcatorum, *Suburbium D. Ioannis.*
Coriariorum, *Platea coriaria.*
Mercatorum, *Platea libera.*

PLATEÆ.

Plateæ conſiderantur duplici ratione. Altera
PER SE, *ut ſunt ἀγυιαὶ, hoc eſt uiæ, pleræq; ſpacioſæ, parum directæ tamen, quòd ſenſim & pro libitu cuiuſq; ſparſim primùm ædificari domus cœperint. Sunt autem aliæ*
Principes. *A porta*
Rheni *uel*
Siniſtro aſcenſu, in aream Summi templi, hinc ad portam Albanam.
Medio progreſſu per plateam Ferri in forum Frumentarium.
Dextra declinatione in Piſcarium forum.
D. Albani *è ſuburbio uel*
Recta per aream ſummi Templi ad portam Rheni.
Siniſtra deſcendendo per plateã Venti in plateam Liberã, hinc in Frumentariũ.
Cinerea *è ſuburbio per plateam Liberam in frumentarium.*
Lapidea, *è ſuburbio per aream Minoritanam, & inde uel*
Dextra per plateam Pugnæ in Liberam.

Siniſtra & recta per plateam Coriariorum in forum Boarium, hinc in Frumentarium.

Spalea, è ſuburbio per cliuum Spalenſem uel

Siniſtra ad D.Petrum.

Recta ad forum uel

Piſcatorium.

Frumentarium.

D.Ioannis è ſuburbio uel

Dextra ad D.Petrum.

Recta ad turrim Salis. Hinc per Piſcatorium ad portam

Rheni, ſiniſtra.

Spaleam, dextra.

Non principes multæ. Angiportus uarij. Item iuxta ripam Rheni olim à portu uſq; ad D.Albanum, molitoribus uſitata, nunc Rheni alluuione deleta.

PER ACCIDENS, ob decliuitatem, Montes uulgò dicuntur, hoc eſt, decliues ad ſubiectum alueum deſcenſus, alij

Orientales:

S.Albansberg.

Munſterberg. Auguſtinerberg.

Sprung.

S.Martins ſtegen.

S.Martins geßlin.

Occidentales:

Steinenberg.

Kolenberg, Carbonarius, quòd illic carbonarij habitarent olim, cùm loca ſuburbana nondum exculta eſſent.

S.Lienhards berg.

Heuuberg, nobilitatus incendio anno 1377.

Spalenberg.

Nodelberg.

S.Petersberg.

Imbergeßlin.

Todtengeßlin, nobilitatus terræmotu & incendio, anno 1356. oppreßis illic multis mortalibus in montem aſcendere properantibus.

DEAMBVLACRA.

Intra urbem,

Pomœria interiora.

Areæ pleræq;, præſertim Mariana, proſpectu ad Rhenum liberrimo & excelſo amœnißima. S.itidem Petri lucus, & Pons Rheni. Quæ tria Tempe Baſilienſia P.Ramus præceptor & hoſpes noſter appellare conſueuerat.

Extra

Extra *urbem, qui delectantur*

Syluis & fontibus, uicinam habent ſyluam Rauracam *ad* Meridiem, *die* Hard, *ad* Rheni *&* Byrſæ *ripas.*

Pratis, ad Occidentem Bombardariorum *pratum.*

P O N T E S.

Intra *muros*

Rheni *unus, ſublicius totus. Sed fulcra partim lignea, partim lapidea. Ordines ligneorum ſex, lapideorum quinq; (ex ijs quidam* Rhenometræ *uices ſupplent, inundationis* Rheno *ui-cinorum agrorum iudices) uerſus* Germanicam *ripam.*

Byrſeci *plures. Alij quidem*

Separati *ab ſtructuris alijs, utputa*

Lapidei duo,

Ad fontem Steblinum *unus.*

Suſpirioſus, beym Sünffzen, *alter.*

Lignei totidem: nempe

Lapidarius, Steinenbruck.

Alutarius, Vuyſſebruck.

Coniuncti *ſtructuris reliquis, tum*

Sublicis. Sic in macello pons Victimarius, *die* Schlachtbruck.

Fornicibus: ut in

Area Minoritarum.

Domo Negotiatorum.

Area frumentaria.

Area piſcatorum.

Extra *muros urbis, Pons* Byrſæ.

P O N T I C V L I.

Supra alueum

Natiuum Birſeci

Lignei duo: ſcilicet

Lapidarius, Steinenſteg.

Textorius, Vueberſteg.

Lapidei duo: alter

Cataractarum, Brücklin *beim* Schutzgatteren.

Lapidarius, Steinenbrücklin.

Artificialem *tum*

Byrſulæ

Intra muros unus, prope molas Chartarias.

Extra muros lapideus.

Byrſeculi. Huius ponticuli

Priuati plurimi, cùm ferè domos ſubterlabatur.

publici

Publici multi:utputa

Molitorius,ad Lapides.

Carbonarius,am Kolenberg.

Leonhardi cliuo.

Canalius,bym Kenel.

Rumelius,by Rumelins Mulin.

*Omentarius,*Kuttelbruck.

PORTÆ VRBIS.

VETERIS Interiores

Principes,*nimirū* D.Albani,*Chunonis dicta,Cinerea,Lapidea,Spalea(quæ Egolphi turris dicta uidetur)* S.Crucis, *Rhenana gemina, ſemper aperta: quarum ſingulæ ad has uel illas orbis partes,regiónes,populos,tanquam radij à centro protenduntur.* Oportet *enim urbem totam ueluti centrum imaginari, à quo uiæ portarum principum tanquam radij progrediantur.*

Non *principes,altera ex cœmiterio*

D.*Leonardi.*

D.*Petri.*

NOVÆ *exteriores tum*

Principes

D.*Albani.*

Cinerea.

Lapidea,à monaſterio uicino, item Caſtrenſis,*das* Heresthor,*fortaßis ob caſtra* Rodolfi Habſpurgij.

Spalea.

D.*Ioannis.*

Non *principes,adiunctæ principibus,ad noctu uel emittendos uel intromittendos nuntios.*

DOMVS VRBANÆ.

PVBLICÆ,*ſiue inſeruiant*

Omnibus *ciuibus:ut*

Domus Negotiatorum.

*Domus Muſcata,Stellariorum factionis andrion olim.*Conclaue illic Cardinalium in Concilio,quando Felix V.Pp.*deſignatus fuit.*

Tribubus *ſingulis,*Andria *ciuium.*

PRIVATÆ,*nobilitatæ uel*

Structura.

Amœnitate *proſpectus.* Vt *pleræq;, quæ* Rheno *imminent tanquam arces: ſed & quæ in aduerſo cliuo* Petrino *exurgūt.* Proinde G.*Bruſchius* Arcem Oporinianam *appellare conſueuerat.*

Picturis.*In area frumentaria angularis domus,*L.*Munatij* Planci *elogio celebris: item* Ioannis *à* Crozingen *pictoris caſu, qui Zaleuci* Locrenſis *imitatione,ut emblema illud,* Homo bulla,*ſua morte ſanciret,peſte correptus,domum abiens expirauit.*

Inhabitatoribus:

Iudæorum ſchola prope domum Negociatorum,*nomen adhuc retinet.*

Eraſmi Roterodami *morte domus* Ventoſa *celebris.*

MOENIA.

VETERA & Interiora *ſolidiſſima,craſſiſſima,è ſaxo, urbem ambiut perpetuo circuitu à Chunonis porta uſq; ad portam* S.Crucis.*In ripa* Rheni *nulla.*

NOVA,& Exteriora, *ſuburbijs ad* Rhenum *uſq;, per duo* M.*paſſuum,*XII.*an. ſpacio,circumducta,an.*1384.*occaſione* Anglorum, *qui poſt pacem* Bretigniacam *cum* Gallis *initam, duce* Coſtinio *ſupra* XXC.*millia à* Leopoldo Auſtriaco *contra* Heluetios *exciti, in has ſeſe regiones effuderant. Ante paucos annos turrib. quibuſdam demolitis ſex* Propugnacula *è lapide,*Vallum *unum,oportunis locis addita.*

FOSSÆ POMOERII

Interioris *ſiccæ,nunc in uſus hortorum & cloacarum priuatis conceſſæ. Quarum murus exterior cippis* Iudæorum,*Hebraicas inſcriptiones adhuc ſeruantibus,conſtratus eſt.*

Exterioris *profundæ,ceruorum uiuarijs ornatæ.*

TVRRES.

LIBERÆ *nullæ.*

CONIVNCTÆ.

Mœnijs Vrbis *tum*

Veteris,*hodie partim*

Publicæ,*uel*

Cuſtodijs dicatæ.De quib.ſub Carceribus.

Salis horreo ad portam Rheni.

Priuatæ,*in cloacas conuerſæ.*

Nouæ, *numero* XLI. *olim, & inter eas eminentiſſima ſpecula, ad portam* Lapideam, Vuog den Halß *uulgò dicta,in cuius locum ſucceſſit propugnaculum.*Notatu digna & *illa inter portam* S.Albani *et* Cinerum,*quæ puluere pyrico anno* 1526.13.Kl.Octob. *fulmine cœlitus incenſo conflagrauit,& lupanar uicinum diſiecit.*

Templis & Cœnobijs.*Eximiæ duæ ſummi templi,*Georgiana & Martiniana.

PROPVGNACVLA inter

Cineream & Lapideam *duo.*

Lapideam & Spaleam *duo.*

Spaleam & D.Ioannis *duo,unum terreum uallum,alterum lapideum.*

DIVERSORIA, Cauponæ.

Nobilia *hoſpitia,quæ abſq; magiſtratus permiſſu nec inſtitui nec antiquari poſſunt, ſic ut dominus illorum cauponam uel inuitus facere cogatur,præcipua*

Suburbiorum,*Cerui,Corui,Bouis.*

Vrbis,*Coronæ,Cupæ,Floris,Ciconiæ,Syluestris,Roſtri.*

Ignobilia *multa.*

LOCA Pauperum urbis pro

ÆGRIS *tum*

Intra *urbem*. *Prope* Minoritas, No*ſocomium*.

Extra *urbem*. D. Iacobi, *pro leproſis*.

SANIS *tum*

Peregrinantibus

Recipiendis, in Monte Carbonario.

Hoſpitandis. Xenodochiũ *ad* D. Petrum. D. Michaelis *ſacellum à* Conrado *zum* Haupt *peregrinis religioſis excipiendis dicatum. Multo antè à Monachorum familia poſſidebatur, in qua* Albertum Auſtriacum Imp. Otho Grandiſonenſis *epiſcopus* Baſilienſis *an.* 1307. *quòd* Varnſpurgij *inueſtituram conferre nollet, confoſſurus erat, niſi* Hugonis Ad *ſolem ſtratagemate fuiſſet eluſus.*

Inquilinis. *apud*

Minoritas.

Prædicatores.

BALNEA.

Loca *certa, ut cauponis ſic quoq; balneis deſtinata, temere mutari non poſſunt. Concilij tēpore, cùm prius promiſcuè uiri & mulieres lauarent, uirilia balnea à mulicbribus diſtingui cœpere.*

CARCERES delictis dicati

Leuioribus, *tum*

Immodeſtiæ: *Stupidorum carcer, ex aduerſo Aſinariæ turris: magno conſilio, ut extremi ſupplicij metu ab immodeſtia ſibi in poſterum temperent. Ex immodeſtia enim flagitia.*

Æris *alieni*, Porta Rheni.

Grauioribus, *tum*

Non *capitalibus*. Nimirum

Porta interior

Albana.

Cinerea.

Spalea. In qua carcer elegãtior, Andreæ *Archiepiſcopi* Carnēſis *ſuſpēdio nobilitatus.*

Turris Aquea *prope* Lapideam *interiorem, maritis uxores inhoneſtè tractantib. potiſſimùm dicata.*

Capitalibus. *Porta interior* Lapidum. *Turrim* Aſinariam *uocant*, Eſelthurn, *uel ab* Aſinis *carbones ex uicino cliuo carbonario deferentibus, uel ab* Ezelino *Diacono* Leonardini *templi auctore.*

LOCA SVPPLICIORVM ET IGNOMINIÆ ALIA

INTRA *urbem. In area* Frumentaria, *locus editus, cum numellis ferreis, quibus colla improborum, ſed extra crimen capitale, innectuntur. Lapidem uocant calidum, quòd illic olim multi ciuium, mota contra* Leopoldum Auſtriacum *ſeditione, ſecuri ſint percuſſi. Item ad* Rheni *pontem, ubi nunc portus eſt,* Iudæi *in lignea domo exuſti, an. ſal.* 1348.

EXTRA *urbem, tum ante portam*

Albanam, *Patibulum & Rota.*

Lapideam, *Gladij locus & Ignis.*

Spaleam, *Virgarum & Relegationis.*

Rheni, *in ipſo ponte Foramē, per quod in flumen præcipites noxij, impudicæ præſertim, ſed ultra quàm deceat raris exemplis, deturbari conſueuerūt. Quod cum cachinno Italus quidam non ita pridem ſuggillauit, O beſtias, exclamans, apud quos Amorem Deorum antiquiſsimum ſequi flagitioſum habetur.*

AREÆ ALIÆ

PVBLICÆ, *tum*

Sacræ, *cauſa*

Viuorum. *Summum templum habet duas: alteram*

Maiorem, tilijs conſitam.

Minorem, proſpectu Rheni amœniſsimam, tilia maximè patula inſignem.

Mortuorum. *De his in Cœmiterijs.*

Profanæ: *tum*

Fori

Piſcatorij.

Frumentarij.

Lignarij, olim Cœmiterium Minorum.

Luci D. Petri. Vicinum olim Iudæorum Cœmiterium.

PRIVATÆ *plurimæ intra domos, ut amplam urbem potius quàm uaſtam reddant.*

ASYLA.

Huic uſui quondam Cœnobia inſeruiebant, & in primis domus equitum Hieroſolymitanorū D. Ioannis, & Teutonicorum. Hodie libertas ea antiquata: ſed tamen ciuibus peculiari priuilegio datum, ne qui, niſi capitalium facinorum rei, è domib. ſuis extrahi queant.

COEMITERIA

CHRISTIANORVM *adiuncta*

Templis:

Summo.

D. Martini.

D. Petri.

D. Elizabethæ, pro facinoroſis, qui capite plectuntur.

Monaſterijs:

D. Leonardi

Prædicatorum, pro peregrinis, tilijs conſitum.

D. Albani.

D. Ioannis.

IVDÆORVM, *ſiue Lucus ipſe Petrinus hodie dictus, ſiue area, in qua domus Martia extructa fuit, Iudæis pulſis.*

SEPVL-

SEPVLCRA Priuata

SVMMI *Templi:*

Annæ *reginæ, Rodulfi Habſpurgij Imp. uxoris, an. 1281. cum Carolo F. in chori ambitu.*

Epiſcoporũ *Baſilienſium aliquot. Inter eos Henrici Neoburgenſis comitis bello cõtra Rodolfum Habſpurgium geſto nobilis: item Petri Richenſtenij, Ioannis Senni, Io. Veningenſis, Io. Fleckenſtein, Friderici Zerinij, Arnoldi Rotbergij.*

Georgij *ab Andlouu Canonici, primi Rectoris Academiæ. An. 1466.*

Ezelini *Diaconi. Hîc iacet arte Plato, Cato uita, Tullius ore: Vermes corpus alit, ſpiritus aſtra colit.*

Eraſmi *Roterodami marmoreum.*

Cælij *Secundi Curionis, & Auguſtini filij.*

Ioan. *Oecolampadij,* Simonis *Grynæi,* Iacobi *Meyeri Coſs. contigua.*

Martini *Borrhai.* Huld. *Iſelij I.C.* Seb. *Munſteri.*

Seb. *Caſtellionis.* Philippi *Becchij medici.* Ioan. *Hoſpiniani philoſophi.*

Hier. *Frobenij marmoreum.* Mich. *Iſingrinij.* Ioan. *Oporini.*

D. MARTINI:

Nicolai *Irmij polemarchi Heluetiorum ſub Henrico II.*

Ioan. *Huberi Medici.* Bernardi *Stehelij equitis.*

Seuerini *Ertzbergij Theologi.*

D. PETRI:

Ioan. *Frobenij typographi.* Nic. *Epiſcopij ſenioris marmoreũ.* Nic. *Epiſcopij iunioris.*

Elizabethæ *Heruagiæ, Oporini uxoris.*

Elizabethæ *Beieræ, Samuelis Grinæi uxoris.*

Marci *Perezij Antuerpienſis.* Iacobi *Rudini Trib. Pl.*

Andreæ *Petri Perufini medici feliciſsimi.* Pauli *de Collis Mantuani.*

Lud. *Carini.* Rachelis *Heruagiæ.*

D. LEONARDI:

Conr. *Lycoſthenis.* Marci *Berſij Theologi.*

MINORITARVM:

Adami *Petri typographi.*

PRÆDICATORVM:

Ioan. *Cononis, B. Rhenani præceptoris in utraq; lingua.*

Ioan. *Petri typographi,* Io. *Frobenij patroni.*

LAPIDVM:

Vice dominorum *familiæ, qui nullis dum Conſulibus & Tribunis exiſtentibus Epiſcopi loco ciuitati uidentur præfuiſſe: cui muneri etiamnum hodie cenſus quidã debentur. Tranſijt inde officij nomen in familiam.*

Vuerneri *Vuolflij primi Medicorum Baſilienſium Decurionis.*

STABVLA Publica.

Cœnobio *Lapidum adiunctum Stabulum equorum.*

VIVARIA Publica.

Cerui *in foſſis exterioribus à porta* D.Ioannis *ad Lapideam uſq; aluntur.*

BIBLIOTHECÆ

VETERES:

Summi templi.

D.*Leonardi.*

D.*Petri.*

Prædicatorum, à Ioan.*de Raguſio epiſcopo Argenſe, quem* Felix V. *Cardinalem fecit, lo-cupletata manuſcriptis codicibus græcis.*

NOVA *Academiæ, ex reliquarum conflata ruinis.*

FORA.

Lignorum *&* Vini, *Minoritana area, cœmiterium ante paucos annos.*

Frumenti, *olerum, fructuum.* Id *olim in area ſummi templi erat.* Tempore Concilij *in uicum* Minoritarum, *ſubinde ad Archiuum translatum, ut propterea* Principale *etiam dici queat.*

Boum. *Boarium olim,* Der Rindermackt, *nunc nomen ſolum.*

Piſcium.

Carnium. *Macellum,* Schol *uulgò, uoce Germanis inuſitata. Quidam à* Scholeris *no bilibus, qui fornicem illum* Birſeco *impoſuerint. Alij à* Schalis, *hoc eſt, lancibus car narijs, cùm in antiquis diplomatis die* Fleiſch ſchalen *appellentur. Hinc iocus cu-iuſdam:* Baſileæ *nec carnes in macello uenundari, nec panes in priuatis domibus reperiri: quòd non uoce cæteris Germanis uſitata* Metzge, *ſed* Schola *appelletur: panibus uerò à forma priuatim nomina indentur* Cuneorum *&* Liborum, Vue-cken vnd Leib.

Panis. *Artopolium geminum, Superius in foro* Boario, *Inferius prope* Andrion Nobi *lium hybernum.*

HORREA publica Vini & Frumenti, locis

Sacris, *Templorum & Cœnobiorum.*

Profanis. *Vt prope*

Collegium inferius.

Aream D.Petri, *an.* 1438. *extructa in ruinis cœmiterij* Iudæorum.

LABRA Fontium

PVBLICA *pleraq; ex lapide, in*

Suburbijs D.*Albani unus,* Cinereo *duo,* Lapidum *unus,* Spaleo *unus,* D.Ioannis *duo.*

Vrbanis

Arcis, *Summi templi,* Minoritarum, *Fori frumentarij, Fori piſcatorij duo,* D.Petri *duo, ſed lignea.*

Plateis. *In* D.*Albani cliuo, ad* Lapides, *in cliuo* Fœni, Acus, D.Petri, Martiniano, D. Vrbani, Coriariorum.

PRIVATA

PRIVATA innumera, aquæ deriuatione uel è publicis caſtellis uel etiam è priuatis.

ARMAMENTARIVM

Ad D. Petri aream, extructum an. 1438. qui decimus erat Concilij. Martia domus P. Ramo dicitur.

ÆDIFICIA.

Turris geminæ Marinianæ opus ſpectatu dignum, ob altitudinem.
Cloacæ urbis ut non ſtructuræ magnificentia, frequentia ſaltem obſeruatu dignæ, in Rhenum & Birſecum deſinentes, quibus ſuſpenditur & quodammodo ſubternauigabilis urbs redditur, ut olim Roma.

ARBORES.

Tilia patula in minore area Summi templi.
Tiliæ frequentes & proceræ tum in maiore area eiuſdem, tum in D. Petri area ad CL.
Quercus patula, ſtupenda, in campo Martio, pilis in orbem ſuffulta. Sub ea Friderico III. & Maximiliano F. an. 1472. publicum epulum datum.

PICTVRÆ raræ.

Domus priuata in platea Ferri, Choream ruſticam exhibet, à Ioan. Holbenio XL. florenorum ſtipendio depicta.
Curia pulcerrimis picturis illuſtrata, Holbeini opus.
Chorea mortuorum ad Prædicatores, cum effigie Oecolampadij concionantis.
Gigas ad portam Pontis minorem.

STATVÆ rariores:

In ſummi templi turribus Henricus II. & Cunigundis uxor, ſpectantur.
Inferius ad portas laterales D. Georgij & Martini: porta media incertæ.
Rodolfi Habſpurgenſis ſedentis, in Burſa leonina.
Chunonis cuiuſdam molitoris, ut aiunt, ſupra portā Chunoniam, qui laquei ſupplicium extructione turris redemerit.
Pythagoreum ſymbolum, labra anulo clauſa, aures habens patulas, à Conr. Lycoſthene, dū diaconi Leonardini domus reficitur, inuentum, & muro inſertum.

PORTVS

Ad pontem Rheni ſtatio nauis unius capax.

INSCRIPTIONES.

PVBLICÆ

Ædificiorum aliquot Germanicæ, ſub quibus Coſ. Tribunis & Ædilibus extructa.
Inundationis Birſeci in ipſo Pretorio.

L. Munatij *Planci Auguſtæ inſtauratoris, à* B. *Rhenano conſcripta, ad domum Pauoniam.*

Choreæ *mortuorum ad Prædicatores.*

PRIVATAE *Sepulcrorum*

Iudæorum, *interioris foſſæ muris inſtratæ, miſerrimæ gentis exitij miſeræ reliquiæ.*

Duo cippi integri in Prædicatorum cœnobio ſeruantur, unus in Io. Lucæ Iſelij domo.

Chriſtianorum, *eorundem ſepulcris paulo antè commemoratis inciſæ.*

LOCA & LOCATA AQVEA in genere.

FLVMINA *alia urbem*

Interluunt, *tria. Sic namq;*

Naturâ *Byrſecus ex monte Blauio, qui Iuræ brachium eſt, ortus, per Limoſam uallẽ torrente impetu delapſus, mediã urbem ſecat, ſuoq; alueo uallem quodammodo efficit, cliuo utrinq; molliter aſſurgente, ad Occidentẽ & Orientem, & prope pontem in Rhenum exoneratur.*

Arte *deducuntur brachia duo: alterum è*

Byrſa *ad D. Albanũ, molis chartaceis & lignorũ deductioni inſeruiens. Byrſula.*

Birſeco, *ad Lapideam portam, molis frumentarijs, olearijs, aromatarijs, & armarijs, ablutioni itidem urbis commodans. Birſecus minor.*

Alluit, *tum*

Rhenus, *maiorem urbem minori medio ponte coniungens. Oritur è Rhætorum mõtibus, & alueo certo adſtrictus, ueluti ſponſus maiorem urbem cum ampliſsima & profundiſsima undarum parapherna complectitur. Vrbis pulcherrimæ complexu tanquàm maritus factus, ſtatim ubi mœnia reliquit, in plures alueos diducitur, inſigniterq; luxuriat. Piſcibus abundat, Salmone inprimis.*

Byrſa, *materiæ fabrili & incendiariæ & uinitoriæ plurimum conferens, ex monte Iura oritur, ſexto miliari ab urbe. Ad eius fontes mons perfoſſus, uallem Grandem & uallem S. Himerij committit, Pierre port dictus, cum inſcriptione, Auguſtorum numini à C. Paterio uel Paterno conſecrata. An. 1444. Heluetiorum DC. ab Armeniacis cæſorum: an. 1499. 22. Iulij Sueuorum ab Heluetijs uictorum ſtrage nobilitata.*

PISCINA *Bombardariorum extra portam Spaleam. Ex ea riuus in urbem deductus, ſordes platearum Occidentalis cliui abluit, quin & incendijs reſtinguendis inſeruit.*

FONTES *innumeri, alij quidem*

Natiui, *perennes, ſapidiſsimi, ſaluberrimi:*

D Albani *cliuo.* Ad *Lapideum ponticulum.*

Ad *Lapides.* Coriarius. Frumentarius. Im *Lochlin.* Vuolfardi *ſeu Gundelsheimenſis.*

Fori *piſcatorij.* D. Brandulfi *ad Florem.*

Peregrini, *ex ſuburbanis locis per tubos ligneos in urbem ſub terra conducti.*

VIRI CLARI, SIVE CIues, ſiue Inquilini: uel

Literis.

Poſt inſtitutam à Pio II. Pp. Academiam, ſenſim literæ florere cœperunt, ita tamen ut ſuam infantiam & pueritiam prius quàm iuuentutem aut uirilitatem ingreſſæ, plus inquilinis quàm indigenis debere uideantur, quorum uel publicè in Academia, uel priuatim in typographia cultum ſunt expertæ: Vtputa Io. Oecolampadio Vuinſpergenſi, Paulo Conſtantino Phrygioni, Seb. Munſtero Ingelheimenſi, Simoni Grineo, Oſuualdo Myconio Lucernati, Martino Borhao Stutgardiano in Theologia: Claudio Cãtiunculæ, Huld. Zaſio iuniori in Iuriſprudentia: Theophraſto Paracelſo Eremitæ, Albano Torino Vitodurano, Hier. Gemuſæo Mülhuſano in Medicina: Hen. Glareano, Hermanno Buſchio, Cælio Secundo Curioni Italo, Sebaſtiano Caſtellioni Allobrogi, Ioan. Hoſpiniano Steinano, in Philoſophia & literis humanioribus. Inter indigenas eum meretur locum Bonifacius Amerbachius I. C. uel ipſius Eraſmi, acerrimi ingeniorum cenſoris, qui aureum os Amerbachij appellare conſueuerat, teſtimonio, ut qui primas non tam temporis, quàm uirtutis & eruditionis prærogatiua occupauit, ad ſecundas ſedes non niſi excellenti ingenio & ſingulari induſtria præditos porrò uideatur admiſſurus. Reliquorum, qui etiamnum uiuunt, quanto iucundior eſt conuerſatio, tantò operoſior laudatio, ne uel modeſtia æmulationis, uel abundantia adulationis ſuſpicionem aliquam pariat.

Artibus Mechanicis.

TYPOGRAPHICI Heroes: Bernardus Richelius an. 1478. Michael Vuinsler, Nicolaus Keßler. Ioan. Amerbachius quatuor Eccleſiæ Doctorum impreſſor terſißimus. Ioan. Petri, Ioan. & Hier. Frobenij, Nic. Epiſcopij, Ioan. Bebelius, Ioan. Vualderus, Ioan. Cratander, Robertus Vuinter, Michael Iſingrinius, Ioan. Heruagij, Nic. Brillingerus, Balthaſar Laſius, Lud. Lucius, Thomas Platerus, & Qui cithara ſolus Delphinas traxit Arion, operoſus ille Ioan. Oporinus. Viuos etiamnum prætereo.

CHARTARII. Antonius quidam Hiſpanus è Gallicia oriundus, uel primus, uel ſaltem inter primos Baſileæ artem Chartariam exercuit, circa an. 1470. Vnde familia Galliciorum.

Armis.

Nec tu, ſi Athenienſis eſſes, neq; ego, ſi Seriphius, unquàm claruiſſemus, piſcatori conuicianti reſpondit Themiſtocles. Vſus ipſe non magis ingenerat, quàm excitat uirtutis occulta ſemina. Proinde ſub Epiſcopi imperio non magnas rerum gerendarum occaſiones habuere Baſilienſes, aut ſaltem contra eos hoſtes, quos uel ſuſtinuiſſe ſaltem, nedum repuliſſe, ſatis fuit. Frequentia alioqui nobilitatis, rei militaris ſtudium populare fuiſſe arguit.

Ioan. Rot Conſul, Heluetijs ad S. Iacobum contra Armeniacos pugnantibus, cùm ciues ſuos ijſdem opem laturos, nulla ratione à temerario incœpto reuocare poſſet, inſidijs hoſtiũ, urbem cum equitatu occupare conantium, detectis, inuerſa acie ſuos reduxit, ut meritò pater patriæ appellari queat.

Amandus Seeuoglius cùm fruſtra Heluetijs Reip. nomine perſuadere conaretur, ne Byrſam

ſuperarent, aditu in urbem ab Armeniacis *iam præoccupato : illi uerò hanc à forti uiro alienam uocem eſſe dicerent: At prudentis & amici hanc uiri uocem fuiſſe, reipſa oſtendam, inquit: & in medios hoſtium cuneos irrumpens, fortiter pugnando concidit.*

Burcardus *Monachus de* Landscron, *qui arcem* Landeſere *ab* Auſtriacis *pignoris nomine tenebat,* Armeniacorum *ductor, cùm equum in cæſorum* Heluetiorum *ſanguine ablueret, & aperta caßide,* Hoc pluſquàm roſeum balneum eſſe *exclamaret, à ſeminece* Heluetio *ſaxo in fronte percuſſus interijt,* Nuvuenburgi *ſepultus.*

Dignitate ſacra.

Pantalus *an. ſal.* 235. *primus* Epiſcopus Rauricenſis *fuiſſe perhibetur,* Comes D. Vrſulæ *cum* XI. M. *uirginum* Romam *uſq; & martyrij ſocius.*

Iuſtinianus *an.* 347. Rauricenſis *epiſcopus in ſynodo* Colonienſi.

Adelphius *an.* 514. Aurelianenſi *Concilio interfuit.*

I. Vualanus *primus epiſcopus* Baſilienſis *dici uoluit, an.* 748. *Ab eo deinceps certa ſeries ſucceſſorum.*

IV. Hatto, *uel* Otho, *cōſiliarius* Caroli Magni, *& legatus eiuſdem ad* Imp. Conſtantinopolitanum.

IX. Rodulfus I. Arnulfi Imp. *caſtra ſecutus an.* 892. *contra* Normannos *occubuit.*

XIV. Rodulfus III. *ab* Henrico II. Imp. *Templi ſummi inſtauratore multis ornatus beneficijs.*

XVII. Bruno *Henrici* III. *ſacellanus an.* 1047.

XIX. Beringerus. *Primum* Concilium *Baſilienſe, an.* 1061.

XXV. Ortliebus *de* Vroburg *Comes, ſacro bello* Conradum Imp. *in* Saracenos *ſecutus: bis* Fridericum Barbaroſſam *in* Italiam.

XVI. Ludouicus II. *de* Petren, Fridericum Imp. *contra* Alexandrum III. *ſecutus.*

XXIIX. Henricus I. *de* Hornberg *Baro,* Barbaroſſam *in* Syriam *comitatus, peſtilētia illic obijt an.* 1189.

XXIX. Lutoldus *de* Rœtelen *an.* 1191. *Cum* Henrico VI. *in* Syriam *profectus,* Populum *in* XV. *tribus diuiſit.*

XXXI. Henricus II. Thunenſis *comes an.* 1215. *Diui* Petri *parochiam Canonicis auget.* Prædicatorum *cœnobium erigit.* Minoritis *aream conceſſam ab* Ezelino *ornat.* Populi *tribus confirmat.*

XXXIII. Berchtholdus II. *de* Ferreto *comes, an.* 1249. Pſittacorum *&* Stellariorū *factiones ortæ.*

XXXIV. Henricus III. *de* Neoburgo *Comes, an.* 1262. *contra* Rodolfum Habſpurgiū *bella geßit, alternante uictoria.*

XXXV. Henricus IV. Iſnenſis, *piſtoris* F. Minorita, *ſeu fraude ad epiſcopatum euectus, cuius à* Pontifice *impetrandi cauſa à* Petro Richenſtenio Romam *miſſus eſſet: ſeu uoluntate* Canonicorum, *qui cùm in electione diſcordes eſſent, eum ſe, quem primum obuiam habuiſſent,* Minoritam *pro* Epiſcopo *habituros decreuerunt, an.* 1274. *Vulgò* Gürtelknopff *dictus,* Rodolpho Habſpurgio Imp.

Imp. amicus, & eiuſdē legatus ad Pp. ad Mogūtinū Archiepiſcopatū euectus.

XXXVI. Petrus I. Richenſtenius, an. 1286. Pſittacos & Stellarios reconciliat. Adolfi Cæſaris caſtra ſequitur in Colmarienſe obſidione.

XXXVII. Petrus II. de Aſpelt Treuerēſis, medicus. Oeconomus bonus, an. 1296. Hōburgū & Liechſtallū ab Hōburgēſe comite emit. Archiepiſcopus Mogūtinus fit.

XXXIIX. Otho Grandiſonenſis comes, Albertum I. Cæſarem inueſtituram Homburgenſem conferre negantem confoſſurus erat, niſi Hugonis Furnauij interpretis prudentia impeditus fuiſſet: bello inde petitus, cui cædes Alberti finem impoſuit. Recrudeſcunt nobilium factiones. Baſilienſes ob Ludouici Bauari partes anathemate pontificio perſtringuntur.

XLI. Ioannes I. Senno Baro Minſingenſis, an. 1335. Carolus IIII. Imp. Baſileæ excipitur: urbem ab anathemate liberè liberat. Peſtis, incēdia, terræmotus. Vir probus & frugalis.

XLII. Ioannes III. de Vienna Burgundus, an. 1366. improbiß. & infeliciß. princeps. Bellandi libidine æs alienum grauiß. contraxit: oppignerauit ciuib. uectigalia pleraq;: urbem minorem Leopoldo Auſtriaco. Terræmotus, inundationes, Anglorum incurſiones, ſeditiones ciuium, incendia.

XLIV. Himerius baro Ramſtenius & Varnerus Scholerus antiepiſcopi, an. 1383. Ceßit tandem Varnerus Himerio decoctori, qui præter uectigalia etiam arces & pagos Reip. oppignerauit. Tandem Friderico Blanckenhemio epiſcopo Argentinenſi reſignauit, qui urbem minorem Reip. uendidit, oppignerauit reditus quoſdam Argentinenſibus. Ei ad Vltraiectenſem epiſcopatū euecto ſucceßit Conradus Monachus à Landskron, an. 1393. Abdicauit æris alieni diſſoluendi deſperatione.

XLV. Humbertus Neoburgēſis Comes an. 1395. prodigentißimus decoctor. Homburgum, Liechſtallum, Vallenburgum Reip. oppignerat.

XLVI. Hartmannus Münch à Münchenſtein, an. 1403. Vicedominij iura oppignerat. Bellum Baſilienſium contra Leopoldi Auſtriaci uiduam. Is

XLVII. Ioanni V. à Fleckenſtein abbati Seltzenſi epiſcopatum reſignat, & armis & frugalitate epiſcopatus reſtauratori. Sub eo Concilium incœpit.

XLIIX. Fridericus Zerinius an. 1437. Felix V. Pp. eligitur.

XLIX. Arnoldus Rotbergius an. 1451. Fridericus III. priuilegia Baſiliēſibus auget.

L. Ioannes VI. Venningenſis an. 1458. prudens paterfamiliâs. Academiæ Baſilienſis ortus. Arx Porrentruta redimitur, reparatur.

LI. Gaſpar Zerinius an. 1478. Reſpub. Heluetijs iungitur. Epiſcopatu deiectus ob prodigalitatem.

LII. Chriſtophorus Vtenhemius, an. 1502. bonus, pius, frugalis, doctus.

LIII. Iacobus Philippus Gundelhemius an. 1527. Religionis immutatio.

LIV. Melchior Liechtenfelſius.

LV. Iacobus Chriſtophorus Blaurerus à Vuartenſee. an. 1575. Quem faciāt meritis creſcere fata ſuis.

FAMILIÆ illuſtres.

Zerinij, *à traiectu primo nomen uidentur retinuiſſe.*

Scholeri, *ſeu potius* Scalarij *à* Scalis Martinianis, *prope quas habitabant, (uti etiam reliqui nobiles à domibus, quas habitabant) quod teſtantur inſignia. Ab his macellum uulgò die* Schol *appellatum uolunt, quòd fornicem eum* Birſeco *impoſuerint.*

Laufemi. Hugo Laufemius Vicedominij *iura paruumq; uectigal, quod ab* Epiſcopo *feudatarius habebat, urbi uendidit.*

Rotbergij. Richij *à* Richenſtein.

Eptingeri *mira fœcunditate in diuerſas familias diuiſi.*

Berenfelſij. Andlouij.

Monachi, *ab uno gentis auctore in multas ueluti colonias familiarum diducti.* Monachi de Landskron *de patria tam præclarè meriti, quàm malè* Burcardus Monachus *Armeniacorum ductor.*

Zerkindi. Offenburgij.

Roti, Rubei. Ioannes Rot *urbis contra* Armeniacos *ſeruator, an.* 1444.

Monetarij, *in* Sürlios & Ermannos *diuiſi.*

Murarij. Schekapürlij. Griebij.

Seeuoglij. Trutmanni. Zibolij.

Meltingeri. Henricus Meltingerus Conſul *bello ciuili ſacro, an.* 1529. *cùm* Euangelicos *loco anguſto concluſos noctu opprimendi conſilium cepiſſent* Catholici, *quibus potuit argumentis à tam immani cœpto ſuos uir opt. cohibuit. Mox cùm nec religionis immutatæ faciem, nec plebis ferociam ferre poſſet, ſponte exulatum abijt.*

BASILEAE *Maioris* ECCLESIASTICA *Politia.* CAP. IV.

QVI *Tribocas uicinos ad fidē* Chriſti *conuertiſſe ſcribitur* Maternus, *unus de* LXXII. *diſcipulis,* Rauracis *quoq; uel ipſemet, uel per aliquos ſuorū diſcipulorū pietatis ſemina communicaſſe uidetur. Cæterùm propter horrendas* Impp. *perſecutiones* Chriſtianiſmū *profeſſi uel latêre uel pati cogebantur. Vt proinde* Eccleſia Rauricenſis *tenuis admodū foret, & priuato potius animorū ardore, quàm publico epiſcopalis dignitatis ſplendore niteret. Proinde quod de* D. Panthalo *ſcribunt, primum epiſcopum* Baſilienſium *fuiſſe,* D. Vrſulam Romam *uſque comitatum, martyrio quoq; an.* 235. *perfunctum eſſe (quod ipſum tamen alij in quintū ſeculū à* Chriſto *nato referūt, &* Attilæ *cæſorū* XI. M. *Virginum palmam tribuunt) hiſtoriæ fidē requirere uidetur. In aſſiduis certè* Barbarorum *inundationibus* Rauricenſes *epiſcopos diſſimulādæ potius quàm exercēdæ dignitati ſtuduiſſe ueriſimile eſt. At fractis* Rom. *opibus cùm* Alemanni Romanenſe *litus* Rheni *occupaſſent, ſubinde* Franci *reges ad* Rhenum *uſq; imperiū protendiſſent, data uidetur pax* Eccleſijs *cùm alijs, tum etiā* Rauricenſi. *Libro* Conciliorū Iuſtinianus *epiſcopus* Rauricenſiū *an. ſal.* 347. Colonieſi *cōuentu interfuit cōtra* Euphratē Arianum: Adelphius *epiſcopus* Rauricenſis *concilio* Aurelianenſi *circa an.* 514. *eiuſdem legatus* Aſclepius *poſteriori an.* 537. *Itaq;* Rauricenſes, *non* Baſilienſes *etiam tum dicebantur: cūq;*

pro iure

pro iure prouinciarū Sequanæ maximæ caput fuiſſet Veſontio, *Rauracos etiā cōplectens,* *Veſontionenſi archiepiſcopo epiſcopus ſuberat* Rauricēſis. *Succreſcēte interim* Baſilea, *cùm templo etiā cathedrali ornata eſſet, & Hērici I. ſubinde etiā II. Impp. liberalitate & ornata & inſtaurata, relicto uetere* Rauricenſiū *nomine,* Baſilienſes *dici uoluere epiſcopi, ius in ſubiectos ſibi habentes populos, partim ſpirituale, pontificia auctoritate confirmatum, partim tēporale, indulgentia & liberalitate regum atq;* Imperatorum. Poſteaquam *uerò an. 1529. populari manu* Romana *religio profligata fuit, ut* Summi *templi canonicis, ipſi quinetiam epiſcopo annui cenſus atq; reditus inuiolati permanſere: ita ſpiritualem animarum curam magiſtratus paſtoribus & concionatoribus ſuffragio totius populi delectis commiſit.* Foro *inſuper cauſarum matrimonialium* Altkircham *migrante, quandoquidem eo carere ciuitas non poterat, ex* Cōcionatorum, Senatorum & Populi *ordine certis hominibus, ſpectatæ probitatis & prudentiæ, ea cura fuit demādata.* Paſtoribus *ſacri præconij, ſacræ quinetiam liturgiæ cura incumbit, tum publicè in templo, tum priuatim apud ægros domi cuiuſq;.* Habēt *ſuos eccleſiaſtæ quilibet diaconos.* Summi *templi eccleſiaſten diaconi quatuor obſeruant,* Parochus D. Albani, D. Martini, D. Elizabethæ, & D. Huldrici: Leonardinum *unus,* Petrinum *duo.* Eſt *& ſuus* Xenodochio *eccleſiaſtes.* Habent *quinetiam* Triumuiros *cenſorios ſinguli, ex populi cœtu delectos ſeniores, diſciplinæ eccleſiaſticæ ergô, penes quos & corripiendi & ſacris etiam interdicendi impœnitentibus poteſtas eſt, multo tamen quàm deceret adſtrictior.* Delecti *à miniſtris urbanis in pagos emittuntur concionatores pagani,* Triumuirorum *eccleſiaſticorum ductu,* Magiſtratus *permiſſu, ſubditorum conſenſu.* Eorundem *in* Synodo *& mores & ſtudia ſtato tempore examinari non magis ſolent, quàm debent.*

BASILEAE MAIORIS ACADEMICA POLITIA. CAP. V.

- SCHOLASTICA *Conſtitutio*
  - Adultorum. ACADEMIÆ *Baſilienſis conſideratio*
    - Generalis
      - Rudis. ACADEMIÆ *inſtitutio, propagatio, inſtauratio.*
      - Diſtincta *ſecundùm*
        - Cauſas
          - Exter*nas. Quis*
            - Finis.
            - Efficiens.
              - Princeps
                - Inſtituens. *Summus Pontifex.*
                - Fouēs *& conſeruans tum*
                  - Epiſcopus, *Cācellarius Academiæ perpetuus.*
                  - Magiſtratus.
              - Inſtrumentalis.
          - Internas. *Quæ*
            - Materia. *Hanc geminam conſtituimus: uidelicet*
              - Perſonas. *Vide ſignum* A.
              - Res, *in quibus cōmunicāt, pertinentes ad*
                - Theoriam. *Lectiones publicæ.*
                - Praxim:
                  - Stipēdia
                    - Profeſ*ſorum.*
                    - Stu*dioſorū.*
                  - Ærarium.
                  - Priuilegia *& immunitates.*
            - Forma. *Communio*
              - Theorica *Doctrinæ, per Profeſsiones.*
              - Practica *Imperij, Ariſtocratica penitus.*
        - Accidentia. *Vide ſignum* B.
    - Specialis. *Vide ſignum* C.
  - Puerorum, TRIVIALIVM *Scholarū uulgò dictarum. His ipſis magiſtratus arbitrio præficiuntur uiri probi & eruditi, certo cōducti ſtipendio, linguæ quidem*
    - Verna*culæ*
      - Puerorum *ad Minoritas.*
      - Puellarum *ad* D. *Martini.*
    - Latinæ *ad*
      - Summum *templum.*
      - D. Petrum.

A. Membra

A. Membra Academiæ

- **Theorica**, *ratione* Doctrinæ, Sic *alij*
  - Docent, Doctores, Profeſſores, Lectores.
  - Diſcunt, Diſcipuli, Auditores.
- **Practica**, *ratione* Imperij, *tũ*
  - **Vniuerſalis** *omnium ordinum.* Reſpectu *eorum qui*
    - **Præſunt**, Academici
      - **Principes** *ſunt*
        - Rector.
        - Collegæ, Aſſeſſores.
          - Senatus *geminus:*
            - Minor, *Decanorum.*
            - Maior, *quã* Regentiã *uocant.*
          - Iudicij *ſiue* Conſiſtorij *forenſis.*
      - **Miniſtri:**
        - Viator.
        - Tabellio.
    - **Subſunt** *Academici Ciues, ſiue dignitatis gradum*
      - Fecerint.
      - Non *fecerint.*
  - **Particularis** *in quolibet ordine*, Theologico, Iuridico, Medico, Philoſophico, *tã* Doctorum *quàm* Diſcipulorum. Reſpectu *eorũ qui*
    - **Præſunt**, *collegiũ uniuſcuiuſq; ordinis proprium.* Et *quidem*
      - Princeps Decurio *eſt, quotãnis à Collegio eligi ſolitus: idemq;* Epiſcopi Baſilienſis Vicecãcellarius.
      - Aſſeſſores *ſunt Collegæ reliqui,* Doctores de Concilio *uulgò dicti.*
    - **Subſunt** *uel dignitatis gradũ*
      - Habent, *Collegij tamẽ membra nondum ſunt:* Doctores de Facultate *uulgò appellantur.*
      - Non *habent: eundem tamen uel*
        - Nondum *affectant.* Diſcipuli *etiamnum.*
        - Affectant. *Candidati.*

B. Hîc

B. Hîc *occurrunt*
- Motus
  - Neceſſarij *& utiles quo ad*
    - Theoriam, *ut eſt*
      - Profeſsio. Dictatio.
      - Declamatio.
      - Diſputatio.
      - Scriptio.
      - Lectio.
    - Praxim, *in*
      - Genere:
        - Receptio.
        - Comitia.
      - Specie:
        - Conſulta*tio*. *Electio*
          - Profeſſorum.
          - Magiſtratuum.
        - Iudicatio
          - Cádidatorum.
          - Forenſium.
  - Honorarij.
    - Pompæ
      - Viuorum
        - Sacræ.
        - Profanæ.
      - Mortuorum.
    - Conuiuia.
    - Ludi.
- Locus
  - Vniuerſalis.
  - Particularis.
    - Prælectionum.
    - Diſputationum.
    - Declamationum.
    - Inaugurationum.
    - Iudiciorum.
- Tempus. *Dies*
  - Feſti
    - Religioſi.
    - Profani.
  - Non *feſti*.

C. Specialis *Academiæ Baſilienſis conſideratio inſtitui poſſet tum reſpectu*

- Perſonarum
  - Vniuerſim. *Academicorum*
    - Receptio.
    - Officium.
    - Commoda *&* *Ornamenta.*
  - Singillatim, *quo ad*
    - Theoriam.
      - Doctorum
        - Electio.
        - Officium.
        - Commoda.
      - Diſcipulorum.
    - Praxim. *Qui*
      - Vniuerſim
        - Præſunt
          - Principes:
            - Rector.
            - Collegæ in
              - Senatu:
                - Decani.
                - Regentia.
              - Foro. *Aſſeſſores Conſiſtorij.*
          - Miniſtrantes:
            - Pedellus.
            - Notarius.
        - Subſunt:
          - Doctores.
          - Diſcipuli.
      - Singillatim *in qualibet Facultate*
        - Præſunt. *Doctores de Collegio.*
          - Decanus.
          - Collega *ſiue Doctor de Conſilio.*
        - Subſunt: *tum*
          - Doctor *de Facultate.*
          - Studioſus *eius Facultatis.*
- Actionum
  - Neceſſariarum: *tum*
    - Theoricarum: *nempe*
      - Profeſsiones.
      - Diſputationes.
      - Declamationes.
    - Practicarum:
      - Inſcriptio.
      - Comitia.
      - Electio.
      - Promotio.
      - Conſiſtorium *ſiue Forum Rectoris.*
  - Honorariarum: *ut*
    - Pompæ,
    - Ludi.

ACADEMIÆ INSTITVTIO, INſtauratio, in genere.

Æneas Syluius Senenſis, qui in Concilio Baſilieſi per annos aliquot Baſileæ habitarat, ciuium uirtute & familiaritate, ſed & priuati hoſpitis ſui, à quo ne in peſtilente quidem contagio derelictus fuerat, humanitate delectatus, poſteaquam ad Pontificatũ ſub Pij II. nomine peruenit, Academiæ ius Magiſtratui benignè conceßit, priuilegijs ad Scholæ Bononienſis exemplar inſtruxit, Cancellariatus officium Epiſcopo Baſilienſi delegauit, decem Canonica ſtipendia ad D. Petri Profeſſoribus Theologiæ, Iuriſprudentiæ, Medicinæ aßignauit; Mantuæ anno 1459. Prid. Idus Nouembris. Inauguratio ſeq. anno, die D. Ambroſio ſacra, ſolenni ceremonia inſtituta. Io. à Berenfels Conſul pontificium diploma Io. à Veningen epiſcopo offert: Epiſcopus Cancellariatus perpetuum munus ſuſcipit: primum Rectorem Georgium ab Andlauu iuris Canonici doctorem deſignat.

Cùm ob religionis mutationem an. 1529. inſtitutam, collapſa penitus uideretur, melioribus auſpicijs, benignitate magiſtratus in integrum reſtitui cœpit, Bonifacij præſertim Amerbachij I. C. gratia & auctoritate. Leges à Simone Grinæo ex ueterib. tabulis quinquẽnio pòſt conſcriptæ. Stipendia ex fiſco Reip. numerari cœpta. Canonicatus deniq; Petrini Academiæ redditi, Triumuirorum cura & interceßione, an. 1562.

MATERIA ACADEMIÆ.

ANTECESSORES in omni genere Philoſophiæ: Theologi duo, alter Veteris, alter Noui inſtrumenti: Iurecoß. tres, Digeſti, Codicis, Inſtitutionum: Medici duo, alter Theoricus, alter Practicus: Philoſophi omnis generis, Phyſicus, Ethicus, Mathematicus, Poeta, Muſicus, Rhetor, Logicus, Græcus doctor, Hebræus doctor.

AVDITORES in qualibet profeßione liberi, gratis audiunt: in Philoſophia propter ætatem in tres claſſes diſtincti.

DISPVTATORES & DECLAMATORES alternis hebdomadibus exercẽtur. Ad Scriptiones etiam minores coguntur.

RECTOR Cal. Maij eligitur à Senatu Academico. Magiſtratu fungitur annuo.

SENATORES ex quatuor ordinibus deliguntur: primùm ex ſingulis ſinguli, Decuriones ſui ordinis dicti, qui cum Rectore & Prorectore minorem Senatum conſtituunt. Iis deinde ex ſingulis Facultatibus quatuor adiunguntur, in uniuerſum XXII. cum Rectore & Prorectore, qui maiorem Senatum, uulgò Regentiam dictum, repræſentant.

IVDICES ex ſingulis Facultatibus ſinguli, cum Rectore & Prorectore, VI. Conſiſtoriales, cum uno aliquo ex prolytis Iuris, litium Academicarum iudices.

IN quatuor COLLEGIA tota Academia diuiditur, Theologorum, Iurecoß. Medicorum, Philoſophorum. Suæ cuiq; tribui caput eſt Decurio, idemq; Vicecancellarij munere fungitur. Collegæ ſunt reliqui eiuſdem profeßionis Doctores, ſic uti decet in ordinem recepti. His ſubſunt Doctores cæteri eiuſdem profeßionis nondum in Collegium recepti: ſubſunt etiam Diſcipuli, tum inferiores, tum ſuperiores, qui ſcilicet iam ad gradum aſpirant.

FORMA

FORMA ACADEMIÆ.

FORMA *ea eſt in theoricis, ut non diſcipuli doctoribus, ſed doctores diſcipulis imperent, quæ ſcilicet Ariſtocratiæ forma eſt, contraria Democratiæ Patauinæ. Quæ ipſa ex conſimili Practica defluxit, cùm non pro libidine ſtudioſorum ex grege Scholarium, ſed delectu Senatus Academici ex ordine ferè quatuor Facultatum quotannis Rector creetur. Olim penes omnes Academicos hæc poteſtas erat.*

EFFICIENS.

PIVS II. *inſtituit, ſtipendijs inſtruxit. Epiſcopus Baſilienſis Cancellarius perpetuus ſtato tempore priuilegia confirmat. Conſules & Senatus Baſilienſis per Triumuiros Senatorij ordinis delectos tuentur, defendunt & ampliant.*

MOTVS ACADEMICI.

Profeſsio.

Singulis *profeſſoribus ſuæ ſunt horæ, ſua loca, abſq; impedimento aliorum, conſtituta. Reliquæ profeſsiones liberæ ſunt. Philoſophi in tres claſſes diſtinguuntur, Tironum, Mediorum, & Baccalaureorum.*

Exercitatio.

Diſputationes & *Declamationes, tum Tironibus, tum ijs qui ad gradum aſpirant, lege certa imponuntur.*

Receptio.

Quicunque *ſtudioſorum in urbem ueniunt, intra XIV. dies Rectori nomen danto, priuilegijs alioqui ſtudioſorum priuantor.*

Comitia.

Duûm *generum. Maiora omnium ordinum Academicorum. Minora, Decanorum quatuor. Rector proponit, ſententias rogat, uel uoce uiua uel χειροτονίᾳ ſuffragia colligit. Niſi paria ſint ſuffragia, ſuffragij ius non habet.*

Electio Profeſſorum.

Hæc *Senatus eſt Academici, & Triumuirorum. Quod placuit, magiſtratus auctoritate confirmatur.*

Electio magiſtratuum Academicorum.

Veteri *more à tota uniuerſitate doctorum & diſcipulorum Rector eligebatur bis quotannis, æſtiuus quidẽ Cal. Maij, hybernus ad D. Lucæ. Hodie uerò ex populo Academico, utplurimũ tamẽ ex Senatorio ordine, Rectorẽ quotãnis ſola Regẽtia ſuffragijs Cal. Maij eligit: iuramento aſtringit: Aſſeſſores iudicij annuos attribuit: Prytanim conſtituit. Rector ad D. Ioannis magiſtratum init: rationib. prædeceſſoris ſui per Decanos putatis, conuiuio Academicos excipit.*

Senatoria *dignitas perpetua eſt.* E' *ſingulis* Facultatib. *quini.In demortuorum locum ſupplentur* Senatus Academici *ſuffragijs alij.*

Promotio.

Qui *ſtudiorum ſuorum fiducia gradum adire cogitat,cum* Decurione *collegij re deliberata,* Cenſuram *ſubit morum; hinc* Velitationem *primam, uagam & tumultuariam,quam* Tentamen *uocat:alteram ſubinde certam,datis ſorte thematibus* XXIV. *horarum elapſo ſpacio explicandis.* Succedit Diſputatio *publica.* Tandem *ſolennis* Inauguratio. *Sumptus exigui ſunt,ne tenuiores ob indignam paupertatem eruditionis ſuæ digno præmio fruſtrentur.*

Iuriſdictio.

Rectoris *regium eſt imperium cum* XX. *uiris.* Minoris *momenti res à* Rectore *ſolo,uel certè in conſilio quatuor* Decurionum *tranſiguntur.* Ille *idem,cum* Aſſeſſoribus Conſiſtorij,*lites ſtudioſorum uel inter ſe, uel erga ciues cognoſcit,dirimitq́;: nec niſi* Rectoris *ſcitu permiſſuq́; in ciuilibus quicquam magiſtratus ſibi reſeruauit.*

POMPÆ ALIÆ

PROMOTIONVM, *ad concionem ſacram primùm,inde ad* Aulam,*&* Epulum.
FVNERVM.

CONVIVIA.

IN *prytaneo* Academico, *ad ſumptuarias* Promotionum *rationes coercendas, an.*1570. *primùm inſtituto,epula inaugurationum habentur,ut uel loci ſpacium frugalitatis modum præſcribere uideatur.*

TEMPVS.

Dies Iouis *perpetuò feſtus eſt.* Sabbathum *Diſputationibus &* Declamationibus *dicatum.* Natales *&* Paſchales *feriæ* XIV. *dierum.* Bacchanalia, Martinalia, Pentecoſtes, *octo dierum.* Canicularium *feriæ menſem cum dimidio cæteris,philoſophis menſem tantùm durant.*

LOCVS.

Gymnaſium *amœniſsimo proſpectu, ponti &* Summi *templi areæ uicinum,* Rheno *imminens.* Scalariorum *olim, deinde* Ziboliorum *domus, à* Rep. *uſibus literatorum conſecratum,* Collegium *inferius à ſitu uocatur.* Alterum,*quod* Superius *dicitur,pulſis* Auguſtinianis *monachis,ſtudioſis à* Repub. *conceſſum.*
Suis *ſingula* Auditoria Facultatibus *inſeruiunt.* Theologi *in* Templo *cathedrali profitentur.*
Aula *promotionibus noua an.*1573. *data,ſceleto uirili,muliebri,puerili,ſimiæq́; exornata,* And. Veſalij *primùm* Bruxellenſis,*deinde* Felicis Plateri Baſilienſis *munifica induſtria.*

BASILEÆ

BASILEAE *maioris* POLITICA *conſtitutio.*

CAP. VI.

TOTVS populus Baſilienſis olim in Nobiles & equeſtri dignitate conſpicuos, in Plebeios itẽ ſeu Mechanicos diſtinguebatur, Ingenui ſeu Patritij medium locum tenebãt. Cuius quidem partitionis Lutoldus à Rœtelen epiſcopus auctor fuiſſe uidetur, confirmator uerò Petrus Thuneñſis. Habebant Nobiles & Patritij ſuum in Senatu locum primarium, ſua itidem Andria, Æſtiuum zum Brunnen, Hybernum zum Sünffzen, die Hoheſtuben dicta. Poſteaquàm uerò partim Heluetij fœderis, partim religionis odio urbem deſeruerunt, ad tribus Mechanicas Reip. gubernacula in ſolidum ſunt deuoluta, etſi Nobilium tribui ſuus etiamnum locus ſeruetur.

- TRIBVS *aliæ*
  - Nobilium *& Patriciorum.* *Die Hobeſtuben.*
  - Plebeiorum: *aliæ quidem*
    - Primariæ *quatuor. Herrenzünfft:*
      - Mercatorum, *ad Clauem.* I.
      - Argentariorum, *ad Vrſum, Haußgenoſſen.* II.
      - Vinariorum, *ad Choam.* III.
      - Inſtitorum, *ad Crocum.* IV.
    - Secũdariæ, *undecim. Meiſterzünfft. Ex his*
      - Integræ *ſeptem:*
        - Vinitorum. V.
        - Piſtorum. VI.
        - Fabrorum *ferrariorum.* VII.
        - Hortulanorum. X.
        - Laniorum. XI.
        - Lignariorũ. *Die Spænuuetter.* XII.
        - Textorum. *Linuuetter.* XIV.
      - Dimidiatæ *quatuor:*
        - Sutorum. Coriariorũ. } IIX.
        - Sarctorum. Pellionum. } IX.
        - Tonſorum. Cœli. *Sub his Pictores, Vitrearij, Calcarij, ephippiarij.* } XIII.
        - Nautarum. Piſcatorum. } XV.

MATERIA POLITIAE.

- **In Republica** *tanquã magno corpore mẽbrorum omnium inter ſe cõſenſus eſt mirificus: ut quã uis aliorũ principatus, aliorum uerò miniſteriũ euidentius ſit, omnia tamẽ et præſint & ſubſint, diuerſa licet ratione. Proinde conſiderandi ciues Baſilienſes in præſens tũ quatenus*
  - **Præſunt.** MAGISTRATVS. *Præeſt quis cæteris partim interna animi* Prudentia *in cognoſcendo & iudicãdo, partim externa corporis* Dexteritate *&* Facultate *in agendo. Etſi igitur utraq; neceſſariò in eo qui præeſt requiruntur: in alijs tamẽ alia magis, alia minus eluceſcũt.* Proinde *Magiſtratuum munus ſpectatur potiſſimùm uel in*
    - **Cognitione** *eorũ quæ ſunt*
      - **Agenda.** CONSVLTATIO: *cui iudicatio famulatur, cũ omnis inuẽtio etiam iudicium ſecũ trahat. Cõſultorũ alij uidẽtur eſſe*
        - **Democratici.** SENATVS *magnus* CCL *uirorum, cõplectitur* Senatũ *minorẽ, præterea* 180. *uiros è qualibet* XV *tribuum duodenos (quos in dimidiatis tribubus die* Sechs *appellant,* VI. *uiros) item* Pratorẽ *minoris urbis, cũ delectis aliquot triũ ſocietatũ* Tranſrenẽſium. *De bello de pace, de fœderib. cõſultatur.*
        - **Politici.** SENATVS LXIV *uirorũ, nimirũ ex duobus* Conſulibus, *totidem* Tribunis, *et è* XV *tribuũ ſingulis duo* Senatores, *totidem* Magiſtri.
        - **Ariſtocratici.** SENATVS XIII *uirorũ, ex quatuor capitibus & nouem uiris è* Senatu *delectis conſtans.*
      - **Acta,** *aut etiamnum fiunt.* IVDICATIO: *cui uiciſſim conſultatio miniſtrat, cùm omne iudicium inuentionem quoq; requirat.* Vide ſignum I.
    - **Actione.** *Agunt obſeruando, audiendo, uidẽdo, curando ea quæ alterutri tempori* Reip. *oportuna ſunt tum*
      - **Quieto,** *ad conſeruandã pacem & tranquillitatem.* Vide ſignum II.
      - **Turbulẽto,** *propter uim*
        - **Ignis.** *Incẽdijs præfecti.*
        - **Aquarũ.** *Præfecti cataractis.*
        - **Hoſtiũ.** *Huc* Signiferi Reip. Centuriones.
  - **Subſunt,** *tum* Vrbani, *tum* Pagani.

I. Iudices

- I. Iudices rurſus alij actionũ
  - Ciuilium. Videlicet
    - Iniuriarũ tũ
      - Apertarum, circa
        - Poſſeſſiones
          - Domorũ. *Quinq; uiri, die Fünfer. Tres ſenatorij, fabri duo, lignarius & murarius.*
          - Agrorum. *Gæodætæ ſeptemuiri, das Geſcheid. Quatuor ſenatorij, tres plebeij, rei ruſticæ periti.*
        - Cõtractus
          - Matrimoniorũ. *Aſſeſſores Conſiſtorij Matrimonialis. VII uiri. Tres è minore, duo è maiore Senatu, duo Concionatores.*
          - Reliquos omnes. Iudices
            - Democratici. *X uiri, die Zehen. Aſſeſſores decem, quinq; Senatorij, quatuor plebeij, cum Aduocato Reip. quem Prætorẽ Criminalem uocant, den Blutuogt. Hiſce præeſt Prætor ciuilis, Scultetus: apparent quatuor Cauſidici.*
            - Ariſtocratici. *III uiri Prouocationũ, Cõmiſſarij.*
      - Occultarum, *quas publicè examinare & punire nec decet nec expedit. Duũmuiri Secretorum, die Geheimen herren: Conſul & Tribunus, uetus alter, alter nouus.*
    - Petulantiæ & *Immodeſtiæ. Cenſores tres. Die vnzucht Herren.*
  - Capitalium *tum*
    - Facti. *Septemuiri Quæſtionum. Die Sibner. Trimeſtris magiſtratus.*
    - Iuris. *Iudices Capitales, Das Blutgericht.*

II. Nomine

II. Nomine igitur publico obſeruāt et curant uel res

- Publicas, in
  - Genere quidem ueluti Ephori quidam uniuerſales,
    - Conſules duo.
    - Tribuni totidem.
  - Specie uerò
    - Sigillum & Ærarium publicum, III.uiri Ærarij.
    - Collybū, Duumuiri Collybiſtæ, alter ſenatorius, alter plebeius.
    - Vectigalia atq; reditus, impēſas item & expenſas tum
      - Profanas, Triumuiri Arcarij, die Ladenherrē. Triennalis dignitas. Subſeruit his cenſuum magiſter.
      - Sacras: ut
        - Cœnobiorum & Templorum præfecti, die Pfleger, ex ſenatorio ordine terni ſingulorum.
        - Ptochodochiorum & Eleemoſynæ, Præfecti Eleemoſynarij.
    - Armamentarium.
    - Monetam, Guardini duo ſenatorij, ab inſpiciendo.
    - Annonam, Frumentarij.
    - Ædificia, Aediles duo, unus ſenatorius, alter plebeius, operibus & operis præfecti publicis.
    - Cuſtodiam, Præfecti uigilum.
    - Præfecturas, Præfecti arcium.
    - Academię et Eccleſiæ iura, Triūuiri Academici, uulgò Deputati.
- Priuatas ciuiū quoad
  - Corpus: utputa
    - Sanitatem. Præfecti
      - Leproſorum examini, Archiatrus cum duobus Chirurgis.
      - Vulneratorum inſpectioni, Chirurgi aliquot.
    - Partum. Obſtetricum quoq; conſtituendarū ius habent Triumuiri ærarij.
  - Fortunas tum
    - Pupillorum. IV.uiri Orphanorum, die Vueyſenherren.
    - Adultorum. Cēſores
      - Armorum.
      - Focorum. Die Fürbeſchauuer.
      - Operum mechanicorum: utputa
        - Panis: die Brotbeſchauuer.
        - Farinæ, III.uiri molendinorum, die Müllerherren.
        - Vini.

FORMA

FORMA POLITIÆ.

Epiſcopis olim ſubiecta urbs, Monarchiæ ſpeciem habuit, quam illis uel pij uel indulgentes principes conceſſerāt, eorundēq; auctoritate & domi et foris omnia adminiſtrabantur. Cui rei uel inſignia urbis etiamnum hodie atteſtantur, pedi epiſcopalis loculum repræſentantia, conto nautico infernè adnexo. Poſteaquàm uerò ciuitas, ut opibus, ſic animis creſcere, & Nobilium animos honoris, Plebeiorum uerò libertatis deſiderium cepit, conſtitutis à Lutoldo de Rœtelen epiſcopo X V. tribubus, ordinem dignitas, dignitatem libertatis cura ſubſecuta eſt. Ad quam illis, domi quidem luxurioſè uiuendo, foris uerò imperitè bellando, prodigi Epiſcopi, uectigalium & tributorum oppigneratione primùm, ſubinde etiam uenditione, uiam fecere, cùm quod ſemel iuſto titulo ciues accepiſſent, non facile ſibi à principe, cui in ſacris alioqui obedientiſſimi erant, extorqueri paterentur. Proinde cùm Himerius epiſcopus in Conſulari dignitate conſtituenda, plus nimio ſibi ſumeret, tanta conſtantia ius ſuum aſſeruere, ut neglecto Conſule Prytanim ſeu Ammeiſterum, Argentinenſium imitatione, conſtituerint, circa an. ſal. 1 3 9 7. nec niſi Conſtantienſis Concilij auctoritate ad conſulatum redire uoluerint. Sui proinde iuris facta ciuitate, cùm Nobilium, Patritiorum & Plebeiorum ordinibus tribus niteretur, Politiæ cuiuſdam æqualiter mixtæ ſpeciem habuit. Poſteaquàm uerò nobiles aliquot bello Armeniaco Auſtriacis magis quàm Reip. addicti, exilio ſolum uertere coacti fuere: ſubinde poſt Sueuici fœderis cladem ab Heluetijs ad Dornacum acceptam, etſi permiſſu Imperij Baſilienſes ab armis abſtinuiſſent, nobiles tamen eam ceſſationem malignè interpretarentur, neq; Maximilianus Imp. auctoritate ſua libertatem urbis tueretur: Heluetijs æterno ſeſe fœdere coniungendi occcaſionē arripuere. Tum uerò pleriq; nobiles, iam prius occulta ſimultate exacerbatis animis, penitus abalienati, urbe exceſſere, Heluetijq; nominis odio Rem pub. deſeruere: paucis, qui remanſerant, ſua dignitas conſtitit, ita tamen ut plebeiorū ſuffragijs uincerentur. Triginta ferè pòſt annis cùm religionis quoq; immutatio acceſſiſſet, populi plus ſatis aucta poteſtate, patricij pleriq; uel metu, uel indignitate urbem reliquere, alij priſtinæ dignitatis diſſimulatione plebeijs ſeſe adæquari ſunt paſſi. Hac ratione ad tribus X V. totius Reip. adminiſtratio deuoluta eſt, eaq; Democratica penitus facta, ſi Maioris Senatus inſtitutionem ſpectes, quandoquidem ex toto populo, qui plebeius maxima ſui parte eſt, deligitur, cùm ſingulæ tribus ex ſuo, non alio ordine, numerum Patrum complere cogantur. Conſules & Tribuni ſolo nomine (cùm capita uulgò dicantur) Monarchiam uidentur repræſentare. Quòd autem ex maiore ſenatu L X I V deligantur, & rurſus ex his ipſis & X I I I uiri & primarij alij magiſtratus, non ſortibus, ſed ſuffragijs, conſtituantur, ad Ariſtocratiam pertinet. Totus populus hodie in Magiſtratus & Subditos diuiditur. Magiſtratus alij primarij, Senatores, & qui ex eo ordine quibuslibet munijs præficiuntur: alij Secundarij.

MOTVS POLITIÆ.

Electio Magiſtratuum.

SENATORES olim ex Equitum & Nobilium ordine quatuor, ex patritijs nobilibus octo (proinde die Achtburger dicti) ex plebeijs tribubus ſingulis bini legebantur. Ex Equitibus Cōſul à Senatu nominatus, ab Epiſcopo cōfirmabatur. E Patritijs ferè Tribunū ipſe dabat.

Poſt fœdus Heluetium an. 1 5 0 2. primus Petrus Offenburgius abſq; dignitate equeſtri conſu-

larem dignitatem obtinuit. Quartodecimo pòſt anno nobilibus pleriſq; urbe cedentibus primus è plebe Conſul deſignatus, & patriciorum octonarius ad binarium recidit. Hodie *Conſules &* Tribuni *è Senatorijs leguntur ab ipſo* Senatu: *è ſingulis tribubus duo petuntur Senatores à* Senatu, *totidem* Magiſtri *ciuium à contribulibus* Senatui *offeruntur.*

MAGISTRATVS *cæteri primarij eligebantur olim ab* IIX. *uiris, nempe à duobus Canonicis, totidem nobilibus, & quatuor patricijs, præſtito prius iureiurando ipſi* Epiſcopo. Hodie *uerò à* Senatu *diuerſimodè: cùm ea quæ honoraria ſunt officia, uel non petentibus: quæ uerò utilia (in quorum numero etiam* Præfecturæ *decennales arcium habentur) petentibus tantùm tribuantur.*

PRÆTORIS *ciuilis dignitatem* Epiſcopus *olim primariæ tantùm nobilitatis uiris, ut* Schoͦleris, Berofelſijs *committebat, & pro arbitrio in eadem familia hærere patiebatur.* Senſim *cum cæteris priuilegijs redempta, ciuium hodie iuris eſt.* A' Senatu *deligitur &* Scultetus *&* Aſſeſſores, *quinq;* Senatorij, *quatuor plebeij, unà cum* Reip. Aduocato, *quem* Prætorem *ſanguinis uocant: cuius officij ea olim fuit dignitas, ut* Conſulibus *quoq; &* Comitibus *præponeretur, & à nobiliſs. tantùm exerceretur.* Ab *Epiſcopo conſtituebatur.* An. 1348. *Carolus* IV. Ius Aduocatiæ *Baſilienſibus conceſſit.* Munus *eius eſt in criminalibus iudicem, in ciuilibus aſſeſſorem agere.*

Depoſitio, Alternatio Magiſtratuum.

Præcipuæ *dignitates perpetuæ ſunt,* Conſularis, Tribunitia, Senatoria, *niſi quòd alternis annis nomen adminiſtrationis accipiunt, &* Noui *appellantur.* Reliquæ *uariant.* Nā *cùm* Senatus *totus è* LXIV. *uiris conſtet, alternis annis uacationē muneris habēt: ut ſcilicet* XXXII *illi, quorum annus eſt,* Nouum *ſenatum, reliqui ſenatum* Veterem *dicantur conſtituere.* Vetus *in poſterioribus ſubſellijs ea quæ* Nouo *ſenatui proponuntur, audit: ſubinde de rebus grauioribus ſeorſim delibérat.* Sententias *latas,* Nouus *examinat, ſuaq; auctoritate uel ratas facit, uel irritas.*

BASILEAE *Maioris* OECONOMICA *conſtitutio.* CAP. VII.

OECONOMIÆ *ſtudium magis φυσικὸν quàm καπηλικὸν, hoc eſt, neceſſitatis potius quotidianæ, quàm magnæ opulentiæ cauſa inter homines magna ex parte plebeios ſuſceptum.*

Matrimonij *ſumma reuerentia populariter, ut cælibem eſſe uix ſuſpicione criminis careat.*

Maritorum *tyrannis in uxores & cenſura eccleſiaſtica, &* Senatus *animaduerſione coërcetur: ita ut propter frequentiam eius mali dyſcolis maritis carcer peculiaris turris* Aqueæ *ſit dedicatus.*

Liberorum *inſtitutione in* Scholis *publicis ſub præceptoribus publico conductis ſtipendio plerique utuntur: rari pædagogos adhibent.*

Seruarum *conditio multo liberior quàm olim, cùm dominum frequenter mutaſſe in nullo amplius habeatur probro.* Eæ *& mediaſtina pleraq; curant omnia, & foris obſonia è foro comparant.* Seruorum *nullus ferè alius quàm in mechanicis uſus.*

BASILEAE MINORIS *conſideratio* GENERALIS. CAP. IIX.

EADEM ſunt capita obſeruationum, quæ in Maiori. Proinde eadem quoq; typica fuerit delineatio.

NOMEN.

Villæ *ulterioris* Baſileæ *nomen olim habuit:* Enrin oder Dirrin Baſel: *cumq; in duos uicos diſtincta eſſet, alter pagus ſuperior, alter inferior dicebatur.* Mœnibus *cincta,* Minor Baſilea, *tanquam ſoror maioris, &* Noua *appellata fuit.*

LOCA, LOCATA. ALIA

Vrbana. *De quibus ſub* Diſpoſitione.

Suburbana:

Ante *portam* Riechemenſem:

Molæ Lignariæ.

Vineta & Prata *perpetua,* Riecham *uſq;.*

Riuus Riechemenſis *amœniſſimus.*

D. *Chriſtianæ mons.*

Ante *portam* D. Blaſij:

Molæ Ærariæ, *mœnibus uicinæ:* der Hammer.

Pons Vieſæ *ſublicius, cum* Telonij *domo.*

Domus noua. Hypocauſti *columna media* Baſilienſes & Marchianos *fines ſeparat.*

VICINIA, SITVS.

In *Germania, ad ſyluæ* Martianæ, *ſeu* Hercyniæ *caput (quam* Eremum Heluetiorũ *uocant) prope oſtia* Vieſæ, Marchionis Badenſis *ditione undiquaq; cingitur.* Planiciẽ *occupat æquabilẽ.*

FIGVRA, AMBITVS.

Tetragonum *oblongum refert.* Paſſuum *circiter trium millium ambitu.*

DISPOSITIO.

Naturalis *diſpoſitio non magni hîc momenti, cùm præter* Rheni *affluxum ad* Occidentem, *mœnibus undiq; cingatur: uerſus Septentrionem* D. Blaſij, *uerſus* Auſtrum & Ortum Riechemenſe *porta peruijs.* Ergo *quo ad diſpoſitionem artificialem,* Vrbs *hodie tota tribus plateis principibus à porta* Riechemenſe *ad portam* D. Blaſij *ducentibus interſtinguitur: quas rurſus platea quarta, à ponte ad* D. Claræ *rectà aſcendens, tranſuerſim interſecat.* Proinde

A PONTE *occurrit ſtatim*

Prætorium, *dextra, cum* Puteo *adiuncto.*

Macellum *ſiniſtra.*

Rectà *ad* D. Claram *aſcendendo*

Platea Salſamentariorum (Gremper gaſſen) *in ea*

Fons.

Hoſpitium Leonis.
Puteus.
Quadriuium (Kreutzgaſſen) ducit
Siniſtra ad Bouis hoſpitium.
Dextra ad Montis argentei hoſpitium.
Platea Ciuium (Burgergaſſen) In ea
Andrion ſodalitatis Grifinæ.
Siniſtra per Inferiorem plateam Rheni. In ea
Pons.
Molæ lignariæ & ferrariæ.
Hinc ad Cœnobium Clingenthalenſe, & D. Blaſij portam.
Dextra ad portam Riechemenſem, per Plateam Rheni ſuperiorem.

¶ PORTA D. BLASII, è Briſiaco monte per Neoburgum & Suſenhardi uineta.
Dextra quidem
D. Blaſij Cœnobitarum domus, mœnibus contigua.
Deſcenſus ad Clingenthalenſe per Plateam Textorum.
Pons ſupra riuum ſuperiorem.
Pons occultus ſupra medium riuum. Alter ſupra tertium.
Deſcenſus ſecundùm inferiorem riuum ad Bouis Hoſpitium.
Fons.
Platea Ciuium ad Pontem ducens.
Siniſtra uerò
Riuus ſuperior è Riechemenſi aquæductu. Puellarum Natatorium. S. Claræ & Clingenthalenſi & priuatis alijs molis inſeruiens.
Molæ gypſariæ.
Riuus medius. Puerorum Natatoriū. Stellæ molam & lignariam & ferrariā agit.
Riuus inferior, D. Claræ cœnobium interluens, priuatis molendinis commodat.
D. Claræ monaſterium. A tergo Propugnaculum mœnibus contiguum.

¶ PORTA RIECHEMIA, ex Hercynia ſylua per Vieſæ uallem, & ripā Rheni ingredientibus.
Dextra
Platea Vinitorum. In ea
Ad Siniſtram
Officina lapicidarum publica.
Hoſpitium Ouis.
Angiportus ouillus in Plateam Rheni.
Ad Dextram
D. Claræ. Hinc ad D. Blaſij rectà, ad pontem Rheni ſiniſtra.
Fons.
Andrion ſodalitatis Vinitorum.
Tilia.

Tilia altera.
Platea Officinarum (Vtten uel Hutten gaſſen) In ea
Officinarum tegulariarum poſtica.
Hoſpitium Montis argentei. Recta inde in Quadriuium ad Pontem.
Siniſtra
D. Theodori templum parochiale.
Carthuſianorum cœnobium.
Deſcenſus ad Rhenum.
Domus Hatſtadia, Eucharij Holzachij medici prius, olim officina calcaria.
Platea Rheni. In huius
Siniſtra
Deſcenſus ad Rhenum tres.
Andrion ſodalitatis Pediceæ (zur Herren) i. pedicis aucupum.
D. Nicolai fanum.
Prætorium.
Dextra
D. Antonij ſacellum. Nunc domus priuata.
Fons.
Officinarum calcariarum antica.
Domus Amerbachiorum.
Angiportus Montis argentei.
Xenodochium Kilchmanni.
Prætorium.

EXTRVCTIO. POSSESSIO.

Conditores incerti, ut ferè pagorum. Olim in duos diuiſa pagos, ſuperiorem & inferiorem Baſileam dictos, ita ut D. Theodori parochia media eſſet. An. 1278. ob fidem contra Rodolfum Habſpurgium Henrico Epiſcopo præſtitam muris cincta, & extra XXXII. aur. Rhenenſium annuum tributum omnium onerum immunitate donata. Superior pagus muris excluſus, pagani intra mœnia recepti. Ab Ioanne Viennenſe Epiſcopo an. 1367. Leopoldo Auſtriaco XXX. millibus florenorum oppignerata, Reip. Baſilienſi poſt redemptionem 28. flor. millib. uendita an. 1392. à Fridcrico Blackenhemio Epiſcopo.

MOTVS. VTPVTA.

Incendia.

An. 1354. Cal. Maij miſerè arſit.

Inundationes.

Quod Birſecus Vrbi maiori, id minori eſt Vieſa, minus noxijs tamen inundationibus, niſi quando Rheni incrementum Vieſæ decurſum impedit, ita ut totius urbis cellas uinarias, minus profundas, ſubterraneis meatibus proluat.

BASILEAE *Minoris Partium* MATERIALIS *conſideratio.* CAP. IX.

TEMPLA, COENOBIA.

D.Theodori *cathedrale,medium olim inter ſuperiorem & inferiorem pagum Baſilienſem.*

D.Nicolai *ſacellum prope pontem,propter* D.Theodori *diſtantiam ædificatum an.*1250.

Carthuſianorum, *olim uallis* D.Margaritæ, *&* Epiſcopi Baſilienſis *domus.* Poſt Iacobus Zibolius Trib.pl.an.1401.*à* Repub.*emit, &* Carthuſiam *ibi ædificauit.* Eiuſdem F.Burcardus *reditibus auxit.*An.1431.*per an.ſeptendecim* Concilij *mirificè aucta, & ſepulcris uirorum magnorum exornata.*Hier.Schecapurlius I.C.*patricius,iuuenis etiamnum,ſuo patrimonio auxit,ædificijs ornauit,ut meritò pro ſecundo fundatore habeatur.*

D.Claræ *Cœnobium, è* Valle gratioſa *ab* Henrico *epiſcopo an.*1276.*colonis eò deductis.*

Cœnobium Clingiæ *uallis* Veſtalium,*profeßionis* Dominicanæ. *Iis* Vlricus Baro Clingenauius *in ualle* Verra Hercyniæ *monaſterij locum dederat.Occupata arce à* Rodolfo Habſpurgio *an.*1274.Baſileam *petiere. Ibi cùm diſſolutius uiuerent, &* Dominicanorum Baſilienſium *iugo excuſſo,* Conſtantienſis *epiſcopi patrocinio ſe ſubieciſſent, in earum ſedes ſanctiores aliæ introductæ. Exules nobilitate potentes, triennio integro* Baſilienſes *non tam armis quàm minis terruere. Tandem* Pp.*auctoritate an.*1483.*reductæ,præmij loco* Abbatiſſæ *inſuper dignitatem obtinuere.*

PRÆTORIVM.

Ponti *contiguum,latericio opere,*Rheno *imminet,pilis ſuffultum lapideis.*

PLATEÆ.

Quatuor *principes.Nimirum* Rheni,Lateraria,Vinitorum,*&* Ciuium.

DEAMBVLACRA.

Extra *urbem per prata* Riecham *uſq; excurſus planißimus, & tum propter maioris urbis in cliuo ſitæ,tum propter* Hercyniæ *ramenta in theatri formam concurrentia amœniß.*

PONTES.

PONS Rheni *communis,*D C.*pedum, ſeptem lapideis,totidemq; ligneis pilis innitens.*

Ponticuli *ſupra riui* Riechemenſis *deriuationes uarij.*

PORTÆ.

Altera D.Blaſij,*altera* Riechemẽſis,*ex ruinis* Iſteinæ *arcis uicinæ ædificata. Nam cùm à* Vuernero Scholero *antiepiſcopo* Himerius Ramſtenius *baro eius arcis uſufructu epiſcopalem dignitatem redemiſſet,*Scholerus *autem præter fas* Leopoldo Auſtriaco *oppigneraſſet,*Leopoldus Burcardo Monacho *commiſiſſet: orto bello inter* Auſtriacos *&* Baſilienſes *(ob minoris* Baſileæ *redemptionem, quæ* Leopoldo *oppignerata fuerat ab* Epiſcopo*)euerſa eſt arx* Iſteina *à* Baſilienſib.*ſecti uerò lapides trophæi loco in turrim* Riechemiam *tranſlati.*

DOMVS.

Domus Tribuum *nullæ, cùm maioris urbis tribubus ſint ciues adſcripti.*Reſtant Prytanea *ſodalitatum trium,* Gryphinæ,*&* Pedicea *(zur Herren) &* Vinitorum.

Domus Kilchmanni,*quam bonus ille uir in* Xenodochij *uſum conuerterat.*

MOENIA

Moenia, Fossæ, Propugnacula.

Mœnibus *cingitur perpetuis etiam ad Rheni ripam, quæ illic admodum portuoſa eſt, extructis primùm an. 1278. poſt bellum Epiſcopi contra Rodolfum Habſpurgium.*
Propugnaculum *D. Claræ Cœnobio incluſum.*

Cauponæ.

Bouis, *Ouis, Montis Argentei, Leonis.*

Coemiteria.

Ad *D. Theodori, S. Claræ, & Clingiorum.*

Sepulcra.

In Carthusia *ſepulcra magnorum uirorum, in Concilio Baſilienſi ferè peſtilentia abſumptorum. Sepultus illic*

Alfonſus *de Curilla, Card. an. 1434.*
Ludouicus *patriarcha Aquileienſis, an. 1439.*
Thomas *Vigornienſis epiſcopus Anglus, an. 1433.*
Suederus *Traiectenſis epiſcopus.*
Ioannes *Langdon Roffenſis epiſcopus.*
Franciſcus *de Boſſis epiſcopus Cumanus, an. 1434.*
Ludouicus *Pontanus, Romanus dictus, legatus Aragonius, an. 1439.*
Iacobus *Zibolius fundator, ante aram, an. 1408. cum Burcardo F.*
Amerbachiorum *gentilitia ſepultura. Illic Io. Amerbachius typographus, cum Brunone & Baſilio filijs: & nuper admodum magnus ille Bonifacius.*

Ad D. Theodorum:

Eucharij *Holzachij medici.*
Theodori *Brandi Conſulis.*
Henrici *Falcneri Scribæ publici.*
Bartholomæi *Buri &* Ioannis, *fratrum, militum.*

Bibliotheca.

Ad *Carthuſios unica.*

Fora.

Foro *utuntur maioris urbis. Macellum habent corollarij loco.*

Ædificia.

Pro *loci conditione elegans, ſi non magnifica, eſt Carthuſianorum cœnobij extructio. Hypocauſti illic lacunar ligneum unico clauo ferreo ſuſpenſum.*

Inscriptiones.

Nullæ, *præterquam ſepulchrales.*

Familiæ.

Kilchmanni. *Ludouicus ſuas ædes & opes in Xenodochij uſum conuertit.*
Brandi.
Holzachij. *Eucharius medicus, iura gentilitia maioris Huningæ magiſtratui uendidit.*
Falcneri.

LOCA

LOCA & LOCATA AQVEA.

FLVMINIBVS

Alluitur:

Rheno *primùm medio à maiore ſeparatur, portuoſa ripa ſubuehendis neceſſarijs pero commoda.*

Vieſa *ex* Hercynia *ſylua, piſcibus ſaxatilibus ſuauiſſimis abundante, lignationi urbanæ plurimùm conferente. Infra urbem in* Rhenum *exoneratur.*

Interluitur *Aquæductu* Riechemenſe, *à pago* Riechemio *orientale, uerſus* Hercyniam, *in urbem uſq; deriuato. Qui quidem paulo ante portam* Riechemenſem *amœniſſ. & placidiſſ. decurrens alueo,*

Dextra *deflectens uerſus* D. Blaſij *portam, molas agit ærarias.* Nouus riuus, der Neuu Teich.

Recta *uerſus portam* Riechemenſem *properans*

Molas lignarias geminas exercet.

Siniſtra *riuum prope portam urbi immittit, Carthuſiæ reliquisq; urbis ſordibus & cloacis inſeruiturum.*

Dextra *urbis mœnia lambit, & non procul à porta* Blaſiana *ad ipſas ærarias molas ſuperiori riuo iunctus, mœnia ſubintrat alueo gemino: altero*

Siniſtro, *qui ſtatim à cataractis diuiſus,*

Rectà Puerorum *natatorium conſtituit, molam* Stellariam *agit.*

Siniſtrà D. Claræ *interluit. Inde egreſſus molis inſeruit frumētarijs & ferrarijs: communi uterq; alueo in* Rhenum *exoneratur.*

Dextro *paulo ulterius mœnia lambens, non procul à* D. Blaſij *porta cataractam mœniorum ſubit, &* Natatorium *puellarum conſtituit, in quo ne* Actæoni *quidem locus eſſe queat. Subinde molendinis* Clariſſarum & Clingenthalenſium *& priuatis alijs inſeruit. Mox* Rheno *iungitur.*

FONTES *natiuos nullos habet, ſed ex agro* Riechemenſe *in urbem tubis deductos ligneis frequentes ſatis:* Puteos *item & bonos & liberales.*

BASILEAE *Minoris Partium* FORMALIS *conſideratio.* CAP. X.

ECCLESIASTICA POLITIA.

Imperium *Eccleſiaſticum* Epiſcopi Conſtantienſis *erat olim. Hodie* Parochum *habent cum diacono, Ludum item literarium linguæ* Latinæ & Germanicæ, *ad* D. Theodorum.

POLITIA CIVILIS.

Imperium *Politicum ad* Baſil. *epiſcopum pertinebat, qui* Prætorem *urbi dabat, cum* XX. *Senatorib.* Ioannes *Epiſcopus, bello contra ciues ſuos ſuſcepto, in ſocietatem eius pertraxit* Leopoldum Auſtriacum, *cui pro belli ſumptibus qui ad* XXX. M. *aureorum aſcendebant, minorem* Baſileam *oppignerauit, an.* 1375. *Paruit* Auſtriacis *annis* XIV. *Cæſo* Leopoldo *ab*

Heluetijs,

Heluetijs, an.1386. Himerius Ramſtenius epiſcopus an.1389. ab Auſtriacis redimendi copiam ciuitati maiori fecit. Fridericus Blanckenheimius epiſcopus Argentinenſis Adminiſtrator Baſilienſi datus, eandem precio 28000.fl.uédidit. Tum uerò urbs utraq; in unam coaluit: ita ut nunc ciues minores in tribus maioris urbis cooptentur, Prætorem tantùm habeant ciuilem, Aſſeſſores ex utraq; urbe à Repub.delectos. Sodalitates alioqui habent (ut etiam ſuburbia maioris urbis) ternas, Griffenſem, Vinitorum & Pediceam.

De Agro *reliquo* Basiliensis *Reipub.*
CAP. XI.

QVA methodo Metropolim, eadem & Oppida & Arces & Villas & Cœnobia quis perſequi poſſet. Etſi in ijs tātùm quæ propter multitudinem confuſa ſunt, accuratæ diſpoſitioni locus relinquatur.

LIECHSTALLVM, *oppidum uno ferè milliario ſupra ueterem Rauracam ſitum, quod Ærgitia torrens ex Iura ortus, ſex riuulis in unum confluentibus, alluit. À Vernero comite Homburgenſe Petro epiſcopo Baſilienſi ſub Alberto I. uenditum. Id ægrè ferens Cæſar, an. 1308. bello epiſcopum adoritur, eo ipſo tempore quo prope Vindoniſſam à nepote cæſus eſt. Subinde an.1381. à Leopoldo Auſtriaco exuſtum. Sigiſmundo Cæſare imperante ab Humberto epiſcopo Reip. oppigneratum, mox etiam uenditum.*

SISGOVIÆ *comitatus, qui à Siſſaco pago nomen habet, ab Henrico VII. Imp. Othoni de Grandiſone epiſcopo Baſilienſi datus: quem Humbertus epiſcopus an.1416. Reip. Baſilienſi uendidit. Præfectura XXIV. pagos ſubiectos habet. Eius caput eſt arx* VARNSPVRGA, *poſt anni 1356. terræmotum, à Simone Comite Tierſtenio reædificata, inde ad Barones Falcoſtenios translata, Alberto Auſtriaco oppignerata. Obſeſſa ab Heluetijs, quòd Thomas Falcoſtenius Bernenſib. oppidum Brugenſe exuſiſſet. Cæterùm audita clade ſuorū, prope Baſileam ab Armeniacis cæſorum, obſidionem ſoluerunt. Thomas arcem ab Auſtriacis redemptam Baſilienſib. uendidit, an.1462. Primus præfectus Petrus Offenburgius: nunc uerò, Tribunatu patriæ ſponte abdicato, Bernardus Brandus, omnibus ijs, quæ in uiro politico tam bello quàm pace requiruntur, uirtutibus ornatiſſimus, & ut ſemper τὸ ὅμοιον ὁμοίῳ κατὰ φύσιν φίλον, literatorum ſummus patronus.*

HOMBVRGA *arx ad meridiem, prope inferiorē Rupem ſciſſam à Vernero Homburgenſe Comite Othoni Baſilienſi epiſcopo circa an.1307. uendita. Vnde graues ſimultates inter epiſcopum & Albertum Imp. qui inueſtituram conferre recuſabat. Terræmotu uehementi, an.1356. concidit. Poſtea reparata, & ab Humberto epiſcopo, an.1400. Reip. uendita.*

VALENBVRGA *cum arce & oppido, uallum olim Romanorum, unde nomen. Niſi ab Alemannis Vualenburg, hoc eſt, Francorum, quaſi peregrinorum burgum, fuerit appellatum. Alij à ſylua, Vualdenburg uocant. Comitibus Vroburgenſib. paruit. Inde ad epiſcopum Baſilienſem translatum, ab Humberto ſub Sigiſmundo Cæſare Reip. oppigneratum.*

RAMSTEINA *an.1303. à Baſilienſib. euerſa. Rodolfo Barone Ramſtenio an.1459. defuncto, ad Rempub. peruenit.*

MVNCHENSTEINA *Monachorum nobilium arx, terræmotu cum cæteris concuſſa, à* Thuringo Monacho, *Maximiliani* Imp. *permiſſu an.* 1518. *Reip. uendita: uicina* DORNACO *arci, quam* Solodorenſes *an.* 1484. *à* Bernardo *de* Eſringen *ciue* Baſilienſe, *pecunia à* Rep. Baſilienſe *mutuo accepta (tantus tunc temporis in noſtris ciuib. finium promouendorum contemptus erat) emptam,* XV. *poſt annis* Heluetiorum *ope contra* Auſtriacos *defenderunt.*

VARTENBERGA, *arces tres ſpeculares, quod nomen ſatis indicat, terræmotu an.* 1356. *diſiectæ.* Robur Valentiniani *quibuſdam, prope* Baſiliam *à* Valentiniano II. *contra* Alemannos *conditum.*

AVGVSTA Rauraca, *ad* Ærgitiæ *oſtia, à* L. Munatio Planco *colonijs frequentata, ab* Attila *uidetur exciſa ſub an.* 451. *Trans torrentem pagus* Auguſtæ *nomen retinet,* Auſtriacis *ſubiectus: cis torrentem, ponti lapideo* Diuerſorium *publico nomine à* Baſilienſib. *an.* 1540. *adiunctum.* Viſuntur *illic ueteris urbis rudera, quinq; turres ceu ſpiracula cryptarum quarundam, duæ quadratæ, tres ſemicirculares.* Item Aquæductus Liechſtallum *uerſus.* Pontis *inſuper ueſtigia in* Rheno, *cui in aduerſa ripa arcis rudera reſpondebant.* An *acropolis hæc fuit, reliqua urbe lignea exiſtente?* An *hoc caſtrum* Rauricenſe, *ab* Attila *euerſum?*

ROTHVSA Rheni *ripæ imminet, à* Paulinis Eremitis *ſodalibus habitatum.* Poſt *à* Beguinis. Nunc *à priuatis ciuibus.*

SCHOENTHAL *ſupra* Vualenburgam *arcem* Benedictinæ *profeſſionis olim, ab* Vrøburgenſib. Comitib. *an.* 1150. *monialib. data.*

ENGENTHAL *propè* Vuartenbergam *arcem, ſororum de tertia* Franciſci *regula olim.*

ATHENAE GALLICAE.

IN *maxima illa & celeberrima* Pariſiorū *urbe* LVTETIA, *non tā quæ obſeruata ſint, quàm quæ à nobis, dum ſtudiorum cauſa illic hæreremus, obſeruari deberint, è multis & memorādis pauca quædam, quæq; in ſenſus omnium ferè incurrunt, recenſuri, conſiderationem aliam inſtituemus*

- Generalem, *totius* Agri Pariſienſis. CAP. XII.
- Particularem
  - Metropoleos, LVTETIAE *ſcilicet, tū in*
    - Genere. CAP. XIII.
    - Specie: *ſecundum ſpecies cō ſideratas*
      - Materialiter. CAP. XIV.
      - Formaliter. CAP. XV.
  - Agri *reliqui, tum* Suburbani, *tum* Remotioris. CAP. XVI.

PARI-

PARISIORVM *conſideratio* GENERALIS.

CAP. XII.

- PARISIOS *uniuerſim conſideramus quo ad*
  - Locum: *ſecundùm*
    - Materiam. *Loca*
      - Quot *&* *Quæ*
        - Inhabitantur.
        - Coluntur.
      - Qualia: *quæ*
        - Temperies.
        - Commoditas.
    - Formam: *uti*
      - Locatur. *Huc*
        - Clima.
        - Fines.
      - Locat:
        - Circuitus.
        - Diſpoſitio.
    - Efficientem:
      - Inhabitantem, *Poßidentem.*
      - Deſtruentem.
  - Locata: *ut ſunt*
    - Homines. *Horum*
      - Materia. *Qui, Quales.*
      - Forma. *Politia.*
    - Res *quæuis aliæ.*

NOMEN.

PARISII *populi uel in Paridis Troiani memoriam, uel à Parrhaſijs Aſiaticis Herculis comitibus, uel ab Iſide, παρ' ἴσιος, hoc eſt, prope templum Iſidis, cuius ſtatua ad D. Germani Pratenſis paucis antè annis adhuc extabat (Idolum S. Germani uocabant.) an. 1514. ſublata, & crux rubra ab Epiſcopo Melunenſe ſubſtituta. Alij Melunum ἴσιος dictum uolunt: Vrbem ei uicinam παρ' ἴσιος.*

FINES.

Ager fluminib. Sequana, Matrona, & Oiſa circumſcribitur, Francia propriè dicta.

LVTETIAE *conſideratio in* GENERE.

CAP. XIII.

LVTETIAM *conſideremus ſecundum*

- Nomen.
- Res, *quo ad*
  - Cauſas. *Quæ*
    - Materia: *uidelicet*
      - Homines, *Qui, Quot, Quales.*
      - Res:
        - Loca *quæ, Vrbana & Suburbana, Quanta, Qualia.*
        - Locata.
    - Forma: *reſpectu*
      - Rerũ. *Vti Vrbs ipſa*
        - Locatur:
          - Clima *quod.*
          - Situs *qui, Circumſcriptio, Vicinia.*
        - Locat:
          - Ambitus, *Figura.*
          - Diſpoſitio, *tum*
            - Generalis.
            - Spe*cialis,*
              - Villæ.
              - Ciuitatis *ſeu Inſulæ.*
              - Vniuerſita*tis.*
      - Hominum: *quæ*
        - Politia *publica*
          - Eccleſiaſtica.
          - Scholaſtica.
          - Politica.
        - Oeconomia priuatorum.
    - Efficiens.
  - Accidentia.
    - Motus *qui: utputa*
      - Seditiones.
      - Expeditiones.
      - Incendia.
      - Inundationes.
      - Peſtilentiæ.
      - Clades, *Incurſus hoſtiles.*
    - Tempus.

NOMEN.

NOMEN.

Lutetia, uel à luto, propter paludes uicinas (quarum Cæſar lib. 7. commeminit) uel à gypſi fodinis proximis, quaſi λουκοτειχία, quòd ferè tota cruſtario opere conſtet. Ciuitas Iulij à Boëtio uocatur, quòd multa illic ædificarit. Palatiũ Thermarũ uulgò dictum quidam illi tribuũt.

HOMINVM Ingenia, Mores, Artes Frequentia.

ὡς ἐρημία, καὶ ἐρημία μεγάλη, ἡ μεγάλη πόλις. Grandia ſic magnis ſunt mala iuncta bonis.

An. 1466. cenſa Pariſienſiũ ciuiũ qui arma ferre poſſent ſub Ludouico XI. CIV millia.

LOCA Vrbana & Suburbana.

Hæc ex Diſpoſitione infrà petantur.

CLIMA.

Sub eleuatione poli 48. G.

SITVS.

Loco paluſtri ciuitas Maior: ſita unde Lutetiam dictam putant. Forum primarium hodie in Inſula urbis nomen retinet, Marche palus dictum, quaſi forum paludoſum. Cæſar lib. 7. Com. paludum Pariſienſium meminit. Minor loco editiore poſita.

FIGVRA.

AMBITVS VRBIS.

Vetus urbs in Inſula olim fuit: quæ cùm tantam hominum multitudinem capere non poſſet, in utranq; continentem ueluti coloniæ deductæ fuerunt. Itaq; Villa primùm (deinceps etiam Vniuerſitas) ueluti ſuburbana fuit Lutetia, poſtmodum urbi adiuncta. Cui rei portarum nomina, Baudeſia, Bracca, Coquillearia etiamnum atteſtantur. Cæterum cùm auctis opibus, ut regiæ aulæ, ſic etiam urbi maior ſubinde accederet frequentia, illis murorum terminis coërceri non potuit, ſed pomœria eouſq; protendit, ut cùm ſuburbia non minimam partem ciuitatis conſtituere uiderentur, eiuſdem iuris priuilegio per Carolum V. donarentur, mœnibus deinceps incluſa: quorum ueſtigia adhuc extant. Verùm neq; his murorum terminis fœcunditas urbis circumſcribi ita potuit, quin extra urbem uel neceſsitatis uel uòluptatis ergò noua ſubinde conſtituerentur ædificia: donec tandem prædicto murorum ambitu comprehenſa fuere. Quibus cùm noua inſuper accederet ſuburbia, hanc tantam luxuriem an. 1548. Henricus II. compeſcendam ratus, ædificijs quidem iam perfectis pacem dedit, imperfecta uerò demoliri, neq; ulla noua extrui uoluit.

DISPOSITIO GENERALIS.

Sequana ab Auſtro illabens, Pariſiorum urbem maximam primùm in duas partes ſecat: quarum maior atq; Dextra, humilior eſt, ad Ortũ & Septentrionẽ uergẽs, Villaq; uulgò dicitur: Siniſtra, ad Auſtrum & Occidentem, minor, & editiore loco ſita, Vniuerſitas uocatur. Media eſt Inſula, quam Ciuitatem uulgò appellant, Sequana undiq; cincta, pontibus duobus Vniuerſitati, tribus Villæ coniuncta.

DISPOSITIO SPECIALIS Villæ Pariſienſis.

Lunæ διχοτόμου ſpeciem prębet hinc Sequana, illinc mœnibus & uallis & foſſis in hemicycli figuram circumdata, Portas habet ſeptem. A' ſuperiore ad Sequanam, quæ D. Antonij eſt, exorſi, ad inferiorem Nouam Sequanę

proximam, lineis ad Inſulę pontes tanquàm ad centrum deductis, partes præcipuas deducamus.

¶PORTA D. ANTONII *ingredienti, à ponte Chalantonio, qua Sequanæ Matrona iungitur, & à Viuario Vicennarum, per plateam D. Antonij magnam*

Ad Siniſtram:

Baſtilia arx.
Officina tormentaria.
Cæleſtinorum monaſterium.
Sequanæ ripa.
Domus Briania.
D. Pauli templum.
Domus reginæ.
Domus præfecti Pariſiorum.
Aue Maria.
Porta Bodeſia cum Cruce.
S. Geruaſij templum.
Eiuſdem Hoſpitale.
S. Spiritus.
Domus publica Pariſienſium.
Area Greuenſis.
Fullonia ſublicis in Sequanam extenta.
Pons D. Virginis.

Ad Dextram:

Domus Engoliſmenſis.
Hippodromus. Turnelles.
D. Catharinæ uallis Scholarium.
D. Antonij.
Cœmiterium D. Ioannis.
Hoſpitale D. Geruaſij.

¶PORTA TEMPLI. *Ante illam Agger, le Baſtillon dictus. Ingredienti per magnã plateam Templi occurrit*

Ad Siniſtram

Templariorum fanum.
Orphanotrophium Puerorum rubeorum.
Milites S. Gulielmi cum albis tunicis.
Billetarum templum.
S. Spiritus.
Domus publica.

Ad Dextram *deflectendo:*

S. Marri cœnobium. an Audomari?
S. Boni templum.
Platea D. Martini.

¶PORTA

¶PORTA D. MARTINI. *Ante illam ſuburbium* D. *Laurentij, à templo eiuſdem nominis. Ingredienti per magnam plateam* S. *Martini ad*

Siniſtram:

S. Nicolai campeſtris fanum.

S. Martini campeſtris fanum.

S. Nicolai cœmiterium.

Hoſpitale S. Iuliani.

S. Marri templum.

Pons Virginis.

Dextram:

Crux.

Leænarum ὕλη.

D. Iacobi Laniorum.

Area Vitulorum.

Pons Virginis.

¶PORTA D. DIONYSII. *Ante eam S. Lazari noſocomiũ, & Mons Falconius. Per plateam magnam D. Dionyſij ad*

Siniſtram:

Fons. Cœmiterium Trinitatis.

S. Ægidij ſacellum.

S. Maglorij templum.

Sepulcrum Chriſti.

Hoſpitale D. Catharinæ.

Macellum maius.

Caſtellum maius.

Pons Molitorum.

S. Leofredi templum.

Pons Trapezitarum.

Pons Virginis.

Dextram:

Filiarum Dei cœnobium.

S. Saluatoris templum.

Hoſpitale S. Iacobi.

S. Innocentum templum & cœmiterium.

D. Oportunæ fanum.

Pons Molitorum.

¶PORTA *montis* MARTYRVM *ad*

Siniſtram:

Forum, cum Pila maleficiorum.

Dextram:

S. Euſtachij templum.

Forum.

Forum.
S.Innocentum.

¶PORTA S.*Honorij è ſuburbio, ubi forum Porcarium eſt, ad*

Siniſtram:

Bonorum puerorum.
S.Honorij templum.
Pœnitentium D.Magdalenæ.
Crux du Tiroir, ubi Fredegundim reginam equis diſcerptam aiunt.

Dextram:

CCC.cæcorum ptochodochium, proximum portæ.

¶PORTA NOVA, *ad*

Siniſtram:

Turris ſyluæ, Sequanæ imminens.
D.Thomæ
Arx Luparia.
Domus Alenconia.
Domus Borbonia.
S.Germani Auxerratis templum & collegium.
Monetæ locus & ſacellum.
Forum Epiſcopi.
Sacellum aurifabrorum. Vallis miſeriæ.

Dextram:

Sequanæ ripa.
Mola monetaria ſublicia.
Pons Molitorum.

CIVITATIS PARISIENSIS SIVE Inſulæ Diſpoſitio.

HÆC quatuor paruis inſulis ſuperioribus ordine ſitis táquàm obicibus cõtra uim fluminis defenditur, propter ſitus commoditatem primùm habitata, pontibus ligneis adeunda (ſicut Iulianus Apoſtata in epiſtola commeminit) totius urbis ueluti cor, propter Epiſcopale, Regiumq; palatiũ.

¶CORPORE *ſuo continet*

Superiore quidem

S.Dionyſij de paſſu.
S.Landrini.
Forum paludoſum. Marche palus.
D.Virginis Cathedrale templum.
D.Chriſtophori.
D.Magdalenæ.
D.Genouefæ Ardentis.

Hoſpitale

Hoſpitale magnum.

Inferiore *uerò,*

S.*Matthiæ.*

S.*Germani ueteris.*

S.*Petri in cathedra.*

S.*Crucis.* S.*Eligij.*

S.*Martialis.*

S.*Bartholomæi, feralium matutinarũ ſono (quo ipſo* Bartholomæi *die, an.*1572. *regẽ Chriſtianiſſimum, cõtra* Hugonottos,*uirtute alioqui inuictos, uigilantem, excitatum aiunt) famoſiſſimum templum.*

Horologium.

Palatium regium.

Sanctum ſacellum.

D.*Michaelis ſacellum.*

Camera rationum.

Hortus regius.

¶ALAS *habet*

Dextras *quidem*

Pontem D.*Virginis, rectà in plateam* D.*Martini ducentem.*

Pontem Trapezitarum medium.

Pontem Molitorum inferiorem, quo ad Caſtellum*, hinc in plateam* Dionyſia*nam itur.*

Siniſtras *uerò*

Pontem paruum, cuius caput ſiniſtrorſum ad Caſtellum *paruum, rectà in uiam* D. Iacobi Academici *ducit, dextrorſum ad pontem* Virginis.

Pontem D.Michaelis*, dextra ad* D.Bartholomæum *& pontem* Trapezitarum*, ſiniſtra per plateam* Citharæ *in* Academiam.

VNIVERSITATIS PARISIENſis diſpoſitio.

HÆC Galeri ſpeciem quandam exhibere uidetur, quo Caput tantæ urbis tegatur & ornetur, niſi quòd ſuburbijs lõgioribus deformatur. Portas habet ſeptem. Superior quidem Victoria, inferior porta Nella.

¶PORTA D. *Victoris,* Suburbiũ *cum cœnobio ampliſſ. per magnã plateam* S.Victoris *ad*

Dextram *uerſus* Sequanam

Turris Nella *ſuperior,* Sequanæ *imminens.*

Collegium Cardinalis.

S.*Remigij fanum.*

C.*Bonorum puerorum.*

S.*Nicolai Cardonneti.*

G Bernardi-

Bernardinorum collegium atq; templum.
Domus Lotharinga.
Area Maubertina.
D.Blaſij.
D.Iuliani pauperis.
Scholæ quatuor Nationum magnæ.
Forum piſcarium fluuiatilium.
Caſtellum cum ponte paruo.
Siniſtram plateas habet tranſuerſales multas uſq; ad Crucem.

¶PORTA D. MARCELLI ſeu Bordelli. Huius
Suburbium habet
S.Marcelli.
S.Hippolyti.
Minoritas.
Hoſpitale S.Marcelli.
Hoſpitale S.Medardi.
S.Medardi fanum.
Introitus per montem S.Genoueſæ deſcendens ad Mauberti aream.
Ad Dexteram habet
Collegium Turnonium.
Collegium Bonæ curiæ.
Collegium Alemannorum.
Collegium Nauarreum.
Collegium Marchicum.
Collegium Laudunenſe.
Ad Siniſtram:
D.Stephani templum.
D.Genoueſæ cœnobium.
Macellum D.Genoueſæ.
Domus Albretia.
Collegium Lombardorum.
Carmelitarum cœnobium.
C.Prellæum, P.Rami præfectura & cæde nobilitatum.

¶PORTA D. IACOBI,
Ante portam Suburbium. In eo
S.Iacobi de alto paſſu mon. & Hoſpitale.
S.Mariæ campeſtris mon. & Hoſpitale.
Ingreſſo per plateam D.Iacobi ad
Dextram:
S.Stephani Græcorum.
Collegium Lexouienſe.

Collegium

Collegium S.Michaelis,ſeu Cenale.
Collegium Montis Acuti.
Collegium S.Barbaræ.
Collegium Remenſe.
Fortereticum.
Coquereticum.
Cœnomanum.
D.Hilarij templum.
Schola Decretorum.
C.Bellouacenſe.
D.Ioannis Laterani.
C.Triqueticum.
C.Cameracenſe.
C.Cornouallenſium.
Pons paruus.
Siniſtram:
Iacobitarum ſeu Dominicanorum cœnobium.
C.Caluorum.
C.Sorbonæ.
S.Benedicti cœnobium.
D.Maturini.
D.Iudæ.
C.magiſtri Geruaſij Chriſtiani.
S.Seuerini.
C.Plexouienſe.
C.Marmontenſe.
Paruus pons.
¶PORTA S.MICHAELIS(ante eã Carthuſienſiũ cœnobiũ)per magnã plateã Citharæ.
Dextera:
C.Cluniacenſium.
Palatium Thermarum.
C.Octodecim.
Domus Haricuriæ.
Domus Cluniacenſis.
Pons D.Michaelis.
Siniſtra:
Collegium Haricuriæ.
C.Iuſtitiæ.
C.Theſaurariorum.
C.Baionium.
C.Seenſe.

C.Turonenſe.
Pons D.Michaelis.

¶PORTA S.GERMANI:
Ante portam Suburbium amplum.In eo
S.Sulpitij.
S.Patris ſacellum.
Forum D.Germani.
Noſocomium.
D.Germani cœnobium.
Ingredienti ad
Dexteram:
Minoritæ.
C.Boiſsiacum.
D.Coſmæ & Damiani fanum.
Siniſtram:
Domus Rothomagenſis.
C.Burgundum.
D.Remenſis.
C.Mignonium.
C.Præmonſtratenſium.
C.Dinuilleum.

¶PORTA BVSSIA uicina per plateam S.Andreæ ad
Dexteram:
Cœmiterium.
S.Andreæ mechanicorum.
C.Authunenſe.
Siniſtram:
Domus Dionyſiana.
D.Niuernenſis.
Pons Michaelis.

¶PORTA NELLA (ante eam Pratum clericorum) ad
Siniſtram:
Turris Nella,Lupariæ oppoſita.
Ripa Sequanæ.
Dextram:
Domus Nella.
Auguſtinianorum Cœnobium.
Collegium S.Dionyſij.

FORMA POLITIÆ.

Epiſcopus Pariſienſis ſpiritualibus præeſt.

Vrbs *regi paret. Habet tamen ſuam peculiarem iuriſdictionẽ. Suburbijs idem ius cum urbe conceßit Carolus* V. *an.* 1374.

Academia *Rectoris unius arbitratu regitur, magiſtratu trimeſtri.*

Extrvctores, Avctores.

Ciuibus *Pariſienſib. iura nobilitatis conceßit Carolus* V. *rex, an.* 1371.

Philippus *Auguſtus urbis alter Romulus an.* 1090. *Eſcheuinos (uiros conſulares, ueluti Capita) urbi dedit: loco inſignium nauem, lilijs aureis ornatam. Silice conſtrauit uicos: muris circumdedit. Caſtellum maius reparauit. Turrim Lupariam extruxit, cui omnes arces totius Galliæ parerent, à Franciſco I. an.* 1529. *demolitam, & in regiam conuerſam. Viuarium ſyluæ Vicennarum muris incluſit.*

Seditiones.

Iudæi *à Philippo Auguſto Pariſijs pulſi, an.* 1182.

Seditio *Pariſienſis à plebe contra opulentos domorum locatores concitata, an.* 1306. *Auctores ad* XXIIX. *ſuſpendio necati.*

Seditionibus *miſerè agitata ciuitas, capto ab Anglis rege Ioãne, ob factiones inter Carolum Delphinum, & regem Nauarreum Anglis fauentem.*

Seditione *mota ſub Carolo* VI. *contra quæſtores regios (cùm obolum uidiſſent à muliere naſturtium uendente exigi) carceres effringunt, quoſdam ad aras trucidant. Rex è Flandria rediens armatus urbem intrat,* CCC. *ſuſpendio placatus, cæteris ignoſcit, an.* 1383.

Aurelianenſis *ducis (contra Ioannem ducem Burgundum, cui Pariſiẽſes Lanij duce Io. Cabocho fauebant) factio urbem ſub Carolo* VI. *miſerè afflixit. Occupatam à Delphino, Burgundus recepit, eandemq; Anglis Philippus Ioannis F. cum rege amente & regina tradidit.*

Incendia.

Pariſiorum *urbs ſub Childeberto rege miſerrimè conflagrauit, ſolis Templis flamma pepercit: cùm prius ciues falsò ſibi perſuaſum haberent, nec incendio urbem corripi, nec ſerpentes in agro ſuo uiuere poſſe. Greg. Turon. lib.* 8.

Iterum, *an.* 1134. *ſub Henrico* I.

Inundationes.

Sub *Philippo Auguſto Sequana Lutetiam inundauit, & pontem minorem deiecit, ad templi Cathedralis, quod D. Virgini ſacrum eſt, exterioris ambitus ſtatuas ad Septentrionem poſitas aſcendit, ubi hæc leguntur:*

> *Noz cotes crotees deſcrotées furent,*
> *Et noz faces trop mieulx en lurent.*

An. 1280. *Sequana inundans pontes Pariſienſes fregit.* Iterum *an.* 1296.

Sequana *gelu adſtricta: eo ſoluto, pontes impetu glaciei fracti, an.* 1325.

An. 1373. *Sequana per menſes duos urbem inundauit, ut nauiculis per plateas S. Dionyſij & S. Antonij iretur.*

Sequanæ *glacies pontes fregit an.* 1407.

Sequana *inundauit an.* 1496. *Inſcriptio teſtis in Valle miſeriæ.*

PESTILENTIÆ.

Grauiſſ. *lues an.* 1436, *recepta de Anglis urbe, lupis quinetiam in urbem ipſam irruentib.*

INCVRSVS HOSTILES.

Sub *Dagoberto Normanni Lutetiam immaniter uaſtarunt.*

Sub *Carolo Craſſo an.* 885. *Normanni fruſtra obſeſſa urbe, monaſteria ſuburbana D. Germani & S. Genoueſæ exurunt. Canonici D. Genoueſæ etiamnum hodie in Litanijs ſuis cantant, A furore Normannorum libera nos Domine: neq; ullum natione Normannum in collegium recipiunt.*

An. 1539. *Carolus V. Imp. Pariſijs regio luxu exceptus eſt. Quinquennio poſt cùm infeſto exercitu in fines Pariſiorum ingreſſus eſſet, multi turpi fuga urbem deſeruere.*

LVTETIAE *conſideratio ſecundùm* MATERIALES *ſpecies.* CAP. XIV.

IN *Materiali theoria occurrunt certi quidam ordines et ueluti loci ſimilium tum*

- Rerum: *utputa*
  - Locorum: *Quæ, Qualia, Quot*
    - Suburbia.
    - Templa. Cœnobia.
    - Gymnaſia, *Collegia.*
    - Prætoria.
    - Officinæ *mechanicorum.*
    - Plateæ. Pontes. Portæ. Domus.
    - Mœnia. Foſſæ. Arces.
    - Propugnacula. Turres. Fontes.
    - Cauponæ. Xenodochia. Noſocomia.
    - Carceres. Areæ. Cœmiteria.
    - Sepulcra.
  - Locatorũ
    - Inanimatorũ:
      - Ædificia magnifica.
      - Statuæ, *Imagines, Picturæ.*
      - Mechanica *opera quæuis alia.*
      - Inſcriptiones. Exuuiæ.
    - Animatorum: *ut*
      - Arborum.
      - Brutorum.
- Hominum: *quo ad*
  - Eruditionem.
  - Reip. *adminiſtrationem.*
  - Peritiam *mechanicam.*
  - Robur.
  - Opulentiam. Nobilitatem *generis.*

SVB.

SVBVRBIA Pariſienſia.

Vniuerſitatis *quinque*:
S. Germani.
S. Michaelis.
D. Iacobi.
D. Marcelli.
D. Victoris.

Villæ *totidem*:
Templi.
D. Martini.
S. Dionyſij.
Montis Martyrum.
S. Honorij.

TEMPLA.

S. Geruaſij *templum in duas parochias diuiſum, alteram Geruaſij, alteram S. Ioannis Greuei, an.* 1212. *propter multitudinem populi.*

S. Sepulcri *Hieroſolymitani templum, an.* 1327. *extructum.*

D. Euſtachij *Cathedralis, ædificio magnifico cœpta, an.* 1532.

Templum S. Oportunæ. *Sacellum ibi dicatum* D. Virgini, *quam* S. Mariam de *Sylua uocant, quòd ea loca olim ſyluis ſcatebant.*

S. Honorij *canonicale templum, an.* 1204.

Templum Cathedrale D. Virginis, *à Philippo Augusto (iactis multò antè fundamentis incerto auctore) ædificari cœptum, an.* 1257. *ex Galliæ miraculis præcipuum. Centum uiginti columnis ſuſtinetur, inter quas* CIIX, *è ſaxo ſolido, ſed minores,* XII. *maximæ. Chorus in medio templi. Longitudo paſſuum* 174. *Latitudo* 60. *Longitudo* 100. *Chorus lapide cinctus, hiſtorijs è nouo & ueteri teſtamento inſculptis, an.* 1351. *abſolutis. In ambitu habet ſacella* 45. *ferreis clathris munita. In fronte tres portæ bifores, ſtatuis* XXIIX. *regum inſignes. Ad latera quatuor Turres ſeu moles uerius campanariæ, altitudine* 34. *cubitorum. Campana maxima Maria dicta,* XX. *uiros requirit, dum pulſatur: ſonitus eius ſereno cœlo per ſeptem leucas exauditur.*

S. Genouefæ *Ardentis, prope templum cathedrale, quòd arca eius ad* D. Virginis *ſolenni pompa delata, ignis ſacer, quo multi peribant, ceſſarit.*

D. Bartholomæi. *À rege Lothario corpus* S. Maglorij *è Britonibus allatum in regio ſacello depoſitum, ibiq; cœnobium inſtitutum, an.* 975. *Maglorio inde, extra urbem translato, in parochiam abijt: cuius primus parochialis eſt* Rex *ipſe, propter uicinum* Palatium, *non ueſpertinis tantùm, ſed & matutinis precibus contra* Hugonotos.

Sanctum *Sacellum in* Palatio Regio, *à* D. Ludouico *extructum. Ædificium audaciſſimum inter omnia ciſmontana, cùm ſacellum ſacello fornicato incumbat, nullis columnis medijs, ſed lateralibus tãtùm ſuffultum. Porta inferior ueram imaginem* D. Virginis, *ſuperior* Ieſu Chriſti *continet. A* Balduino Imp. *Conſtantinopolitano ſacræ reliquiæ* Venetis *oppigneratæ, & à Gallo redemptæ, illic repoſitæ: corona ſpinea, toga purpurea, arundo, ſpongia, ſudarium, mappa cœnæ ultimæ, an.* 1247.

S. Marcelli *epiſcopi* Pariſienſis *canonicale templum, à* Rolando *comite* Bleſenſi, *nepote* Caroli Magni, *extructum.*

COENOBIA.

Celeſtinorum, *à* Carolo V. *rege ædificatum.*

Templa.

Templariorum *circuitus ſpacioſiß. urbis inſtar. Templarijs an.* 1309 *uiuis exuſtis, bona* Hoſpitalarijs S. Ioannis *aßignata.* Templum *extructum ad imitationem* Hieroſolymitani.

Cœnobium Pœnitentium D. Magdalenæ, *an.* 1492. *inſtitutum.*

S. Antonij *Parui monaſterium à* D. Ludouico *fundatum.* Ibi Crocodili *exuuiæ uiſuntur.*

S. Catharina *Vallis* Scholarium, *cœnobium à* D. Ludouico *extructum, ob uictoriam* Bouinenſem, *an.* 1214.

Monaſterium Alborum *palliorum* Guillermitarum, *an.* 1160. *inſtitutum.*

S. Maglorij *à* Ludouico Iuniore *an.* 1138. *extructum, translatis eò ex* S. Bartholomæi *templo nimis anguſto monachis.*

S. Eligij *cœnobium* Benedictinum, *pulſis inde monialibus libidinoſis, & in montem* Martyrum *translatis, à* Paſchali II.

Billetarum *templum.* Domus Iudæi, *qui hoſtiam à* Chriſtiana *femina mercatus cultro confoſſam, igni & aqua fruſtra tentarat perdere, an. ſal.* 1290. *à* Philippo Pulchro *rege in templum conuerſa, & monialib. certis donata.*

D. Martini *Campeſtris ab* Henrico I. *rege cum ampliß. priuilegijs* Canonicis *regularibus datum.* A Philippo I. *an.* 1069. Cluniacenſes *introducti.*

D. Nicolai *Campeſtris à* Roberto *rege extructum templum.*

Filiarum *Dei, prope portam* D. Dionyſij. *Eæ noxijs ad ſupplicium ductis tres panis bolos cum uino porrigere conſueuerunt.*

D. Victoris *cœnobium* Canonicorum *regularium* S. Auguſtini *à* Ludouico Craſſo *an.* 1113. *uictoria de perduellionib. parta ædificatum. Sub* Franciſco I. *reparatum magnificè.*

Templum SS. Petri & Pauli *à* Clodoueo *ædificatum, hortatu* D. Genouefæ *an.* 499. *Ibi ſepulta* Genouefa *an.* 521. Canonicorum *ſecularium primùm, poſt à* Ludouico Craſſo Regularium. *An.* 1483. *turris* D. Genouefæ, *poſt* 900. *an. fulmine conflagrauit.*

Carthuſienſium. S. Ludouicus *rex domum ſuam* Carthuſienſib. *dono dedit, an.* 1259.

D. Virginis *Campeſtris à* Roberto *rege extructum cœnobium. In cœmiterij ingreſſu uetuſtiß. imago* Virginis, *auro & argento picta, cum inſcriptione.*

Carmelitarum *ordo à* S. Ludouico *rege ex monte* Carmelo Lutetiam *traductus,*

S. Ioannis Lateranenſis Hoſpitaliariorum *in* Academia.

Prædicatorum *cœnobium,* Iacobinorum *dictum, à* D. Ludouico *rege inſtitutum.*

S. Maturini, *ordinis militum* Trinitatis, *pro redemptione captiuorum à* D. Ludouico *inſtitutũ.*

Præmonſtratenſium, *an.* 1210. *cum cœmiterio ampliß. pro pauperib. In platea* S. Dionyſij.

Franciſcanorum *à* D. Ludouico *rege inſtitutum.*

Auguſtinianorum *heremitarum à* D. Ludouico *inchoatum, à* Carolo V. *auctum.*

S. Germani *Pratenſis cœnobium* Benedictinorum, *à* Childeberto *ſecundo rege* Chriſtiano *extructum in honorem* S. Vincentij: *poſt ſepulto illic* D. Germano *epiſcopo* Pariſiẽſe, *nomen eius traxit. Opulentia nulli cœnobio cedit, priuilegijs & iuriſdictione liberrimum. Muris clauditur. Forum habet annuum.*

COLLEGIA STVDIOSORVM.

Collegium Nauarreum *omnium pulcherrimum, à* Ioanna Nauarrea Philippi Pulchri *uxore an.* 1304. *extructum.*

Collegium

Collegium Cardinalis *Monachi, in platea Victoriana, à Ioanne Monacho Picardo Cardinale ædificatum ſub Philippo Pulchro.*

Collegium Montis *acuti, an.* 1 4 9 0. *à Ioanne Standone Theologo inſtitutum: pauperibus ſtudioſis, Capettis dictis, certa data ſtipendia.*

Collegium Dormientium, *ſeu* Bellouacenſe, & Preleum, *à Ioanne Cardinale epiſcopo Bellouacenſe, Gulielmo Cancellario Galliæ, & Milone archiepiſcopo Andegauenſe fratribus, qui Dormientes dicebantur, ſub Carolo V. rege ædificatum, an.* 1 3 7 8.

Bonorum *puerorum collegium, à Iacobo Corde Bituricenſe inſtitutum, an.* 1 4 5 0.

Collegium Remenſe *anno* 1 5 5 0. *arſit.*

Robertus de Sorbona Theologus D. Ludouico regi familiaris collegium Sorbonæ *inſtituit.*

Collegium Danuilleum *prope Minoritas, à Io. Danuilleo ſecretario regio extructum ſub Carolo V. rege, an.* 1 3 7 0.

Authunenſe, *in platea S. Andreæ Artium, à Petro Bertrando epiſcopo Authunenſe Cardinale (qui Petri Cugnetij, Eccleſiaſtica bona in fiſcum regiam redigere uolentis, conatib. reſtitit) inſtitutum ſub Philippo Valeſio.*

Bernardinorum *collegium atque Templum à Benedicto* XII. *Pp. ædificatum, à Gulielmo Cardinale Toloſano bibliotheca &* XVI. *ſtudioſorum ſtipendijs, qui Theologiæ operam darent auctum.*

Collegium Picardorum, *dictum* Choletorum, *à Ioanne Choleta Cardinale extructum, an.* 1 2 8 3.

Turonenſe, *ab Stephano Burgolio archiepiſcopo Turonenſe, an.* 1 3 3 3.

Collegium Cenomanum *abſolutum an.* 1 5 2 8.

Burgundorum *collegium, ab uxore Philippi Longi regis, filia Othonis Imp. Burgundiæ comitiſſa, extructum.*

PRÆTORIA.

Palatium *regium à Philippo Pulchro ædificatum.*

Camera *aurea, ubi appellationes uerbales deciduntur, magnificis & ingenioſis picturis & cælaturis ornata. Leo illic aureus, capite demiſſo, cauda ſubducta, litigantes ſui admonet officij. Sub Ludouico* XII.

Camera *Rationum (des Comptes) à Ludouico* XII. *extructa regio ſumptu.*

OFFICINÆ Mechanicæ.

MEMBRANARIORVM *ad pontem D. Michaelis.*

FVLLONVM, *prope S. Ioannem Greuenſem, in Sequanam ſublicis protenta.*

MONETARIORVM *prope Lupariam arcem: præſertim uerò Mola monetaria Sequanæ ſublicis impoſita.*

Apud Celeſtinos Officina *regia tormentorum æneorum.*

PLATEÆ ſupra CCCC. Inter eas principes

VILLÆ *quidem hæ ſunt principes plateæ:*

D. Antonij. | Templi *uetus & noua.*

Ad *ripam Sequanæ.* | D. *Martini.*

H D. *Dionyſij*

D.Dionyſij.
Montis Martyrum.
VNIVERSITATIS uerò iſtæ:
S.Victoris.
S.Marcelli ſiue Lupanaris.inde
S.Iacobi.
S.Germani.
D.Honorij.
Luparia,ad ripam Sequanæ.
Celeſtinorum ad ripam Sequanæ.
Montis D.Genouefæ.
S.Michaelis,& Citharæ.
Auguſtinianorum,ad ripam Sequanæ.
CIVITATIS denique:
Pontes ipſi.
Via ad Cathedralem.
Via ad Palatium.

PONTES.

Inſula media,Ciuitas dicta,tribus pontibus Villæ iungitur,D.Virginis,Trapezitico & Molendinario:duobus Vniuerſitati,Paruo & Michaelio. Quorum D.Virginis & Paruus è lapide ſunt conſtructi,reliqui tignis & ſublicis impoſiti.

Pons D.VIRGINIS,an.1417.è tignis conſtructus, longitudine LXX.paſſuum, latitudine XIIX.Ordines XVII.ordo quiuis XXX.tignis cõſtabat. Ædes utrinq; lateritiæ pari magnitudine et altitudine ſexaginta impoſitæ. Octogeſimo pòſt anno ſub Ludouico XII. mole ſua corruit. Refectus eſt ſummo artificio ſex arcubus lapideis. Domus 68. æquales,aureis notatæ literis ſuperſtructæ.Pauimentum lapide cõſtratum,ut pontem eſſe multi neſciant.

Pons PARVVS reſtauratus ſub Carolo VI.ex Iudæorum multis.

Pons S.MICHAELIS, quæ ad portam Inferni, S.Michaelis dictam,ducit, ædificatus ab Hugone Aubrioto præfecto Pariſienſe,ſub Carolo VI. Nauium impetu conuulſus ruit, an. 1547.Refectus idem,& æqualibus domib.lateritijs ornatus.

PORTÆ.

VNIVERSITATIS:
S.Victoris.
S.Marcelli ſeu Bordelli.
S.Iacobi.
D.Michaelis.
D.Germani.
Buſſia.
Nella.
VILLÆ, aliæ
Nouæ Exteriores:nimirum Porta
D.Antonij.
Templi.
S.Martini.
S.Dionyſij,cum Regia.
Montis martyrum.
D.Honorij.
Noua.

Veteres Interiores, eiuſdem ferè nominis atq; numeri ueteribus mœnijs adiunctæ fuerant: infima arcis Lupariæ,ſuprema D.Antonij:Falſas portas appellabant,quòd ſpeciem tantùm non uſum portarum præberent,poſteaquam nouæ exteriores ſucceſſere.Eas proinde Franciſcus I.ad decorem urbis demolitus eſt.

CIVI-

CIVITATIS.

Quatuor hæc olim portas habuiſſe uidetur, ad quatuor pontium capita. Caſtelli *maioris, ſeu* Pariſienſis. *Superior, ad* Pontem Virginis. Inferior *ſiue* Inferni *porta ad pontem* Trapezitarum. Caſtellum *minus, ad* Pontem paruum, *&* quarta Ad D. Michaelis.

DOMVS Publicæ, Priuatæ.

An. 1549. domus Pariſienſes *ad* X.M. *numeratæ, exceptis ſuburbijs, pontib. collegijs, foris* XI. *templis & cœnobijs.*

Domus *regia uicina* Palatio. Domus Nella.

		Burgunda.
Flandra.	*Lotharinga.*	*Lugdunenſis.*
Arteſia.	*Niuernenſis.*	*Feſcampia.*
Reginæ.	*Alenconia.*	*Heureſia.*
S. Pauli.	*Sennonum.*	*Tiſonia.*
Grauillæ.	*Remenſis.*	*Bellouacenſis.*
Clichonia.	*Cluniacenſis.*	*Bituricenſis.*
Aurelianenſis.	*Dionyſiana.*	*Rothomagenſis.*
Bauara.	*Auxerrenſis.*	*Sauoiſia.*
Andegauenſis.	*Laudunenſis.*	*Clarmontia.*
Albretia.	*Barbea.*	*Cabillonenſis.*

Palatium THERMARVM *prope* D. Mathurini. *Quidam à* Iul. *Cæſare conditum aiunt. Cœnaculum illic eſt fornicatum, cui hortus cum arboribus imminet. Nomen uel à terminis tributorum, quæ illuc conferebãtur, uel à thermis* Iuliani *Apoſtatæ, aquis è pago uicino Gentillio eò deductis.*

DOMVS *publica* Pariſienſium, *an. 1533. cœpta à fundamentis extrui, ſub* Franciſco I.

Vallis *miſeriæ è regione* Caſtelletti, *an. 1550. reſtituta.*

Caroli *Sauoiſij domus ob ſagittam in* D. Catharinæ *ædem, ubi* Rector *ſacris intererat, à quodam (orta inter ſtudioſos atq; ciues, ob aſperſum luto ſcholarem, contentione) directam, demolita an. 1404. poſt 112. an. demum permiſſu* Academiæ *reædificari cœpta, teſte inſcriptione ad* D. Catharinæ *in* Valle Scholarium.

MOENIA.

Ciuitas *muris olim cincta, quæ inferiore parte* Palatium *&* Domum *regiam adhuc circumdant. Reliqua deiecta.*

Villæ *pro incrementi ratione* Vetera *mœnia contractiora fuere. Ad arcis* Lupariæ *caput orſa,* D. Euſtachium, D. Iacobi *hoſpitale, hoſpitale* D. Iuliani *complectebantur, iuxta ſacellum* Braccorum *ad* D. Catharinæ *Vallis Scholarium aſſurgebãt,* D. Antonij *portam, à uicino templo dictam continebant, hinc ad monaſterium* Aue Maria, *Sequanæ uicinum, deſinebant. Succeſſere* Noua, *quibus ſuburbia etiam incluſa fuere, uallo atq; foßis è* Sequana *irriguis munita, uetuſtis illis uel demolitis, uel in priuatarum ædium uſum conuerſis.*

Vniuerſitas *& ipſa mœnibus cincta, ſed foßis propter loci ſitum ſiccis.*

ARCES.

MAIVS *Caſtellum à Iulio Cæſare ædificatum aiunt.* Prima olim porta *Pariſiorum.* Marcel*linus* Lutetiam *appellat Caſtellum* Pariſiorum.

CASTELLVM *paruum,ſub* Carolo VI.*refectum à præpoſito Pariſienſe,contra nocturnas* Scholarium *graſſationes.*

Arx BASTILIA *ædificari cœpta regijs impenſis an.*1369.*ſub* Carolo V.*rege,per* Hugonem Aubriotum *præfectum* Pariſienſem,*qui poſt hæreſeos nomine in perpetuos carceres relegatus fuit.*

TVRNELLENSIS & LVPARIA *arx,item* D.GERMANI *Layenſis à* Carolo V.*rege ædificatæ.Lupariam* Franciſcus I.*ampliare cœpit,*Henricus II.*abſoluit, an.*1558.

PROPVGNACVLA.

Propugnacula *ad portas* D.Antonij, *Templarios,* D.Michaelis, D.Iacobi, *ſub* Franciſco I. *rege extructa.*

TVRRES.

Turrim *Lupariæ maximam,cui omnes totius Galliæ arces parerent,* Franciſcus I. *ut area regiæ maior fieret,demolitus eſt.*

Turris *in cœmiterio* Innocentum, *in urbis primordijs contra latrocinia ædificata, cùm uicina loca omnia ſylueſtria eſſent.*

Turris Billia, *puluere pyrico plena,cælitus fulmine diſiecta, uicina templa & monaſteria* Celeſtinorum,S.Pauli,Geruaſij,Victoris,Marcelli *maximis affecit damnis,an.*1538.

XENODOCHIA, PTOCHODOCHIA, NOSOCOMIA, ORPHANOTROPHIA.

VILLÆ *quidem ſunt iſta:*

S Geruaſij. S.Catharinæ.

S.Lazari,*ante portam* Dionyſianam. S.Euſtachij.

Domus CCC.*cæcorum à Saracenis excæcatorum,à* D.Ludouico *condita.*

S.Iacobi *in uico* Dionyſij, *templum & xenodochium peregrinorum* D.Iacobi Compoſtellani,*à* Carolo Magno *extructum.*

Orphanotrophium *Rubeorum prope* Templarios, *à* Margarita Nauarrea *inſtitutum, an.*1538.

Alterum *in Xenodochio* Trinitatis,*an.*1549.*conditum.*

CIVITATIS *uerò:*

Domus Dei *magna Pariſienſis prope* D.Virginis.*Latus Septentrionale* Antonij Pratenſis *cancellarij ſumptibus abſolutum,an.*1535.*Effigies eius &* Franciſci *regis in introitu.*

ACADEMIÆ *denique:*

S.Medardi *hoſpitale.* S.Patris *noſocomium.*

S.Iacobi *de* Alto *paſſu hoſpitale.* D.Virginis *campeſtris hoſpitale.*

SVP-

Svppliciorvm Loca.

In *areis urbis malefici pleƈtuntur.* Cadauera *poſt in montem* Falconium *extra portam* D. Martini *transferuntur.* Quem *cùm* Petrus Remigius *theſaurarius & regni gubernator ſub* Carolo Pulchro *inſtauraſſet, æmuli noƈtu columnæ inciderunt hoſce uerſus,*

En ce gibet icy emmy Sera pendu Pierre Remy.

Reus repetundarum ſub Philippo Valeſio *ibidem ſuſpenſus eſt.*

Areæ.

Greuenſis. Templaria. Luparia.

Fora *omnia, præſertim quæ in compitis ſunt,* Carrefours *uocant, quaſi fora quadriuia, quæ undiquaq; adiri queant.*

Cœmiteria.

Cœmiterium S. Ioannis *Greuenſis, in area domus* Petri Craonis, *ob* Conneſtablium *uulneratum an.* 1392. *ſub rege* Carolo VI. *demolitæ.*

Cœmiterium S. Innocentum *ampliſſ. muris à* Philippo Auguſto *circumdatum, ſepulcrorum numero & ſceletis admirandum. Cadauera nouem dierum ſpacio abſumi aiunt.*

Sepvlcra.

In Cathedrali templo:

Verſus *meridiem ſacellum album. Ibi ſtatuæ trium* Epiſcoporũ, Ludouici *Craßi regis, &* Philippi F. *cum porco, quòd præceps ex equo, quem porcus turbarat obuius, periiſſet.*

In eiuſdem choro monumẽta plurima. Duo eleuata, Odonis *epiſcopi, an.* 1208. *&* Petri de Ordemonte *epiſcopi, an.* 1409.

Retro Chorum in ſacello ſtatuæ ingeniculantes duæ, Io. Iuuenalis *Vrſini equitis, an.* 1431. *&* Vxoris.

Philippus *archidiaconus* Pariſienſis Ludouici *Großi regis* F. Petro Lõbardo *ob eruditionem ceßit epiſcopatu* Pariſienſe.

Apud Celestinos *marmorea multa: utputa*

Ludouico *Aurelianenſi, &* Valentinæ *Mediolanenſi, auis, à* Ludouico XII. *rege extruƈta, cum epitaphijs elegantibus, in ſacello Aurelianenſium.*

Renatæ *duciſſæ* Longauillæ, *filiæ unicæ, in ſacello* Aurelianenſium *ex marmore candido.*

Philippi *de Maſieres equitis, Cancellarij Cypri, in clauſtro ipſo, an.* 1405.

Apud Templarios:

Bertrandi & Petri *Cluyenſium fratrum, Priorum Franciæ, in ſacello Meridionali.*

Philippi *Villerij Hoſpitalariorum* D. Ioannis *magiſtri. Statua ex marmore candido, cum epitaphio.*

Ad D. Eligii:

Petri *Berchori Prioris, qui fecit quinq; opera ſolennia, Diƈtionarium, Reduƈtorium, Breuiatorium, Deſcriptionem mundi, & Translationẽ cuiuſdam libri latini in gallicũ, an.* 1362.

S. Auræ *ſepulcrum ibidem.*

Iolantæ Bailliæ in INNOCENTVM cœmiterio. Vixit an.88.uidua fuit an.42.uidit ex liberis & poſteris 225.Obijt an.1514.
Ioannæ & Bonæ Caroli regis FF.ſepulcra, è nigro marmore, ſtatuis albis,ad D.ANTONII Campeſtris.
Nicolai Gillij Secretarij regij & hiſtorici Gallorum, epitaphium gallicum ad S.PAVLI, an.1503.
Apud S.VICTOREM:
Ludouici Groſsi. Reginaldi epiſcopi Pariſienſis,an.1258.
Gulielmi Pariſienſis epiſcopi,& Petri Comeſtoris elegans.
Hugonis de S.Victore. Ricardi de S.Victore. Adæ de S.Victore in clauſtro.
Ad D.GERMANVM:
Childebertus II.rex Francorum,cum Vltrogotha uxore,eius templi conditor.
Chilpericus IIII.rex cum Fredegundi uxore.
Clotharius II.eius F.
Petri Lombardi epiſcopi Pariſienſis epitaphium in templo S.MARCELLI, in ſuburbio,an.1164.
Apud CARTHVSIANOS:
Amadei Geneuenſis,an.1369.
Petri Nauarri ex marmore nigro:ſtatuæ duæ ex marmore albo,abſq; inſcriptione.
Ad D.GENOVEFÆ:
S.Genouefæ.
Clodouei regis in medio choro, an.514.cũ epitaphio.Clotildis item reginæ, an.1547. & Clotildis filiæ,uxoris Almarici regis Gothorum.
Apud PRÆDICATORES ſepulcra plurima principum utriuſq; ſexus ex marmore nigro cum gallicis inſcriptionibus.Inter eos
Humberti Delphini Viennenſis ordinis Prædicatorum, Patriarchæ Alexãdrini, an.1345. Is Philippo Valeſio Delphinatum,primogenitis Francorum regum in poſterum uſurpandum,dono dedit.
Apud AVGVSTINIANOS:
Ægidij de Roma,archiepiſcopi Bituricenſis,philoſophi ſummi,an.1316.
Philippi Comminei hiſtorici,& uxoris in ſacello proprio,cum imaginibus ueris.Eiuſdẽ filiæ Ioannæ.
Ad D.MATVRINVM:
Roberti Gaguini hiſtorici.
Leodegarij Monſelij Normanni, & Oliuerij Burgeſij Britanni, in ipſo clauſtro. Quos cùm præfectus Pariſienſis Gulielmus Tignonuilleus ob cædem plebeij hominis ſuſpendio necaſſet,ſeditione Scholarium excitata,eoſdem à furca tollere,oſculari,& inſuper honorificè ſepelire,coactus fuit.an.1408.
Ioannis Syluæ Pariſienſis Senatus præſidis epitaphium ad D.NICOLAI Chardoneretei,an.1529.

Ennonis

Ennonis Friſij Comitis Embdenſis in cœmiterio S. SEVERINI an. 1545.

Apud MINORITAS ſepulcra reginarum aliquot & principum ex marmore nigro & ſtatuis albis.

Alberti Pij Carpenſium principis imago ærea cum epitaphio elegante an. 1535.

Nicolai de S. Quirico uerſus Septentrionem, qui an. 1338. obijt die dominica, hebdomada duorũ Iouis dierum, menſis Aug. Papa Lutetiam die Iouis intraturus, ob pluuiam diſtulit in diem Veneris ſeq. eundemq́; Iouis diem eſſe uoluit, ut carnibus uti liceret. Iccirco ſeptimana illa duorum Iouis dierum appellata eſt.

STABVLA.

VIVARIA.

BIBLIOTHECÆ.

FORA.

Fora undecim numerantur, Halles uocant, uoce Franca, è media petita Germania, ab All potuis, quod panegyrin ſignificat Germanis, quàm à Græco ἅλις.

An. 1413. Aurelianenſis Burgundum ducem Pariſijs obſedit, cuius partes lanij, duce Ioanne Cabocho, ſequebantur. Carolus VI. rex Macellum grande ſolo æquari, tribum laniorum tolli, in quatuor lanienas diuidi curauit, ad S. Leofridum, in foro Bellouacenſe, ad S. Geruaſij cœmiterium, & ad Pontem paruum. Eſt etiam in monte D. Genoueſæ macellum.

Locus pauperibus officinas non habentibus, lineas ueſtes uendentibus, à D. Ludouico rege conceſſus, La Lingerie, iam olim nõ tam puellæ fraude, quàm mea mihi imprudentia in cõparandis induſijs notus.

Forum Mangonum. La Fripperie.

Forum primarium ad D. Virginis, Marché palus, lutoſum ſiue paludoſum, in memoriam ſitus ueteris.

Forum piſcarium, fluuiatilium, ad Paruum pontem. Dum amico numum aureum parum probatum (quem is ab improbo mercatore uolens nolens acceperat) ſub ipſum crepuſculum expendere ſtudeo, Diogeniani criminis ſuſpicionem mulierculis piſcatorum me præbuiſſe, non ſine periculo memini.

D. Germani Pratenſis forum quotannis celebrari ſolitum.

Forum Porcarium ante portam.

FONTES.

Fons Reginæ.
- Innocentũ, an. 1550. è lapide conſtructus.
- Maubue.
- Ponceau.
- Plateæ quinq; adamantum.
- Crucis Tiroriæ.
- Hallenſis.
- Portæ Baudeſiæ.
- S. Auoiæ.
- S. Martini.
- Templariorum.
- D. Iuliani.
- Paradiſi.
- Barre du bec.
- S. Lazari.
- Turnellenſis.

Horrea Publica.

Portvs.

Cloacæ.

Regij Palatij fundamenta iacientes, in cloacis crocodilum inueniſſe memorantur, eiuſdemq́; exuuium in aula maioris Palatij ſuſpenſum ſpectari. Etſi iactitarent olim Pariſienſes nullum ſerpentem in ſuo ſolo uitam tolerare poſſe.

Ædificia Magnifica.

Statvæ, Imagines, Pictvræ.

Regum Francorum à Pharamundo effigies perpetuæ in Palatio regio.

Caroli Magni effigies in templo S. Marcelli, in feneſtra retro aram maiorem.

Philippi Valeſij regis ſtatua equeſtris in templo cathedrali. Parta enim de Flandris uictoria an. 1328. arma & equum D. Virgini obtulit, & centū libras annui reditus Canonicis tribuit.

Cerui ſtatua in Palatio regio, capite & collo aureo, cùm Præfecti fiſci regij ſub Carolo VI. ne pecuniæ dilapidarentur, eas in ceruum conflare uellent.

D. Chriſtophori gigantea ſtatua, an. 1413. ab Antonio d' Eſſars equite erecta in templo Cathedrali.

Petrus Cugnerius regio nomine bona Eccleſiaſtica in fiſcum redigere tentabat ſub Philippo Valeſio. Cæterùm conatus fuit irritus. Eius effigiem fabulantur in Cathedrali templo iuxta Chorū in angulo portæ per ludibrium poſitā, cui cereoli ab imperitis interdum accendantur.

Enguerrani Morignoni Comitis Longauillei, præfecti fabricæ palatij regij, ſub Philippo Pulchro, effigies picta in muro turri uicino, cùm gradus Aulæ magnæ Palatij aſcenderis, coram imagine D. Virginis. Propè hæc:

Chaſcun ſoit content de ſes biens, Qui n' à ſuffiſance il n' a riens.

Repetūdarum reus ſub Ludouico Hutino laqueo necatus, imago eiuſdem de gradibus Palatij deturbata eſt.

Mechanica qvævis alia.

S. Germani arca argentea pulcherrima ab Eudone rege donata.

Tabula marmorea in Palatij aula maiore ſedes eſt Admiraliatus iuriſdictionis. Super eam reges & Impp. epulo ſolent excipi.

In ſacello Templariorum uerſus meridiem aræ tabula ſumptuoſiſſimè picta, an. 1532. Sepultus ibi Philippus Villerius Hoſpitaliariorum magiſter.

An. 1357. ciues primum cereum obtulere D. Virgini, qui longitudine turrim urbis æquaret, & perpetuò arderet.

Inscriptiones.

Arx Luparia regum habitationi à Franciſco & Henrico accommodata, teſte inſcriptione.

Domus Sauoiſiæ publicatæ à Studioſis inſcriptio, ad D. Catharinæ in Valle Scholarium.

Sepulcrales inſcriptiones. Vide Sepulcra.

Ad D. Virginis inter Imagines Septentrionales exterius hæc leguntur:

Noz cotes

Noz cotes crotées deſcrotées furent,
Et noz faces trop mieulx en luirent.
quòd Sequana inundans eouſq; aſcenderit, ſub Philippo Auguſto.

ANIMALIVM EXVVIÆ.

Dum *fundamenta Palatij regij iacerentur, in cloacis inuentum aiunt ſerpentem Crocodili ſimilem. Cuius ſpolium in Aula maioris Palatij hodie ſpectatur.*

Crocodili *alterius, in templo D. Antonij Parui ſuſpenſum à legato Galli regis, quod à Venetis dono acceperat, an. 1515.*

CIVES, ALVMNI, HOSPITES præclari, illuſtres.

LVTETIAE *conſideratio ſecundùm* FORMALES *ſpecies.* CAP. XV.

ECCLESIASTICA POLITIA.

D. VIRGINIS *Cathedrale templum tenet Epiſcopus cum Vicario. Canonici L. ſex magni Vicarij, Canonici decem S. Dionyſij de paſſu, ſex Canonici & duo Curati S. Ioannis Rotundi, duo Canonici & totidē Vicarij S. Agnani, XII. pueri Chorales, Matutini clerici CXL. Capellani XLV. ſacellis miniſtrantes. Veſtibus ſacris laneis tantùm, barbis raſis aſsiſtunt.*

ACADEMICA POLITIA.

Materia.

VNIVERSITAS *tota per quatuor Facultates diſtincta, Theologiæ, Iuris Canonici, Medicinæ, & Artium.*

DECANI *tres, Theologiæ, Iuris Canonici, & Medicinæ.*

RECTOR *unus, ex Philoſophorum ordine eligitur, quolibet trimeſtri, Natiuitatis, Annunciationis, S. Ioannis Baptiſtæ, & D. Dionyſij.*

PROCVRATORES *quatuor Nationum.*

ARTIVM *Nationes quatuor: uidelicet*

- Francorum, *in quinq; Prouincias diſtincta, In*
  - *Pariſienſes. Remenſes. Bituricenſes. Sennones. Turonenſes.*
- Picardorum. *Prouincia Prima, & Secunda.*
- Normannorum.
- Alemannorum. *Prouincia*
  - *Prima, Germania ſuperior.*
  - *Secunda, Germania inferior.*
  - *Tertia, Scotiam, Angliam, Hyberniam, Daniam, Suetiam continet.*

PEDELLI *Facultatum trium reliquarum ſingularum duo tantum: Artium uerò ſingularum Nationum duo.*

CANCELLARII *quatuor. Duo pro Baccalaurijs, Cancellarius D. Virginis, Cancellarius D. Genoueſæ.*

ADVOCATI *quatuor in Curia, duo in Caſtello.*

PROCVRATORES *duo in Curia: unus in Caſtello.*

LIBRARII *iurati maiores quatuor, minores uiginti.*

PERGAMENARII *iurati quatuor.*

ILLVMINATORES *duo.* COMPACTORES *librorum duo.*

SCRIPTORES *duo.*

TABELLARII *ſiue* NVNTII *quatuor, cuiuſq; nationis ſuus.*

Forma.

Monarchia *hæc eſt Academica, cùm penes ordinem Philoſophorum perpetuus ſit Rectoratus.*

Efficiens.

Quatuor *diſcipuli Bedæ, iidemq; monachi, Alcuinus ſiue Albinus, Rabanus, Claudius, & Ioannes Mailroſius Scotus, ex Anglia uenientes, in foro Pariſienſe ſapientiam ſe uenalem gratis habere profeſſi, ſi locus & alimenta ſuppeditarentur, Carolo Magno auctores fuere inſtituendæ Academiæ.*

Benedictus IX. *Cancellario Pariſienſi Doctores in Theologia & Iure Canonico creandi poteſtatem fecit, ſub Philippo Pulchro rege.*

Ludouicus XII. *Academiæ priuilegia pro arbitrio interpretatus eſt. Id indignè ferentibus Academicis, & lectiones concioneſq; publicas, medicas item praxes uetantibus, rex armatus in urbem uenit, ſuaq; ſtatuta publicauit confirmauitq;.*

Franciſcus I. *libertatem Academiæ altrici ſuæ reſtituit, priuilegia ampliauit, & linguarum profeſſoribus, Mathematicis item ſtipendia aßignauit.*

Seditiones Academicæ.

Scholares *ciuium iniurijs commoti Academiam, inuitante Anglo, Oxonium trãsferre cogitabant. Sed S. Ludouicus rex animos ſtudioſorum pacauit, an. 1232.*

Anno 1140. *Nominalium ſecta à Rucelino Britanno contra Reales excitata, cruentas turbas dedit.*

Anno 1303. *cùm præfectus Pariſienſis ſtudioſum ſuſpendio necaſſet, indignati Scholares Academiam ſuſpenderunt.*

Ludouicus XI. *rex milites in Vniuerſitate Pariſienſi conſcribere parabat, cùm premeretur à coniuratis. Cæterum Gulielmus Fichetus Rector, quòd priuilegijs Academicis hocce derogaret, conſentire noluit.*

Anno 1548. *Pratum clericorum partim à Monachis S. Germani, partim à ciuium ædificijs occupatum, à Studioſis repetitum: demolitæ & incenſæ ædes. Tandem iudicio Curiæ limites prato Clericorum dati, ædes intra boſce extructæ ſolo adæquatæ.*

CIVILIS

CIVILIS POLITIA.

Iudiciorum.

Pipinus rex regios iudices inſtituerat aulam ſemper ſequentes, ex XII. Franciæ paribus & equitibus ſenioribus, quorum auctoritate cauſæ grauiores diſcuterentur. Cæterùm quia propter aulam motoria etiam Curia eſſe cogebatur, à Ludouico Hutino rege in Pariſienſem curiam regij Palatij translata fuit.

Senatus Parlamenti ex C. ſenatoribus conſtat. Inter eos cõnumerantur XII. Pares Frãciæ:

Octo Præfecti libellorum ſupplicum regiorum.

Octoginta Conſiliarij, quadraginta Clerici (inter eos Epiſcopus Pariſienſis, & abbas S. Dionyſij) & totidem laici.

Duo adduntur Aduocati, & Procurator generalis regius. Purpurati omnes, ſed lanea non ſerica purpura.

His ſeruiunt quatuor Notarij, Scriba ciuilis & criminalis, & Repræſentationum: item Oſtiarij.

Occupata ab Anglis urbe, Curia Parlamenti à Carolo Delphino translata Pictauium, ibidẽ per XIIX. annos exulauit. Recepta urbe, reſtituta an. 1436.

Vectigalium.

Vectigalia etiã ex minimis. Sub Carolo VI. cùm obolum quæſtores regij à muliere naſturtiũ uendente exigerent, indignitate rei commota plebs crudeliter in corpora & fortunas eorundem ſæuire cepit.

Incendiorum. Bellorum.

OECONOMICA DISCIPLINA.

Mulierum libertas magna, & in tractandis mercimonijs peritia. Quæ Nuptiæ ratæ. Patrium ius in liberos quod. Dominorum in ſeruos imperium.

PARISIENSIUM SUBURBANA, & AGER reliquus. CAP. XVI.

MONS Martyrum, Mercurij olim, Mont martre hodie, quòd in eo Dionyſius Areopagita cum Ruſtico & Eleutherio, Mercurio ſacrificare nolentibus, ſub Domitiano capite plexus ſit. Acceßit miraculum. Capita quiq; ſua in uicinum pagum Catulum deportarunt, ubi poſt cœnobium D. Dionyſio conſecratum fuit. Montis martyrum monaſterium Eliſa Ludouici Craßi uxor extruxit.

D Dionyſij & ſociorum in pago CATULO dicto ſepulcra, à S. Genouefa primùm illuſtrata, & lateritia æde condita, in qua extruenda operarijs de uino miraculosè proſpex iſſe fertur. Magnificentius inde D. DIONYSII monaſterium ibidem à Dagoberto rege ædificatum, corporibus Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij martyrum, & regum theſauro nobile. Turres quadratæ geminæ. Campanæ ex puriß. metallo. Portæ ex ære inaurato. Aræ maximæ menſa aurea. Crux aurea à Dagoberto oblata, S. Eligij epiſcopi Nouiodunenſis inſigne

opus. In parte Templi *poſteriore, ara aurea, ubi corpora martyrum conduntur.* Tectum *templi ea in parte argenteum à* Dagoberto *factum.* Ante *aram crux aurea cum crucifixo.* Sepulcra *ibi pleraq; regum* Francorum. *Situs illic*

Dagobertus D. *Dionyſij conditor.* Carolus Martellus. Pipinus.

Carolus *Caluus in medio Choro ex ære.* Hugo Capetus.

Carolus IIX. *ad* Septentrionem *ingeniculans.*

Ludouicus XII. *extra Chorum, ad* Septent. *ex marmore albo, cum* Anna Britanna *uxore. Quatuor uirtutum ſtatuæ, &* XII. *Apoſtolorum, cum uictorijs.*

Franciſcus I. *cum Claudia uxore.*

Bertrandus *Gueſclinius* Comeſtabilis *ſub* Carolo V.

FORVM *Lendit dictum (quod* Carolus Magnus *Aquiſgrani conſtituerat)* Carolus Caluus *ad* D. *Dionyſij tranſtulit, eiusq; fructum* Abbati *Dionyſiano conceßit. Etſi alij* Fori *huius inſtitutionem* Dagoberto *regi tribuant.*

MINIMORVM *Franciſcanorum monaſterium, quos* Bonos *homines uocant, ab* Anna Britanna Ludouici XII. *uxore cœptum.*

Pagus ARCVEIL, *ab arcubus aquæductus ueteris nomen habens, ante portam* Iacobæam.

ATHENAE ITALICAE.

PATAVINAE *regionis & ciuitatis conſideratio, reſpectu* Loci Topica *erit, reſpectu uerò* Locatorum Pragmatica. *Mixta proinde obſeruationis capita, eademq; ſecundũ magis & minus uniuerſale, ſicuti* ὁδὸς διδασκαλικὴ *præcipit, diſtinguenda erũt.* Generalem *proinde* Patauinorũ *theoriam* CAP. XVII. *trademus.* Metropoleos *autem uniuerſim quidem* CAP. XIIX. *ſingillatim uerò ſecundùm ſpecies* Materiales *primùm* CAP. XIX. *at ſecundùm ſpecies* Formales, *de conſtitutione* Eccleſiaſtica, CAP. XX. *de* Academica, CAP. XXI. *de* Ciuili, CAP. XXII. *de* Oeconomica, CAP. XXIII. *agemus.* Agri *reliqui obſeruationes in* CAP. XXIV. *reijciemus.*

PATA-

PATAVINORVM *conſideratio* GENERALIS.
CAP. XVII.

TOTIVS *Regionis Patauinæ conſiderationem inſtituimus tum quo ad*

- Nomen.
- Rem, *hoc eſt, quo ad*
  - Locũ *generaliter conſideratum, ſecundùm*
    - Materiã, *per ſe uel per accidẽs, tum*
      - Quæ. *Loca quæ*
        - Inhabitantur:
          - Vrbes.
          - Vici, *Pagi, Villæ.*
          - Arces, *Caſtella.*
          - Domus, *Turres.*
        - Excoluntur *uel accoluntur*
          - Terra: *partim*
            - Inculta: *ut Montes, Syluæ.*
            - Culta: *ut Agri, Vineta, Prata.*
          - Aqua: *ut Fontes, Thermæ, Riui, Flumina, Stagna, Lacus, Mare.*
      - Qualis. *Reſpectu*
        - Aeris, *Temperata.*
        - Situs *&* *Acceſſus, Commoda.*
    - Formam, *per ſe uel per accidens. Locus, de quo hîc, ut corpus, in loco eſt: ut totũ, ſic partes habet. Ergo quatenus*
      - Locatur, *& pars eſt uniuerſi, uidendũ reſpectu*
        - Cœli, *ſub quo Climate, ad quam cœli partem uergat.*
        - Terræ, *quos Fines habeat.*
      - Locat, *& totum quoddam eſt, partes habens uarias, reſpectu*
        - Quantitatis, *illius Longitudo, Latitudo, Circuitus.*
        - Qualitatis, *ipſa partium Diſpoſitio perpendenda.*
    - Efficiẽtem *per ſe uel per accidens. A' quónam Regio ipſa quoad*
      - Ius, *Poſſeſſa.*
      - Cultũ, *fuerit*
        - Exculta,
        - Inhabitata,
        - Euerſa, *Deſtructa.*
  - Locata. *Vide ſignum A.*

- A. Locata alia
  - Inanimata.
  - Animata.
    - Vegetantia.
    - Animalia:
      - Bruta.
      - Homines, conſiderati per ſe uel per accidens, & ſecundùm
        - Materiã, quo ad
          - Animi mores: Ingenioſi, Bellicoſi.
          - Corpus. Robur, Sanitas.
          - Fortunas. Huc Opulentia, Frequentia.
        - Formam
          - Politicam, tum Religioſam, tum Profanam.
          - Oeconomicam.

(Inanimata. Vegetantia. Bruta.) Fertilitas *horum quæ.*

NOMINA.

Euganei *ab* Euganeis *primis.* Heneti *ſubinde ab* Henetis. *A* Gallis *occupata regio,* Tranſpadana *&* Togata *Gallia dici cœpit: olim quinetiam* Tranſpadana *Italia.*

Longobardi, *occupata* Italia, *ex* Venetia, Liguria *&* Æmilia *unam fecere prouinciam,* Lombardiam *dictam: ita tamen ut litoralis pars inferior* Marchia Anconitana, *ſuperior* Taruiſina *diceretur: illa olim* Picenum, *hæc* Venetia.

LOCA Agri Patauini.

Huc *totius* Agri Vrbium, Vicorum, Arcium, Montium, Syluarum, Agrorum, Fontium, Thermarum, Fluminum, Maris, *catalogus referendus.*

TEMPERIES.

COMMODITAS.

Propter *ſitus oportunitatem non immeritò olim* Tranſpadanæ Italiæ *caput fuit* Padua. Medoacus *uterq; ita totũ agrum oportunè diſſecat, ut abundantia exportari, deficientia inuehi commodiſſimè queant: neq; ulla uilla ſit, quæ ultra quinq; ad ſummum millia paſſuum à riuo diſtet nauigabili.*

CLIMA.

FINES.

Henetia *omnis ora olim à* Mintio *fl. & à* Pado, *à* Tiliamento *item &* Natiſone Iſtriæ *uſq; ad* Adriaticum *littus dicta fuit.* Anguſtiores *ſunt hodie* Patauini *agri termini, hoc uerſu comprehenſi:* Muſo (*à* Taruiſinis *Septentrionalib.*) Mons (*Euganei colles à* Vicetinis *Occiduis*) Atheſis (*à* Veronenſib. *Meridionalib.*) Mare (*Veneta æſtuaria ab* Oriente) certos dát mihi fines.

LONGITVDO & LATITVDO Agri.

CIRCVITVS Agri.

Ager *hodiernus* CXXC. M. *paſſuum comprehendit.*

DISPOSITIO Agri.

POS-

POSSESSIO, INHABITATIO, CVLTVS, EVERſio Patauini agri.

EVGANEI primùm ex Herculis comitatu, quaſi σύγγενεῖς, nobiliores quippe & opulentiores ueterani, in amœniſſimis & fertiliſſimis collibus (Patauio urbi hodie uicinis) longæ peregrinationis pertæſi, calidis inſuper aquis eius fontis, quem iccirco Aponum dixere, refecti, conſedere, urbemq́; condidêre Euganeam.

HENETI à Paphlagonibus pulſi, rege Pylæmene ad Troiam amiſſo, Antenori ſeſe comites præbuere, pulſisq́; Euganeis, loca illorũ occupauere, deq́; ſuo nomine regionem totam dixere.

Subinde THVSCI colonijs Henetiam frequentauere.

Mox GALLI duce Arunte Cluſino eandem occupauere.

ROMANIS ſecundo demum bello Punico uictis Carthaginienſibus parere cœpit, adeoq́; Coloniæ Latinæ nomen accepit, ſub tribu Fabia connumerata, non nouis colonis, ſed ueterib. incolis iure Latij dato.

Inclinante Romano imperio, captaq́; ab Alarico Veſtgotho Roma, communis procellæ metu, æſtuaria Veneta patauini Patricij incolere cœpere. Ab Attila deinceps Hunno depopulata urbs, iterum ab Agilulfo Longobardo incenſa: uix tandem ſub Impp. Germanis quietem primò, mox etiam libertatem adepta fuit, quãtum per inteſtina bella & ſeditiones licuit: quarum is fuit exitus, ut Acciolino tyranno ſub Friderici II. nomine ſubijceretur: pòſt Carrarienſibus ſponte primùm, inde etiam coacta pareret: quoad in Venetorum poteſtatem uenit, tanquam mater præ ſenio nec mentis nec uirium ſatis compos, piæ filiæ non tam imperio quàm miniſterio regenda.

FERTILITAS.

Camporum octingenta millia Ager hodiernus continet: cuius quarta pars uel ſyluis uel paludib. occupatur, reliqua tota culta. Frumento aliunde inuecto nõ indiget. Fructib. ſapidiſſimis abundat. Paſcua & Prata, Oleta, Syluæ ligniferæ, Vineta laudatiſſ. Vnde Martialis: Pictaq́; pampineis Euganea arua iugis. Gregibus abundantiſſima, quarum lana molliſſima. Feris, Auibus, Piſcibus, Thermis item et Cauernis ad uſum medicũ dotata regio.

Anno 1558. S.C. Veneto paludes ſubterraneis cuniculis ſubter fluminis Medoaci alueum in mare deriuari cœptæ, arundineta euerruncari.

FREQVENTIA.

Populoſam fuiſſe regionem Patauinam ex Strabonis, lib. 5. patet, qui CXX. M. eorum qui arma ferre poſſent in militiam miſſa, ſcribit.

INGENIA, MORES, STVDIA.

Ingenio ſimul & robore incolas præditos fuiſſe, hiſtoriæ ueteres docẽt. Vulgò circũfertur, Villanos generat tellus Paduana diablos. Acumine ſcilicet ingenij præditi, ſed recta inſtitutione deſtituti ruſtici, quò callidiores, eò improbiores eſſe cõſueuerunt. Nũc quia & publica legum & priuata accedat inſtitutio, ut in populo Athenienſe olim, heroicorum ingeniorum meſſis conſurgit abundantiſſima.

PATA-

PATAVINAE METROPOLEOS *conſideratio Generalis.* CAP. XIIX.

PATAVIVM *Metropolim Patauinorum perpendamus in genere quo ad*

- Nomen.
- Res: *tum reſpectu*
  - Cauſarum, *videlicet*
    - Materiæ, Loci *ſcilicet &* Locatorum. *Vt puta*
      - Homines *Qui & Quales quo ad*
        - Animum.
        - Corpus.
        - Fortunas.
      - Res:
        - Loca
          - Quæ:
            - Vrbana.
            - Suburbana.
          - Qualia:
            - Temperie.
            - Commoditate.
        - Locata.
    - Formæ, *quo ad*
      - Res, *ſiue Locũ, uti & ille*
        - Locatur *ab alio:*
          - Clima.
          - Situs, *Vicinia.*
        - Locat *alia:*
          - Ambitus.
          - Diſpoſitio.
      - Homines. *Societas*
        - Religioſa.
        - Academica.
        - Politica.
        - Oeconomica.
    - Efficientis *quo ad*
      - Res. *Loci*
        - Conditores.
        - Poſſeſſores.
      - Homines. *Deductores, Rectores.*
  - Accidentium, *tum*
    - Motus
      - Actiui. *Quæ*
        - Seditiones.
        - Expeditiones.
      - Paſsiui:
        - Incendia.
        - Peſtilentiæ.
        - Excidia.
        - Clades.
    - Temporis.

NOMEN

NOMEN.

Ab *Antenore conditore urbs* Antenorea *dicta. Regio uerò tota, à ſocijs* Henetia *primùm, inde* Venetia. *Mortuo Antenore, cùm filios eius Troiam rediſſe ex Euſebio conſtet, Heneti qui illic remanſere, in memoriam eius, quam in Paphlagonia reliquerant,* Patauium *dixere. Etſi alij à uolatu cycnorum, ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, capto auſpicio per Antenorem, ſic dictam uelint: alij à Pado, cui nulla olim urbs uicinior erat: alij à tota regione Trăſpadana, Padua olim nuncupata, quòd nulla in ea urbs eſſet celebrior: ut hac ratione & fluuius regioni, & regio urbi nomen ſuum communicaſſe uideatur.*

CIVIVM INGENIA.

De *Acumine ſatis ſuperq; longus ciuium in omni ſcientiarum & artium genere catalogus infrà teſtabitur.*

Fides. *Cic. XII. Philippica Patauinorum fidei erga Remp. Rom. meminit, qui M. Antonium III. uirũ excluſerint. Cùm in Iuſtiniani Imp. partibus perſtaret, à Totila exciſa eſt ciuitas. Sed quid hoc in liberis miramur? Ipſi olim ſerui Patauini, ne libertatis quidem præmio propoſito, induci potuere, ut dominos ſuos Aſinio Pollioni procoſſ. Illyrici, pecuniam & arma Patauinis imperanti, proderent, teſte Macrobio lib. 1. Saturn.*

Pudor. *Pudicitia Patauinarum Plinij Iunioris & Martialis teſtimonio inſignis olim. Matronæ non niſi uelatæ in publicum prodibāt. Eum morem uirgines Venetæ & Patauinæ etiamnum hodie retinent.*

Artes mechanicæ. *Lanificio dediti, propter lanæ Euganeæ præſtantiam. Vbertinus Carrarienſis dux III. Collegium lanificum ampliſs. priuilegijs dotauit.*

SALVBRITAS.

Propter *aeris ſubtilitatem eteſiæ illic febres peſtilentes, non contagioſæ, Petechæ à maculis dictæ, graſſari conſueuerunt.*

OPVLENTIA, NOBILITAS.

Hanc *ex Familiarum recenſione paulò pòſt colligere licebit.*

FREQVENTIA.

Strabo *lib. 5. in urbe Patauina olim D. equeſtris ordinis uiros cenſos teſtatur.*

Superiorib. *annis Venetorum cenſu M. X L V. ciuium Patauinorum recenſita.*

TEMPERIES.

Athenarum *profectò quo ad literas æmula eſt Padua: & ſi coloniam eius Venetam ſpectes, etiam quo ad arma. Singulari proinde & cœleſtis influxus benignitate, & aeris temperie prædita, Muſis domicilium ut aptiſſimum ſic gratiſs. præbet.*

COMMODITAS.

Vrbs *Patauina ab Euganeis collib. ſex paſſuũ millib. à mari M. XIIX. diſtat. Itaq; propter uicinas Venetias in totius terrarum orbis meditullio poſita uideri poteſt. Medoaci utriuſq; opportuno affluxu totius agri ſui diuitias recipere, deficientia importare, abundantia in æſtuaria exportare, & paucarum horarum ſpacio nobiliſs. Venetorũ emporio & ſua communicare, & peregrina ex eodem ſubuehere poteſt.*

SITVS, CIRCVMSCRIPTIO, LONGI-
tudo, Latitudo.

Ante Attilæ excidium ad læuam Medoaci fluminis Orientem uerſus ſita erat, ubi uicus Ruthe-
næ olim extabat, corrupta uoce hodie Ruina dictus. Poſt excidium uerò in oppoſita fluminis
ripa ædificari cœpta, paluſtri ſolo, ubi nunc forum eſt. Hodierno tempore citra & ultra Me-
doacum exteriore murorum ambitu ſex millia & ducentos paſſus adæquat.

LOCA & LOCATA VRBIS præcipua.

Ordinem localem in his obſeruare oportet, Pauſaniæ imitatione. Vrbs tota animalis inſtar
partes alias habet Externas, per quas & importari & exportari uaria poſſunt: habet etiã
partes Internas, alias Principes, à quibus motus atq; ſenſus in uniuerſum corpus reliquum dif-
funditur, cuiuſmodi ſunt loca publica tam ſacra quàm profana: alias principib. Famulantes:
alias deniq; ne famulantes quidẽ, ad totius tamen compoſitionem conferentes. Ergo Externa-
rum & Internarũ partium coitum animaduertere, adeoq; à Portis ſingulis per uiam regiam
ad Forum progredi, obiter etiam plateas minores & angiportus, ſi quid memorabile habẽt,
tanquam Appendices cõſiderare operæ preciũ erit. Hac nanq; ratione tanquam à circumfe-
rentia ad cẽtrum ductis lineis, nihil planè eorum, quæ in ſingulis interſtitijs ſpectatu digna e-
runt, nos effugiet. Negligentiam hîc ego meam fatear oportet, cui tanquam ſpongiæ per ſexen-
nium Patauinis adhærenti parietibus, nihil tale in mentem uenerit: ſed ne Scardeono quidem
Canonico, qui cùm locos communes patriæ ſuæ illuſtrandæ ergô conficeret, hanc tamen uelu-
ti materiam ciuitatis uel non uidit, uel certè contẽpſit, ſi tamen topographia iſta contemni de-
buit. Hoc moneo, ut quod nos effugit, id aliorum diligentia ſuppleatur.

EXTRVCTORES, POSSESSORES, AM-
pliatores, Reparatores, Euerſores.

¶ Antenor cum Troianorum reliquijs Henetorum gentem in interiorẽ maris Adriatici ſinum
duxit, Timauoq; ſuperato, ad Medoacum, pulſis Euganeis, conſtitit, urbem condidit, ante Chri-
ſtum plus minus 1140.

¶ Anno ſal. 446. ab Attila Hunnorum rege, ferro & igni exciſa. Poſt LXX. an. à Theo-
dorico Oſtrogotho reſtituta.

¶ A Totila Gothorum rege iterũ uaſtata, quòd Iuſtiniani Imp. partes ſequeretur. A Narſete
eunucho Iuſtiniani Imp. exarcho, uictis Gothis reſtituta, anno 536.

¶ Ab Agilulfo Longobardorum rege, an. 568. fruſtra oppugnata, igne iniecto, uentoq; ni-
mium ſecundo, cùm lignea urbs eſſet, in fauillas redacta. Ciues liberè quò uellent abire iuſsi.
Pars maxima & nobiliſs. Venetias conceſsit.

¶ Deuictis à Carolo Magno Imp. Longobardis, an. 773. ſub Impp. Germanis ſenſim adoleſce-
re cœpit, præſertim uerò ſub Henrico III. & Henrico IV. eiusq; uxore Bertha. Is Ca-
thedralem Eccleſiam magnificè dotauit, à S. Iuſtina in mediam urbem tranſtulit, libertatem
Patauinis cum Carrocio, quem in reginæ memoriam Bertham uocant, conceſsit. Conſules
tum primùm creari cœpti. Pace Conſtantiæ inter Fridericum II. & Italiæ ciuitates, anno
1173. inita, priuilegia uetera Patauinis firmata: ipſi fidelitatem Imp. iurarunt.

¶ Anno 1174. ſeditione inter Iordanũ S. Benedicti Nouelli Priorem, & Luſcum Tranſalgar-
dinum nobilem orta, iniecto occultè igni in aduerſæ factionis domum, tota penè urbs cum ar-
chiuis

chiuis perijt. Extat ad D. Canciani baſilicam ſaxum nuper effoſſum cum hac inſcriptione: MCLXXIIII ARSIT PADVA.

¶ Ab incendio an. 1174. ueluti exuſto ſimul urbis ueterno, armis literiſq; florere cœpit per annos ferè centum, ſub Coſſ. & Tribunis.

¶ Sub Friderico II. Acciolino tyranno prodita fuit, an. 1237. eidemq; paruit annis XIX. Quibus totam ferè nobilitatem extinxit tyrannus crudeliſſ. & urbis defectione audita, XI. M. Patauinorum militum trucidauit.

¶ A Philippo Fontaneſio Alexandri IV. Pp. legato, Venetorum auxilio, libertati reſtituta, an. 1257.

¶ Anno 1314. cùm Guelfi Gibellinos eiecissent, quietem habuit Reſpub. per octennium. Secuta ſunt bella cum Cane Scaligero per XVII. an. Principem urbs delegit Iacobum Grandem Carrarienſem, an. 1318. Is ex fœdere Thadeam filiam Maſtino Scalæ, Canis nepoti, cum urbe Patauina dotis nomine deſpondit. Eo mortuo, Marſilius Carrarienſis princeps II. electus, ceſſit tandem Cani.

¶ Poſt nouennium Scaligeris erepta, Carrarienſibus per Venetos data, an. 1337. quibus paruit per an. 73. (interea tamen octodecim menſib. à Galeacio Mediolanenſium Duce intercepta, à Fr. Carrarienſi Iuniore recepta) uſq; ad annum 1408. quo à Venetis occupata fuit.

¶ Anno 1509. Maximiliano I. Imp. dedita urbs, XL. die à Venetis recepta. Obſidionem Germanorum fortiſſimè pertulit, toto Septembri menſe, bis oppugnata ad Caudæ lõgæ portam. Soluta obſidio prid. Cal. Octob.

MOTVS ACTIVI, PASSIVI.

Incendia.

Atila Hunnorum rex flamma urbem, ciues cæde miſerè afflixit.

Ab Agilulfo Longobardo obſeſſa, cùm uirtute non poſſet, igne in ligneas domos mœnibus contiguas iniecto ſubiugata fuit.

Anno 1174. ſeditione orta, clam iniecto igne miſerè conflagrauit.

Excidia.

Pręter ea, quorum in Euerſorib. paulò antè meminimus, An. 1509. recepto à Venetis Patauio, ne ad obſidionem ſuburbana ædificia hoſti amplius commodarent, S.C. Veneto ſuburbia omnia ad mille paſſus extra urbem circumcirca fuere demolita: inter quæ numerabantur Baſilicæ quinq;, Monaſteria uirorum 4. Virginum ſex, Xenodochia ſeptem, Domorum tria millia. Ambitus XV. M. iugerum. Eam calamitatem remotiora effugêre.

Seditiones.

Patauinæ ſeditionis ſedandæ cauſa M. Æmilius Coſſ. Roma miſſus ſcribitur à Liuio, lib. 40.

Seditionib. Gibellinorum & Guelforum inter patricios & plebem gliſcentibus, turribus in urbe & extra contra populi impetum ſeſe munire cœperunt nobiles.

Expeditiones bellicæ.

Cleomenis Spartani claſſem circumuectis Italiæ litorib. prædas ex agro abducentem Heneto, Patauini magna ex parte deleuerunt, teſte Liuio, lib. 10.

Anno 1328. Patauini *auxiliarij Carrarienſib. miſsi* Iaderam, Dalmatiæ *urbē, irrita oppugnatione longo tempore à rege* Pannonum *preſſam, primo ſtatim impetu cepere.*

Patauini *ſolennibus ludis uernis cum* Vicetinis *iurgio cœpto, uexillum ijs, cui aſinus inerat (dracone.n. bicipite ipſi utebantur) eripuere, medioq́; foro opprobrij cauſa aſinum uiuum ſuſpendere.* Facta *pace, iuſsi* Vicetini *ex fœdere epulum* Patauinis *præbere,* Lucanicis *onuſtos equos* Patauium *miſere.* Patauini *uiciſsim,* Lucanicas *inter ſe partiti, aſinum ipſimet de patibulo depoſuerunt.* Hinc *iocus in utranq; gentem,* Patauinos Lucanicæ *præmio aſinum de cruce depoſuiſſe,* Vicetinos *inſignia ſua de patibulo redemiſſe.*

PATAVII *Partes* MATERIALITER *conſideratæ.* CAP. XIX.

SPECIES *Materiales* Patauinæ *urbis (quatenus inter ſe ſimiles partes, ad certos locos communes referūtur) diuidi poſſunt in*

- Res, *tum reſpectu*
  - Terrę, *ut ſunt*
    - Loca, *ſiue illa per ſe, ſiue propter locata ſua, quæ uel nunc fouent, uel aliquando fouebunt, uel olim fouerunt, conſiderentur.* Siue *deſtinētur uſibus*
      - Sacris: *nempe*
        - Tēpla.
        - Cœnobia.
      - Profanis. *Vide ſignum* ☞
    - Locata, *partim*
      - Inanimata. Tum
        - Mechanica:
          - Tabulæ, *Picturæ, Imagines.*
          - Statuæ, *Coloſsi.*
          - Cælaturæ, *Sculpturæ.*
          - Inſcriptiones, *uel ſtatuarū, uel tabularū, uel ſepulcrorum: tum*
            - Antiquæ.
            - Nouæ.
        - Naturalia: *ut*
          - Fontes.
          - Saxa *antiqua.*
      - Animata
        - Vegetantia.
        - Animalia.
  - Aquæ. *Loca & Locata Aquea.*
- Homines, *ſiue* Ciues *illi ſint (tum* Indigenæ, *tum* Inquilini) *ſiue* Hoſpites, *quatenus excellunt bonis*
  - Animi: *clari*
    - Eruditione, *literis.*
    - Armis, *bello.*
    - Mechanicis artibus.
  - Corporis:
    - Sanitate.
    - Robore.
  - Fortunæ:
    - Diuitijs.
    - Nobilitate *generis.* FAMILIÆ *nobiles.*
    - Amicitia.

☞ Profa-

- ☞ **Profana Loca uel Locant**
  - **Homines** *tum*
    - **Viuos**, *cauſa cõmoditatis alicuius, quoad*
      - **Animũ:**
        - Gymnaſium, *Schola.* Amphitheatrum.
        - Prætorium, *Comitium, Curia.*
        - Hortus *phyſicus.*
        - Mechanicorũ *artificum collegia: ut* Lanificũ, Molitorũ.
      - **Corpus,** *cauſa*
        - Motus: *ut* Plateæ, Pontes, Portæ.
        - De*fenſionis cõtra*
          - Tempeſtates:
            - Baſilicæ, Porticus.
            - Domus *urbanæ uel etiã ſuburbanæ ſpectatu dignæ uel*
              - Per ſe, *quia* Magnificæ, *Vetuſtæ.*
              - Propter *aliud, propter locata ſcilicet: ut propter* Inhabitatores, *Statuas,* Hortos.
          - Hoſtes: *ut* Mœnia, *Propugnacula, Aggeres, Turres, Arces.*
        - Habita*tionis &* Nutritio*nis.* Hoſpi*tia &* Di*uerſoria*
          - Mercenaria, *Cauponæ.*
          - Gratuita *tũ cauſa*
            - Religioſa, *ut* Peregrinorum.
            - Profa*na, ut illic diuertentes alãtur et habitẽt uel*
              - Pro*pter qd aliud, nẽpe uel cauſa*
                - Studiorũ, Col*legia ſtudioſorũ gratuita.*
                - Sanitatis *recuperãdæ,* No*ſocomia.*
              - Simpliciter *pauperes,* Pto*chodochia.*
        - Cultus: *ut Thermæ.*
        - Exercitij: *ut Gymnaſia.*
        - Supplicij: *Carceres, Golgatha.*
      - **For*tunas: ut ſunt***
        - Areæ *uſui alicui certo*
          - Non *deſtinatæ, ſed liberæ.*
          - Deſtinatæ. *Fora qualiacunq;.*
        - Aſyla, *libertatis ergô inſtituta.*
    - **Mortuos:** *ut Cœmiteria, Sepulcra magnifica.*
  - **Res** *quaſuis alias. In quo genere ſunt*
    - Bibliothecæ.
    - Horrea *publica.* Prytaneum.
    - Aquæductus. Labra *fontium.* Putei.
    - Cloacæ.
    - Aeraria, *uel* Reipublicæ, *uel* Pauperum.

TEMPLA.

Templum Cathedrale, ſub ſe habet XXII. Baſilicas intra urbem, ob ſplendorem & magnificentiam tali matre dignas, plurimas etiam ſuperiores.

MONASTERIA VIRORVM.

D. Iuſtinæ, ubi inſtauratio religionis D. Benedicti cœpit, ſubinde per totam Italiam propagata. Templum olim Concordiæ ſacrum. Inde caput epiſcopij factum. Hodie planè nouum. XXII. M. aureorum reditus ſuperare dicitur. Pratalea eiuſdem ordinis, in collibus Euganeis, ſexto miliari ab urbe: ubi alternis ferè annis ſynodi monachorum habentur.

S. Ioannis in Viridario, Canonicorum regularium S. Auguſtini, anno 1221. cœpit. Templum pulcerrimum. Bibliotheca inſignis.

S. Mariæ Angelorum, Eremitarum tertij ordinis S. Franciſci, Longobardæ cógregationis, omnium nouiſsimi & pauperrimi.

D. Hieronymi de Feſulis, Mendicantium.

Cruciferorum Prioratus.

S. Mariæ Magdalenæ Eremitarum D. Onofrij. Iidem in uallibus Euganeis aliud habent monaſterium, ad Liſpidas dictum.

D. Antonij Viennenſis templum cum monaſterio Camaldulenſium: cui ſacri ſues, altera aure mutili, ſine cuſtode per urbem uagantes aluntur.

D. Benedicti Nouelli templum pulcerrimum. Benedictini ſunt, ſed à D. Iuſtinæ differũt ut ueſtium candore, ſic morum ſeueritate.

D. Auguſtini auguſtiſsimum, Prædicatorum, XII. columnis ſuffultum, ſex arcubus maximis. Vbi ſepulcra Carrarienſium. Extructum anno 1227.

S. Mariæ in Vantio uico, Sacerdotum ſecularium.

S. Mariæ Gratiarum, ad Pratum Vallis, Prædicatorum.

Capucinorum prope portam S. Crucis, obſeruantium primi ordinis Franciſcanorum.

D. Antonij Vlyſsiponenſis, confeſſoris, Franciſcanorum, magnificentia cætera uincit. Iunonis olim templum, inde B. Mariæ, tandem Antonij, ob frequentia miracula, quinq; teſtudinibus altiſsimis plumbo tectis, & duabus turribus conſurgit, pauimento marmoreo. Abſolutum anno 1307. Duumuiri ciues præfecti ærario D. Antonij eleemoſynas & oblationes cuſtodiunt.

D. Franciſci, Minoritarum.

Eremitarum D. Auguſtini, peregrinis monachis ſtudiorum cauſa eò profectis patet. Ex tignis ad prætorium ædificandum paratis, ſed ineptis, Patauinorum impenſa conſtructum anno 1264.

Carmelitarum, ad portam Caudæ longæ.

Seruorum S. Mariæ. Ædes Iacobi Carrarienſis eæ fuerant, ob crimen perduellionis publicatæ & deuotæ.

Ieſuitarum extra pontem S. Sophiæ.

Sacerdotum Ieſu, iuxta pontem Pediculoſum, olim Fratrum Equitum Alemannorum.

S. Saluatoris nouum cœnobium, cum amœniſs. hortis Clericorum Regularium.

MONIALIVM COENOBIA.

Virginum ſacrarũ intra mœnia numerãtur collegia XIIX. Inter quæ excellit D. Stephani. D. Magdalenæ

D.Magdalenę Conuerſarum ſeu Illuminatarum,ad ædem S.Sophiæ.

GYMNASIVM.

Guizzolus *Maltrauerſus Comes* Baonis,*Lucij & Caſtri noui,è regione* S.Martini *ædes habuit,quæ nunc in Gymnaſium ſunt conuerſæ magnificentiſſimum. Cæterùm quia eo loci olim diuerſorium fuerat ſub* Bouis *ſigno,etiamnum hodie* Bouis *nomen locus retinet.*

PRÆTORIVM, CVRIA.

Forum *iudiciale pulcerrimum,ampliſſimum,ſublime, contignatione penſili,nullis ſuffultum columnis,plumbo tectũ,picturis exornatum à* Zoto *pictore,reſtitutis imaginibus ſupra* CD.*uitæ humanæ actiones cœleſtibus ſignis accommodatas exprimentibus,* Petri Aponenſis *inuentione.* Ad *id quatuor gradibus altis,latis,marmoreis aſcenditur.*

Curia *publici conſilij, cum porticu, eidem adhæret, columnis marmoreis ſuffulta, ſaxo conſtructa,plumbo tecta.*

HORTI.

Hortus *medicus, amplus & irriguus, ſphæricus,* Sebaſtiani Foſcari *&* Nic. Teupuli *auſpicijs cœptus.*

PLATEÆ.

Vrbs *tota ſilice ſtrata ab* Vberto Carrarienſe *duce* III.*anno* 1340.

Vię *porticibus utrinq; inſtructæ, ut nec pluuius nec ſerenus* Iupiter *incommodare queat, aqua pluuia extra porticus liberè defluente.*

PONTES.

Pontes XXXIIX.*lapideos fornicatos ſupra* Brentam *habet.*

Pons Coruus *nobilitatus* Iſabella Rauignana *ruſtica, quæ confugientibus in urbem agreſtibus ob* Maximiliani Imp. *excurſiones,ubi à uia deflexiſſet,in* Venetorum *milites incidit, & quia ludibrio ſuam pudicitiam illis fore intelligebat, cùm alia ratione nõ poſſet, de ponte in flumẽ ſeſe præcipitem dedit.*

PORTÆ.

Portę *exteriores* Sex, *& inter eas* Caudæ longæ, *obſidione* Maximiliani I. *nobilis:* Saraſineſcha *item,Studiorum noſtrorum uicinia nobis ut notiſſima,ſic memoratu iucundiſſima.*

DOMVS. PALATIA. REGIA.

Domorum *quatuor millia ſuo ambitu complectitur hodie.* Ante *bellum* Maximiliani *an.* 1519.*extra murorum ambitum in ſuburbijs tria millia domorum connumerabantur,* Monaſteria *uirorum quatuor,* Virginum *ſex,* Tẽpla *quinq;,* Xenodochia *ſeptem, quæ poſt à* Venetis *demolita ſunt, ne in ijs hoſtis latere poſſet amplius.*

Regia *Carrarienſium,urbe media, decem lateritijs arcubus peruijs ab* Occidente *mœnijs interioribus iungitur, & per ea arci.* Ab Vbertino III.*Carrarienſe aulis magnificis aucta.*

Dottorum *ad* D.Firmi,*cum coloſſo lapideo.* Vnde *nomen familiæ* Dottorum del Gigante.

Capiliſtarum *ad* D.Danielis *cum equo* Troiano, *qui proinde* Capiliſtæ *de* Equo *uocantur.*

Antiquitatibus *illuſtrium domorum ſub* Inſcriptionibus *meminimus.*

Pleræq; *porticibus platearum ſuperiectæ.*

TVRRES

TVRRES.

Turres *priuatorum plurimæ,ſeditionibus* Guelforum *&* Gibellinorum *excitatæ.*

Turris Regiæ *ſiue* Palatij, Vbertini III. Carrarienſis *opus,horologio mirabili, omnes motus cœleſtes continente, à* Iacobo Dondo *medico exornatum, an.*1344.

Turris Acciolini *tyranni è regione portæ* Saraſineſchæ, Brenta *alluitur.Vbi nunc arx.*

MOENIA.

Murorum *ambitus duplex hodie,olim triplex.*

Exterior VI. M.CC.*paſſus continet,cum ſex portis magnificis.*

Interior III. M. P. *ambitu, altiſſimus, ſupernè deambulacrum habet perpetuum, duorum hominum capax,cum pinnaculis,coronæ inſtar,à caſu prohibentibus, flumine undiquaque circumdatus,* XIV. *portis & totidem pontibus lapideis peruius, à* Marſilio II. *&* Vbertino III. *&* Franciſco VI. Carrarienſibus *magna ex parte ædificatus.*

ARX.

Arx *à* Franciſco Carrarienſe *ſeniore è regione* Saraſineſchæ *ad turrim* Acciolini *magna ciuium indignatione extructa.*

CAVPONÆ.

Sub Bouis *inſigni* Pandocheum *olim fuit: quod etſi melioribus auſpicijs poſtea in* Gymnaſij *uſum ceſſit,nomen tamen uetus pertinaciter retinet.*

NOSOCOMIA.

Lazarettum *ad* MD.*paſſus ab urbe ad* Brentellam *fl. uerſus* Occidentem, *peſte infectis attributum.*

S.Lazari *templum & noſocomium pro leproſis.*

S.Franciſci *noſocomium an.*1428.*à* Baldo Bonifacio *cœptum, &* Collegij Iurecoſ. Patauinorum *fidei commiſſum.*

XENODOCHIA, PTOCHODOCHIA.

S.Antonij *de* Vienna, S.Leolini *ad* Pratum uallis, *iuxta portam* S.Crucis, *&* S.Iacobij, *Xenodochia pauperum peregrinorum.*

Orphanotrophium *in uico omnium* Sanctorum *anno* 1527.*cœpit.*

Domus Dei, *Expoſititijs infantibus dicatæ,anno* 1273.*dũ fundamenta iaciuntur,* Antenoris *tumulus repertus,& ſupra* XXX.*libras argenti.Reditus* IV.M.*hodie ſuperare dicitur.*

COLLEGIA LITERARIA GRATVITA.

Foroiulienſium *ad* D.Antonij, *à* Pileo de Prato Cardinali *&* Epiſcopo Patauino *constructum.Inſcriptio ſupra ianuam teſtis.*

Feltrenſium, *eodem loci.*

Spinellium *&* Riddium *apud* Pontem Coruum.

Campionis, *in uico* Vignalium.

Neapolitanorum *apud* S.Catharinam, *uetuſtiſſ.*

Thomæ Philologi Rauennatis *medici iuxta pontem* Molitorum.

Brixianorum, *apud* S.Luciam.

Cypriorum, *ab* Archiepiſcopo Græco *nuper conditum.*

AREÆ.

AREÆ.

Harum *aliæ ſunt peculiari uſui cuilibetcunq; uel*

Deſtinatæ. FORVM

- *Vinarium.*
- *Lignarium.*
- *Palearium.*
- *Piſcarium.*
- *Macellum.*
- *Boarium, mille paſſuum circuitu. Campus olim Martius, hodie Pratum Vallis dictum.*

Non deſtinatæ, *Liberæ: ut Area*

- *Caſtellana, ad exhibendum liberum arcis conſpectum.*
- *Nobilium ſeu Dominorum.* D.*Antonij*
- *Carbonarium Forum olim dictum, hodie ab ædibus uicinis Forciateum.*

SEPVLCRA.

Antenoris *ſepulcrum, dum fundamenta Xenodochij domus Dei iacerentur, repertum. Area marmorea ad* D.*Laurentij Baſilicam tranſlata, & Louati tetraſticho exornata. Enſis in eo repertus deauratus, uerſibus Latinis barbaris fatalem interitum urbi denuncians, ſub A literæ principatu. Id quod ſub Attila Hunno, Agilulfo Gotho, Acciolino tyranno, & Anſediſio eius nepote & præfecto, ſub Alberto item Scaligero, poſt Canis Scaligeri mortē (cui dotis nomine cum Thadæa Carrarienſe Patauium obtigerat) urbem tenente (qui eum enſem ad ſe recepit) & Andrea Nerio prætore Carrarienſium, reipſa experta eſt ciuitas.*

Liuij *in foro iuridiciali, tranſlatum eò è S.Iuſtina.*

Pæti *conſulis, in ædibus Chartulariorum ad* D.*Thomam.*

C.Sextiæ *in ædibus Scardeoni ad S.Bartholomæi, quæ ſe cum liberis libertatis amore præcipitem dedit.*

Lucæ *Euangeliſtæ ab Vrio monacho Conſtantinopoli allatæ reliquiæ, ad* D.*Iuſtinæ tumulo marmoreo repoſitæ.*

D.Proſdocimus *Græcus D.Petri diſcipulus, Patauinos conuertit. In Baſilica D.Iuſtinæ ſepultus. Primus Epiſcopus urbis.*

D.Maximus *Patauinus patria epiſcopus* II.*ad* D.*Iuſtinæ.*

D.Daniel *Leuita Proſdocimi, an.*164.*ad* D.*Iuſtinæ inuentus, in Cathedralem tranſlatus, uota prius æde eo loci ubi corpus nulla ui humana ulterius transferri poterat.*

D Iuſtinæ *martyris, Vitaliani Iuſtini præſidis Patauini filiæ, ſub Maximino gladio confoſſæ, ad* D.*Iuſtinæ, cum inſcriptione barbara.*

D.Leolini *epiſcopi Patauini, in eius delubro.*

D.Matthiæ, D.*Vrij, Trium innocentum, Puteus plenus oſſibus martyrum, ad* D.*Iuſtinæ.*

D Antonij *Confeſſoris &* Felicis *Pp. in æde* D.*Antonij.*

Io.Cacij *epiſcopi marmoreum ſepulcrum in atrio ſummi templi.*

Io.Baptiſtæ *Forzatei epiſcopi in templo Cathedrali.*

Nic. Triuiſani epiſcopi Cenetenſis & I.C. in æde Cathedrali.

Pauli Zabarellæ epiſcopi Argolicenſis marmoreus tumulus in baſilica Eremitarum, familiæ Ouetariorum dicata, an. 1525.

Antonij Tubetæ Epiſcopi Athenienſis, Franciſcani, Scotiſtarum principis, ad D. Antonij, iuxta aram Virginis, cum ænea ſtatua, an. 1518.

Sepulcra Patauinorum uel armis uel literis illuſtrium, in eorundẽ Catalogo paulò pòſt adnotabimus.

Capiliſtiorum gentilitium ſepulcrum poſt aram maximam in templo D. Antonij.

STABVLA, VIVARIA.

BIBLIOTHECÆ.

HORREA.

PORTVS.

CLOACÆ.

Harum ſordes Brenta oportunè urbem interluens abluit.

AERARIA.

MONS Pietatis anno 1491. ad Iudæorum fœneratoriã exterminandam, pro centenario XX. exigere ſolitorum, inſtitutus. Aerarij ſors XXXIIX. aureorum millia ex liberalitate ciuiũ ſuperat. Præficiuntur ſeptem domibus oportuno loco ſitis nobiles uiri, datis fideiuſſoribus annuatim, qui pro pignoribus pecunias mutuò dant, infra XXX. ſolidos gratis: ſupra, quinq; tantum fœnoris nomine pro cẽtenario exigunt, ad miniſtrorum impenſas, quæ tria millia aureorum quotannis ſuperant, ſuſtinendas. Quod ſupereſt, in pauperes annuatim diuiditur, ſorte ſemper manente, & ex pijs eleemoſynis, præſertim quæ feſto Paſchatis colliguntur, quotannis creſcente.

CAMERA Pauperum, ex clericorum præcipuè multis, conflatum ærarium, cui Epiſcopus et duo Ciues præſunt. Prouentus CL. aureorum in pauperes erogatur.

VECTIGALIA.

MECHANICA OPERA. VT

Picturæ.

Sacellum D. Io. Baptiſtæ ſacrum, ſummo templo contiguum, an. 1380. à Iuſto depictum, imaginibus ex utroq; teſtamento deſumptis.

Sacellum Eremitarum, uitiorũ & uirtutũ & artium liberaliũ imagines habet. Eiuſdẽ opus.

Tabula D. Virginis eiuſdem, ad imitationem imaginis à D. Lucæ pictæ, quam Antonia Zabarella eccleſiæ Cathedrali reliquit, an. 1341.

In æde S. Sophiæ imago D. Virginis, And. Mantineæ.

Tabula ad aram D. Lucæ in æde D. Iuſtinæ, eiuſdem.

Sacellum Eremitarum cum hiſtoria D. Iacobi, eiuſdem, incertis coloribus.

Sacellum ad D. Antonij, in quo Gatta Melata recumbit, Iacobi Montagnoni.

Tabula altaris maioris apud Seruos, Stephani ab Aggere.
Tabula altaris maioris ad D. Annæ, Dominici Compagnolæ.

Cælaturæ, Sculpturæ.

Sedilia chori Antoniani, Laurentij Canotij opus.
Tabulæ æreæ ad D. Antonij circa chorum ex ueteri Teſtamento. Bellani opus, duabus exceptis, Iudithæ ſcilicet & Dauidis, ab Andreæ Riccio factis.
Candelabrum æneum ad D. Antonij, Andreæ Riccij.
Sepulcrum Chriſti ex creta ad D. Cantiani, eiuſdem.
Loculus Corporis Chriſti in ſummo templo argenteus artificioſiſſ.

Statuæ.

Statuas ſepulcris additas pete ex Tit. Sepulcrorum, item Virorum uel eruditione uel armis illuſtrium.
Iulij Pauli I.C. Petri Aponenſis, T. Liuij, & Alberti Bremitani, ſupra quatuor portas Palatij iudiciorum.
Gattæ Melatæ ſtatua in area D. Antonij equeſtris ex ære. Donati Florentini opus.
Statua Rocchæ Benelli medici cathedræ inſidentis, ad D. Franciſci: cum imaginibus ſanctorũ ad aram D. Virginis. Bellani opus.
Calfurnij ſtatua ad D. Io. in Viridario, Minelli opus.
Petri Bembi marmorea ad D. Antonij.
Simonis Ardei Minoritæ ibidem.
Hier. Cagnoli I. C. ibidem.

Campanæ, Horologia.

Horologij artificioſi in regia turri ſuperiore loco meminimus.

Inscriptiones Veteres, Cum alię, tum uerò etiam Sepulcrorum.

In ædibus Io. Baptiſtę Rhamnuſij in uico Patriarchæ ad D. Petri, præclara.
Sub arcu pontis D. Benedicti lex dedicationis aræ, Salonæ inuenta, & ſub æneis capitibus Andreæ Naugerij & Hier. Fracaſtorij poſita.
In ædibus Torquati Bembi apud D. Bartholomæum præclara.
In domo Franciſci Quirini ad portam Omnium ſanctorum monumenti fruſtum inſigne.
In monaſterio D. Iuſtinę, in urna olearia Domitiæ & Heluiæ.
In domo Alexandri Baſſiani, intra portam S. Ioannis à Nauibus.
In ædibus Muſſatorum apud D. Iacobum.
In ædibus Scardeoni Canonici apud S. Leonardum.
In ædibus Obiciorum apud Epiſcopium.
In ædibus Chartulariorum apud S. Thomæ, Pæti conſulis.
In ædibus Contarenorum apud eccleſiam Cathedralem, L. Aelij.
In ædibus Horatij Sorelij ad D. Iulianæ ſaxum grande, Diocletiano dicatum.

INSCRIPTIONES SEPVLCRORVM Recentiores.

IN TEMPLO Cathedrali:

D. Danielis Leuitæ.
Berthæ reginæ Henrici IIII. Imp. uxoris.
Gaetani Tienæi Theologi & Philoſophi.
Bouetini Mantuani Canoniſtæ, an. 1300.
Marcatellorum fratrum elegans.
Petri Barocij Epiſcopi Patauini.
Pilei Cardinalis.
Vincislai Brugnaræ comitis.
Bartholomæi Beneuentani I. C.

Ad D. AVGVSTINI:

Dini de Dino I. C. an. 1284.
Nicolai Malumbrij I. C.
Nicolai Cathari militis.
Io. Bapt. Aurilliaci, an. 1536.
Aſcanij Sozini Senenſis, an. 1539.
Pauli Rhamnuſij I. C.
Marietæ matris Cypri regis.
Zachi Cypri regis, an. 1480.
Iambonij Gazij Medici.
Sandri Oroſiani Muſarum alumni, an. 1501.
Ziliolı de Roſolınis, an. 1372.
Petri Piccardi Pedemontani, an. 1548.
Balthaſaris Carducij I. C. an. 1519.
Pauli de Caſtro I. C. an. 1492.
Epiphanij Columbi, an. 1544.
Apollinaris Fuchſij.

Ad S. MARIÆ in Vancio:

Caſſani Pedemontani medici.
Danielis Scoti epiſcopi Concordienſis, an. 1443.

Ad D. IVSTINÆ:

Raphaelis Raimondi Comenſis.
Brigidæ Vrſinæ, Nicolai Petiliani F. an. 1539.
Bartholomei Bonuicini Brixienſis I. C.
Iacobi Zochi I. C.
Ludouici Barbi Veneti Abbatis.
Io. Aquilæ, elegans.

Ad D. ANTONII:

Simonis Ardei Minoritæ magnificum, an. 1537.

Alexandri

Alexandri Contareni magnificum,an.1553.
Hieron.Michaelis,an.1557.
Cortonei Angli ducis.
Gattæ Melatæ ducis Narnienſis,& Io.Antonij F.
Gulielmini Rubei Parmenſis, Rolandi,Marſilij & Petri,an.1337.militum.
Bonifacij Rubei militis,an.1388.
Federici Lauellongi Brixienſis militis,an.1373.
Paulini monachi.
Io.Pauli Manfroni.
Nic.Triuiſani epiſcopi.
Raphaelis Fulgoſi I.C.
Camilli Pallauicini,an.1556.
Io.Paenz Luſitani,an.1552.
Eraſmi Cretcouij Poloni,an.1558.
Antonij Roycelli monarchæ Sapientiæ,an.1466.
Iacobi Roſei Minoritæ Siculi,an.1548.
Manni Donati militis,an.1370.à Petrarcha conſcriptum.
Fuluij Verdelli Cremenſis,an.1552.
Io.Mauleoni Galli,an.1547.
Raynerij Foroliuienſis,præceptoris Bartoli.
Iani Drencuardij Patauienſis,an.1551.
Camilli Bonauenturæ Romani,an.1553.
Eraſmi Dilphi Antuerpienſis.
Henrici à Cram Saxonis,an.1545.
Flaminij Maleguccij Regienſis,an.1552.
Gaſparis Penthelingi Sicambri,an.1552.
Franci Cæſaris Putei Veneti,an.1552.
Pierij Valeriani Bellunenſis,abſque elogio.
Iacobi Beldeboni Decretiſtæ.
Iulij Areoſti Ferrarienſis,an.1553.
Simonis Lupi Marchionis Soraneæ,an.1385.
Bitinæ Bononienſis,an.1355.
Angeli Borghini Florentini,an.1557.
Iacobi Soragæ Brixienſis,an.1553.
Valerani Lambardi I.C.
Pauli Freſchi,an.1498.
Cæſaris Riarij patriarchæ Alexandrini.
Raymundi de Lupis Parmenſis marchionis Soraneæ,an.1379.magnificum.
Michaelis Pegij Mediolanenſis,an.1524.
Antonij Berardi Florentini,an.1558.
Fabritij Sacci Laudepompeiani,an.1524.

Dorothei Brigotti Samnitis I.C. an. 1555.
Hier. Michaelis Barchinonenſis militis, an. 1504.
Victoris Dulcis Feltrenſis, an. 1353.
Hieron. Nigri Veneti I.C. an. 1557. cum effigie ænea.
Hieron. Cagnoli Vercellenſis I.C. an. 1551.
Petri Luillerij Galli equitis, an. 1503.
Io. Verlani Bordac Pataui.
Christophori Longolij Belgæ.
Leonici Thomæi Veneti.
Petri Rocabonellæ Veneti Medici, an. 1495.
Stanislai Dzierzkouisky Poloni, an. 1545.

Ad D. BERNARDINI:
Christophori Ricinenſis medici, an. 1483.

Ad EREMITAS:
Benedicti Plombini Piſani I.C.
Franciſci Malchiostri Parmenſis I.C. an. 1507.
Iacobi Foroliuienſis medici, an. 1313.
Ludouici in Leonrot Franci, an. 1557.
Io. Paſſaræ medici.
Stephani Lamberti Lucenſis, an. 1558.
Beatricis Palauicinæ Marchioniſſæ Varrani, an. 1437.
Edoardi Cortenau Angli militis.
Germanorum Iuristarum, an. 1552.
Andreæ Chmalczouosky Poloni, an. 1545.
Bernardini Fortibrachij tribuni, Brachij F. an. 1509.
Beatricis Turrianæ.
Iacobi Baronis Stubenbergij, an. 1559.
Pauli Veneti philoſophi ſummi, an. 1418.
Albici Malaſpinæ Florentini.

Apud CARMELITAS:
Baboni Naldi, an. 1548.
Hieron. Centelli Romani, an. 1555.
Matthæi Reinæ Burgienſis, an. 1533.

Ad D. IOANNIS in Viridario:
Io. Bapt. Albani Bergomatis I.C. an. 1542.
Io. Calphurnij.
Io. Antonij Rubei Alexandrini, an. 1544.
Andreæ Appellati Brixienſis medici, an. 1558.

Ad D. HIERONYMI:
Franciſci Roſei Brixienſis.

AdD.BENEDICTI:

*Marci Nigri epiſcopi Auxerienſis,an.*1485.

Ad D.PETRI:

*Guolphgangi Schurfij Germani,an.*1537.

LOCA & LOCATA AQVEA.

Medoaci *utriuſq; & affluxus & interiectus in urbe obſeruandus.* Nauium *ſubuehẽdarum & emittendarum oportunitas & induſtria per æſtuaria.* Piſces *qui.*

PATAVINI ERVDITIONE CLARI.

Theologi.

C.CORN. *Augur Patauinus in collib. Euganeis prope templum Geryonis ſedens, Pharſalicæ pugnæ faciem inter Cæſarem & Pompeium lymphatus uidit, reciprocas belli uices narrauit, tandẽ Cæſarem uiciſſe exclamauit. Teſtis Iul. Obſequens, Gellius lib.15.c.18. Lucanus item & Plut. in Cæſare. Idem Tiberio imperium præſagijt, iactis in Aponi fontem talis aureis ſummum numerum oſtendentibus, teſte Suetonio.*

ALBERTVS *Eremitanus, philoſophus & concionator inſignis per Galliam & Italiam, obijt Pariſijs, an.*1328. *In eius memoriam Patauini ſtatuam marmoream in foribus prætorij Septentrionalibus erexere, literis aureis, ſed iam obſoletis.*

MARSILIVS *Mainardinus Minorita, Ludouici Bauari partes contra Ioannem* XXII. *Pp. tutatus eſt, ſcripto libro acutiſſimo de poteſtate Papæ & Imperatoris, an.*1324. *ſub titulo, Defenſor pacis. Eum Albertus Pighius in Eccleſiaſtica hierarchia oppugnauit.*

ANTONIVS *Boromeus eques, philoſophus & Theologus, in æde D.Pauli, an.*1509. *conditus.*

Iureconſulti Patauini, Iudices olim uocati.

ÆGIDIVS *Fontana primus legislator Venetorum. A quo etiamnum Cumanorum familia è Monteſilice oriunda fertur.*

IVLII *Pauli, Papinij diſcipuli, ſub Alexandro Seuero, an. ſal.*230. *In fori porta Septentrionali eius ſtatua cum inſcriptione, quo coætaneus Liuij (forte conterraneus) dicitur.*

ANTONIVS *Leo ad D.Stephani ingenti tumulo.*

CORRADVS *Sala in porticu D.Antonij.*

BONICORDVS *Valdezuchus in atrio Antoniano, an.*1271.

FABIVS *Maximus Collegij Iurecoſ. legislator, ad D.Antonij in pariete Meridionali.*

ROLANDVS *Placiola, an.*1308. *extra templum D.Antonij ad Occidentem.*

AYCARDINVS & ALVAROTVS *fratres Aluaroti, Iurecoſſ. & doctores, eodem tumulo in D.Antonij baſilica, an.*1382. & 89.

IACOBVS *Aluarotus doctor in uſus Feudorum ſcripſit. In baſilica D.Antonij, an.*1453.

BONZANELLVS *Vigontia I.C. & miles, Fr.Petrarchæ intimus. Cum Nicolao fratre in arca marmorea ad D.Antonij elegante inſcriptione conditus.*

THEOBALDVS *Cortellerius I.C. Carrarienſium legatus, apud Eremitanos ad portam Merid. an.*1370.

ZILIVS *Caſalis doctor in eccleſia cathedrali arca marmorea ad ueſtibulum portæ Merid. an.*1383.

IO.LVD.*Lambertatius,in docendo collega* Angeli Peruſini,*marmoreo ſepulcro ad baſilicam domus* Dei,*an.*1400.*Statuta* Iuriſtarum Patauinorum *ampliauit.*

FR.ZABARELLA *iuris canonici doctor Florentiæ & Pataui, & epiſcopus primùm* Florētinus,*deinde Cardinalis creatus,in concilio* Cōſtantienſi *obijt,an.ætatis* 80.*Chriſti* 1417. *Relata oſſa in patriam,in ſummo templo ſublimi loco condita,cum marmorea effigie.*

BARTH. *Zabarella nepos illius ex fratre,iuris doctor,&* Archiepiſcopus Florentinus, Sutrij *mortuus,eodem in patria ſacello conditus.*

MARINVS *Zabarella Iuris interpres,in* D.Antonij,*pariete merid. marmoreo tumulo marmoreus incubat,an.*1427.

LVDOVICVS *Cortuſius Iuris interpres,Repertorium iuris ſcripſit. Teſtamento cauit,uti pompa funebris muſicorum omnigenis modis efferretur. Sepultus ad* D.Sophiæ,*ſublimis à læua templi ad Occidentem.*

RAMBALDVS *Capiuacius iuris interpres,prætor* Florentinorum *ſeditionem compeſcuit. Eapropter* Reſpub.*Florem inſignib. illius addidit:qui flos lapideus uiſitur adhuc in ædib.gentilitijs ad* D.Laurentij.*Tumulus in æde* Seruorum.

ANGELVS *Buzzacharinus iuris interpres ad* D.Antonij.

MODESTVS *Polentonus ad* D.Ioannem *in* Viridario,*an.*1490.

ANTONIVS *Vrſatus Iuris interpres uoce & ſcriptis,extra* D.Antonij,*ad* Septentrionem *conditus.*

ANTONIVS *Magius Baſſianus iuri dicundo in uarijs* Italiæ *urbib. præfuit. Monumentum eius in æde* S.Petri.

M.ANT.*Blancus,ſcriptis clarus,ſepultus in atrio baſilicæ* D.Antonij *humi cum breuiß.titulo.*

SIGISMVNDVS *Brunellus* I.C.*in templo* D.Benedicti Nouelli *ſublimis, cum epitaphio Græco & Latino.*

M.MANTVA *Benauidius uiuus ſibi ſepulcrum magnificentiß.apud* Eremitanos *extrui curauit,an.*1546.

COLLEGIVM *Iurecoſſ.Patauinorum nobilibus centum frequens.Expulſi hinc minus nobiles ad* XL.

Philoſophi & Medici Patauini.

Petrus *Aponenſis,Conſtantij notarij* F.*ex uico* Aponi, *qui primus è neotericis philoſophiam & medicinam è* Græcia *petijt,ſcriptis clarus,* Conciliator *dictus,hæreſeos & magiæ nomine ab æmulis accuſatus,an.*1312.*moritur,ad* D.Antonij *ſepelitur. Cæterùm cùm* Inquiſitores *ſententiam tuliſſent de cadauere cremando,*Marieta *concubina noctu illud ſuſtulit,& ad* D.Petri *abſcondit in monumēto fracto: tandem in ingreſſu templi* D.Auguſtini *ſub marmorea tabula ſine elogio conditum.Effigies nihilominus eius cum libris exuſta.*

Matthæus *Roncaletrius in templo* D.Auguſtini *ſitus.*

Nic.*Sancta* Sophia,*extra portam* Merid.*ædis Cathedralis in arca ſublimi,an.*1350.*Eius filij,* Marſilius *ſcriptis celeberrimus* Bononiæ *obijt: &* Ioannes *Medicinæ practicæ commotiſſimus, tumulum infra patrem cum præclaro elogio habet. Ibidem quoq;* Bartholomæus *Ioannis* F.*cubat.*

Iacobus

Iacobus Dondus, medicus & aſtrologus, ex medicamentorum cōgerie ad omnes morbos opportunis, Aggregatoris: ex Horologij confectione, quod in turri Palatij conſpicitur, cœleſtes ſiderum motus miro artificio exhibentis, Horologij nomen meruit. Sepultus iuxta ædem Cathedralem in arca marmorea ſublimis, exterius ad parietem baptiſterij, cum eleganti inſcriptione. Scripſit de fluxu & refluxu maris: item de ſale conficiendo ex aquis Aponi candidiſſimo, abſque coctione.

Ioannes Dōdus paternorum ſtudiorum æmulus, Fr. Petrarchæ amiciſſ. ad portam Orientalem baſilicæ Cathedralis, in arca marmorea, an. 1380. Ibidem Gabriel frater, eiuſdem profeſſionis, an. 1388.

Iacobus de Sancto, ad D. Antonij, ſub porticib. ad Meridiem.

Benedictus Galmarellus, ibidem.

Nicolaus Monſilicis, chirurgus inſignis, ibidem.

Iacobus Zanetinus apud Eremitanos.

Michael Sauonarola Patauinus, ſcriptis clariſſ. Ferrariæ docuit & ſepultus eſt.

Barth. Campus ſupra ianuam baſilicæ D. Cantiani, tabula marmorea.

Barth. Montagnana, qui an. 1440. floruit, apud Eremitanos.

Io. Marchanoua antiquitatis amator & obſeruator ſummus, bibliothecam ſuam S. Ioan. in Viridario legauit. Gentile ſepulcrum ad D. Auguſtini, humi ad Orientem, circa an. 1440.

Petrus Trapolinus in baſilica Carmelitarum humi ſepultus.

Nic. Paſſara de Genua, M. Antonij philoſophi ſummi pater, in baſilica S. Ioannis in Viridario, an. 1522.

Bernardinus Speronus Leonis X. Pp. medicus, in eccleſia Cathedrali gentilitio ſacello, an. 1528.

Vincentius Muſcheta in templo D. Auguſtini humi. 1529.

Dominicus Sennus in chirurgia blandiore & re herbaria clariſſ. in æde D. Io. in Viridario, an. 1531.

Hector Pyrgotelis marmorarij præſtantiſſ. F. humanioribus literis addictus, peſtilentia anni 1528. ſublatus, à patre marmorea tabella exornatus, eleganti carmine, in æde S. Io. in Viridario.

Ludouicus Carreſius ſiue Toſetus, philoſophus acutus & perfacetus, iuxta limen D. Auguſtini interius, an. 1539. qui primus Venetos ad augendum Patauinis ſalarium ſua importunitate permouit.

Hier. Coradinus in templo D. Ioannis in Viridario ſublimis, an. 1536.

Hier. Stephanellus in baſilica S. Michaelis, an. 1554.

Lud. Paſinus ad D. Io. in Viridario, ornatiſſimo ſepulcro. 1557.

Franc. Frigimeliga Iulij III. Pp. medicus, an. 1558. in templo D. Auguſtini cum fratre ſepultus.

Grammatici, Rhetores, Poetæ Patauini.

T. Liuius hiſtoricus, Herodoto par, ſub Auguſto Romæ ſcripſit Decades ſuas: quarto Tiberij anno in patriam reuerſus, obijt annos natus 76. Chriſti XX. oſſa eius ad D. Iuſtinæ anno Sal. 1413. reperta in plumbea capſula, inſigni pompa, ſuccollantib. uiris nobiliſſ. in foro iudicio-

rum ad Occidẽtalem parietem repoſita fuere, cum inſcriptione & effigie eiuſdem ænea. Brachium Alfonſo Aragonio muneri datum.

Voluſius Romæ ſub Auguſto Annales Romanos, ad imitationem Ennij, carmine edidit, æmuli Catulli carmine clarus.

Q. Aſconius Pedianus ſub Nerone floruit, grammaticus inſignis. Anno æt. 73. luminib. captus hiſtorias dictauit, 85. mortuus, Chriſti 78.

L. Aruntius Stella, à Nerone ad Domitianum uſq; Romæ celebris uixit, prætor, duumuir, conſul, poeta ſummus, Statij & Martialis carminib. notus.

C. Val. Flaccus Setinus, Argonauticorum ſcriptor, Patauinus patria, Martialis teſtimonio, cuius æqualis & amicus fuit.

Maximus Olibius Plutoni ſacram dedicauit lucernam, quæ per multos annos ſub terra arſit iuxta Atheſten municipium Patauinum, anno ſal. 1500. inuenta in urna fictili, inter duas ampullas, aureo alteram, alteram argenteo liquore plenas, cum uerſibus elegantiſſ. urnæ maiori inſculptis. Eas Fr. Maturantius Peruſinus redemit.

Albertinus Muſatus humaniorum literarum inſtaurator, poeta clariſſ. politicus inſignis, Clodiæ exul obijt ſub Carrarienſib. an. 1329. Reuectus ad D. Iuſtinæ tumulatus cum epitaphio proprio, quod in ueteris ædis demolitione perijt.

Rolandinus Grammaticus & hiſtoricus ad D. Danielis, cum epitaphio præclaro conditus, an. 1276. Sed ſacerdotib. loco cedere coactus.

Lupatus Poeta, Carrarienſib. inuiſus, ad D. Laurentij, an. 1399. marmoreo ſepulcro quatuor columnis ſuffulto, cum præclara inſcriptione, Antenori proximus.

Lombardus Sericus Petrarchæ ſtudiorum uitæq; ſocius, ad D. Luciæ iuxta aram Virginis ad Meridiem marmorea tabula, elegante epitaphio, 1490.

Xiccho Polentonus, Reip. ſcriba, & in literis humaniorib. uerſatiſſ. ſcripſit multa. Sepultus in æde D. Leonardi, ſub rubro lapide humi.

Typhis Odaxius, Macaronei carminis inuentor elegantiſſimus in hoc genere, in templo D. Pauli, ante aram Virginis, in gentilitio ſepulcro.

Petrus Montagnana linguarum peritiſſ. bibliothecam ſuam D. Ioanni in Viridario legauit.

Lazarus Bonamicus, ex Baſſiano municipio, in æde D. Ioannis in Viridario humi ſepultus.

Angelus Beolcus, cognomine Ruzantes, hiſtrio & comicus agreſti Patauinorum lingua admirabilis. In æde S. Danielis, an. 1542.

MILITIA CLARI PATAVINI.

Pedianus Patauinus iuuenis, uictis ad Cannas Romanis, adoleſcentem dilectum Pœno, qui caſſidem L. Pauli Æmilij Coſſ. cæſi muneris loco obtinuerat, interemit, ſpoliumq; uiri fortiſſimi molliſſimo puero eripuit. Silius Italicus.

L. Caſsius Centurio ab Auguſto, cui mortem minabatur, exulatum miſſus.

Boriſcus Tribunus militum, Sertorium ſecutus, à Catilina cæſus.

Cæcinna Petus Scriboniani Illyrici legati partes contra Claudium ſecutus, eo militum proditione occiſo, Romam pertractus eſt, Arria uxore ſemper comitante. Ibi delectu mortis dato, Arria

Arria ne ſuperuiueret, gladio quem ſinu abditum gerebat pectus ſuum confodit eundemq; marito porrigens,

Si qua fides, uulnus quod feci non dolet, inquit,
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pete, dolet.

Plin. lib. 3 Epiſt. ad Nepotem, & Martialis.

Thraſeas *Petus, ſuperioris gener, uir cõſularis & ſacerdos, philoſophus, poeta & orator ſummus, Senecæ æqualis, uirtutis exiſtimatione ipſimet Neroni inuiſus, moriq; iuſſus, dato mortis arbitrio, Arriæ uxori uti ſuperuiueret uix perſuaſit, in Fanniæ filiæ unicæ, Heluidij Priſci Tarentini uxoris, ſubſidium: præciſis utriuſq; brachij uenis expirauit. Tacitus.*

Pictores, Statvarii, Cælatores, Scribæ Patauini.

Iuſtus *Patauinus pinxit ſacellum D. Io. Baptiſtæ adhærens eccleſiæ Cathedrali, an. 1380. cum imaginib. ex utroq; teſtamento deſumptis. Item ſacellum Eremitarum, cum uitijs, uirtutibus & artibus liberalibus: item tabulam D. Virginis, imitatus D. Lucæ prototypum, quam Antonia Zabarella eccleſiæ Cathedrali reliquit, an. 1341.*

Franciſcus *Squarzonus Pictorum pater, cùm ſupra CXXX. diſcipulos habuerit, peregrinationib. clarus. In atrio D. Franciſci ſepultus, an. 1474.*

Andreas *Mantinea, Franciſci diſcipulus, Apelles ſuæ ætatis, equeſtri iccirco dignitate ornatus. Romam uocatus ab Innocentio VII. Mantuam inde, à Lud. Gonzaga liberaliß. tractatus. Tabellas æri incidit laudatiß. Obijt an. 1517. Mantuæ in D. Andreæ fano ſepultus. Patauij opera eius, in æde S. Sophiæ imago D. Virginis, Tabula ad D. Iuſtinæ, ad corpus D. Lucæ Euangeliſtæ, ſacellum Eremitarum cum hiſtoria D. Iacobi apoſtoli, incertis colorib.*

Iacobus *Mõtagnana ad D. Antonij ſacellum pinxit, ubi Gattæ Melatæ utriuſq; ſepulcra ſunt. Item teſtudinem altaris maioris in eccleſia Montis Ortoni. Chriſti reſurrectionem ſupra portam in prima aula Epiſcopalis domus.*

Laurentius *Canotius, pictor, ſculptor, cælator. Sedilia chori ad D. Antonium fecit. Sepultus in atrio eiuſdem baſilicæ cum elogio, an. 1477.*

Stephanus *ab Aggere Tabulam maioris altaris apud Seruos Mariæ.*

Dominicus *Campagnola Tabulam altaris maioris ad D. Annæ.*

Aloyſius *Benetellus ad D. Annæ cum epitaphio præclaro, an. 1555.*

Bellanns *ſculptor & cælator inſignis. Opera eius ex ære ad D. Antonij circa chorum, ex ueteri teſtamento. Ad D. Franciſci ſtatua cathedrata Rochæ Benelli medici: item ara D. Virginis cum imaginib. ſanctorum. Obijt an. 1500.*

Franciſcus *à S. Agatha argentarius Herculem è buxo ligneum fecit laudatiß. qui apud M. Antonium Maximum oſtenditur. An. ſal. 1520.*

Andreas *Riccius ſeu Criſpus fuſor & cælator inſignis, Adami & Euæ ſtatuas è marmore fecit Venetijs in atrio maioris curiæ: item Candelabrum æneum ad D. Antonij, ibidem duas æneas tabulas, Iudithæ & Dauidis arcam præeuntis. In æde D. Cantiani ſepulcrum Chriſti ex creta. An. 1532. ſepultus ad D. Io. in Viridario cum elegante epitaphio.*

Antonius *Minellus ſtatuarius.* *Opus eius ad* D.Io.*in* Viridario *Calphurnij ſtatua, ad aram* D.*Antonij tabula* Antonij *tunicam religioſam induentis.*

Auguſtinus *Zottus.* Ad D.*Antonij* Alexandri *Contareni ſepulcrum duobus* Ceruis *ingentibus ornauit.*

Fr. *Guerinus architectus moriens uxorem iuuenculam hæredem reliquit, ſi doctori cuicunq; tandem nuberet, & is* Guerini *cognomen cum poſteris aſſumeret.* *Sin uerò liberis careret, bona omnia ad moniales* B.*Antonij* Peregrini *deuoluerentur.* Quod *ipſum contigit.* *Sepultus is in media baſilica* Eremitarum *humi ſub albo lapide cum epitaphio.*

Fr. *Pociuianus, cognomine* Maurus, *ſacerdos, calligraphus, ſupra* C C C. *characterum uarietates exhibere ſolitus.* Eius *manu elogiũ* Bembi *ad* D.*Antonij expreſſum eſt: item* Iacobi *Roſci* Minoritæ *epitaphium: item tituli* Rom.Imp.*in aula magna urbis præfecti, & in ædib.* Iulij Zabarellæ.

DIGNITATE SACRA VEL PROFANA clari Patauini.

Ex *Catalogo* Familiarum *Principes* Atheſtinos & *Carrarienſes pete, quorum hi* Patauio *præfuerunt, illi etiamnum* Ferrarienſibus *imperant.*

Ludouicus *Patauinus, medicus primùm, ſubinde rei bellicæ peritia ſub* Eugenio IV. *ad* Cardinalatum, Patriarchatum Aquileienſem, *opesq; maximas peruenit, quas hæredes eius, ab* Arena *dicti, (eas ædes comparauerant, citò amiſſuri) malè partas malè prodegerunt.* Nic. Piceninum *ad* Anglariam *profligauit,* Turcas *ad* Belgradum, *claſſi à* Calixto III. *præfectus fuit.* Obijt Romæ, 1465.

FAMILIÆ ILLVSTRES ATQVE Nobiles Patauinæ.

Familiæ *Patauinæ primùm diſperſæ, anno* 421. *in* Riuum altum *migrarunt,* Alarici Veſtgothi, *qui* Romam *euerterat, metu: magis adhuc* Attila *inundante, an.* 456. Et *hæc* Venetæ *urbis & nobilitatis ſeminaria fuere.*

Sub Henrico IV. *firmata* Repub. Patauina, *quatuor familiæ principes extitere,* Atheſtina, Honaria, Carrarienſis, & *Campiſamperia, de quib. ſingillatim.*

Atheſtina.

Obicius Atheſtinus *primus* Poteſtas Patauij, *an.* 1178. *per triennium continuato magiſtratu.* Accius *eius filius primus* Marchio *ab* Innocentio III. Pp. *dictus.* Tandem *pulſo* Salinguerra *tyranno gentili ſuo, &* Ferraria *occupata, pro* Patauinis Ferrarienſes *eſſe diciq; maluere.*

Beatrix Aldobrandini Eſtenſis F. Andreæ Vngarorum *regis uxor, an.* 1235. *mortuo rege, priuignum uerita, cum infantulo incognita* Patauium *redijt, & monaſterium* Gemmulæ *ingreſſa eſt.*

Honaria, ſiue de Romano.

Honaria *uico, diſtante* Patauio XIV. *paſſuum,* **Albricus** *quidam* Saxo *donatus ab* Othone III. Ex *eius poſteris primus* **Acciolinus** Balbus. **Acciolinus** *ſubinde maior à* Conrado III.

do III. Romanum uicum prope Baßianum obtinuit (unde mutato nomine deinceps de Romano dicti fuere) an. 1139. Baßianum ſubiecit. Bella deinceps cum Patauinis, unius familiæ ſuſpectam potentiam habentibus. Pax tandem ſub Acciolino Monacho (cuius ſponſam Gerardus Campiſamperius raptam conſtuprauit) ſic dicto, quòd in monte Medeæ Foroiulienſis agri poſtea anachoretam egerit, Honaria uico & agro uendito Patauinis X. M. aur. Succeſſit filius eius Acciolinus III. tyrannus, qui ſub Friderici II. nomine per proditionem occupato Patauio, omne genus crudelitatis exercuit, nec niſi ſociatis uiribus Venetorum & Pontificis ſuperari potuit, an. ſal. 1259. In eo Soncini, & Alberico eius fratre Taruiſij captis, defecit ſtirps Honaria.

Cuniſſa Acciolini Balbi F. ob innumeras uirtutes à Dante in paradiſo collocatur, Tiſonis Campiſamperij uxor, mater Gerardi, ſtupratoris Cæciliæ, qui infauſta libidine bello inteſtino exitiali ortum dedit.

Carrarienſis.

Marſilius ab Henrico IV. Imp. priuilegium obtinuit meri imperij in oppido Carraria. Inſigne illis currus erat ruber: cui temonem adiecit Nicolaus primus.

Iacobus Carrarienſis ab Acciolino tyranno capite plexus.

Iacobus Grandis primus populi conſenſu ciuitatem Patauinam rexit, an. 1318. princeps opt. et humaniß. Obijt an. 1324. Sepultus ad D. Auguſtini humi, ſub Nic. Carrarieñſe, ſine elogio.

Nicolaus Carrarienſis, ex patriæ defenſore hoſtis acerrimus factus, ob principatum Marſilio II. à Iacobo Grandi demandatum. Obijt exul Venetijs, an. 1326. Translatus inde Patauium, & in baſilica D. Auguſtini ſepultus cum elogio.

Marſilius Maior princeps II. fruſtra inuocata Ludouici Bauari Cæſaris ope, Maſtino Scaligero urbem urgenti, (cuius filia Regina Bernaboui Vicecomiti Mediolanenſi nupta, IV. mares & XII. filias peperit, principibus uiris nuptas, è quibus omnes, qui nunc uiuunt principes ferè ſunt orti) Thadæã Iacobi Grandis F. cum urbe dotis loco in uxorem dedit. Maſtinus Marſilium uicarium ſuum Patauij eſſe uoluit. Eo mortuo, cùm Scaligeri Marſilij fidem & felicitatem ſuſpectam haberent, & de tollendis Carrarienſibus cogitarent, Venetis urbe data, ex fœdere princeps urbis conſtituitur, Venetis conceſſo Taruiſio, quod Scaligeris etiam parebat, an. 1337. Anno pòſt obijt, ſepultus Carrariæ.

Vbertinus Nouellus Marſilij nepos, princeps teſtamento conſtitutus, Academiam inſtaurauit, Raynerio Foroliuieñſe I. C. accito. Regiam aulis magnificis ornauit. Horologium turri addidit. Vrbem ſilice ſtrauit. Obijt an. 1345. ad D. Auguſtini arca marmorea cum elogio.

Marſilietus Papiſauius dux IV. ab Vbertino duce teſtamento inſtitutus, cùm XLI. dies principatum tenuiſſet, à Iacobo Vbertini nepote, dominandi cupido, noctu obtruncatus eſt, an. 1345.

Iacobus Minor Carrarienſis dux V. niſi cognato ſanguine manus polluiſſet, princeps æternitate dignus, Carolo IV. Imp. cariſsimus, anno 1350. à Gulielmo nepote, Iacobi Grandis ſpurio, cui natalium pudorem obiecerat, confoſſus eſt, ad D. Auguſtini in marmoreo ſepulcro conditus, cum epitaphio à Fr. Petrarcha, quem maximi fecerat, conſcripto.

Iacobinus Carrarienſis dux VI. Iacobi frater, cum Fráciſco Iacobi F. per ſexennium principatum

patam concordem rexit. Mox nepotis uitæ inſidiari deprehenſus, in uinculis expirauit, ſepul-
tus Carrariæ, an. 1357. Ergo

Franciſcus Carrarienſis Senior dux VII. ſublato Iacobino, ſolus, uir bello paceq; maximus,
Venetis hoſtis factus, caſtrum Carrum & caſtrum Oriacum ad ripas Medoaci extruxit. Ve
neti aliud in pago S. Hilarij. Sed pace per Pp. facta, diruta fuere. Arcem ædificauit iuxta tur-
rim Acciolini è regione Saraſineſchæ portæ, magna cum ciuium indignatione. Muros urbis
eduxit. Cum Genuenſibus Venetos acerrimè impugnauit, capta etiam Clodia. Taruiſium ob-
ſidione arctiſſ. à Franciſco preſſum Veneti Leopoldo Auſtriaco tradidere: Leopoldus idẽ po
ſtea Franciſco CXXC. M. ducatorum cum uicinis oppidis uendidit. Qua pecunia à ſubdi-
tis per uim extorta, omnibus inuiſus, cùm Philippum Patriarcham Aquileienſem contra Fo-
roiulienſes in gratiam Pontificis tueri uellet, Vtinenſes Venetorum ſocios adortus eſt. Veneti
Antonium Scaligerum in partes trahunt: Franciſcus uiciſſim Galeacium Vicecomitem. Ga-
leacius Verona capta, Patauio quoq; perfidè inhiabat. Carrarienſis ergo deſperatis rebus
Franciſco Iuniori F. Patauium commiſit, ipſe Taruiſium abijt, an. 1388. Mox fatali excidio
urgente, ſenior Venetis Taruiſio, iunior Patauio ceſſit Galeacio, eiuſdemq; ſeſe fidei cum pa-
tre commiſit. Poſteaquam uerò Iunior Patauium recuperauit, ſenior in tetro carcere Mo-
doetiæ poſt triennium obijt. Relatus Patauium, in D. Io. Baptiſtæ ſacello prope eccleſiam Ca-
thedralem ſepultus an. 1393. Sepulcrum hodie dirutum eſt.

Franciſcus Carrarienſis Iunior dux IIX. principatu exutus à Galeacio Vicecomite, Floren-
tinorum opera eundem 18. pòſt menſe recepit, an. 1390. abſq; cæde, mortuoq; Galeacio Ve-
rona inſuper potitus eſt. Vicetini, quibus itidem inhiabat, Venetis ſe dedũt. Veneti fœdere cum
Mantuano duce inito, Veronam primò capiunt, ſubinde Patauium poſt XX. menſium ob-
ſidionem, an. 1405. occupant, XV. KL. decemb. qui dies ſolennis fuit per aliquot annos au-
rigationibus & haſtiludijs, Curripalij nomen tantùm hodie retinet. Princeps cum duobus
filijs Venetijs in carcere necatus. Marſilius filius apud Philippum Mariã Vicecomitem edu-
catus, cùm de recuperando Patauio conſilia inijſſet, niuium & pluuiarum impedimento ea
nocte, qua à coniuratis recipiendus erat, ipſorũmet indicio interceptus, Venetijs in foro ſecuri
percuſſus eſt, an. 1435. cum ſocijs 39. partim ſuſpendio, partim gladio necatis, totidemq; pro-
ſcriptis. Quem numerum uulgò campanarijs ictibus, qui ſecunda noctis hora de ſumma turri
ſingulis diebus eduntur, ſignificari aiunt. Hic finis Carrarienſium.

¶ **Carrarienſium** propago eſt familia Comitũ ANGVILLARIÆ, qui duas anguillas
currui adiecere. PAPAFAVORVM itidem, qui leonis cærulei collo currum appendêre:
cæterum excisis gentilibus ſuis, currum uti malè ominoſum & inuidioſum abiecere, opibus
uiriſq; etiamnum florentes. Nomen id Iacobino Carrarienſi primo datum, quòd puer in mo-
naſterio Carrariæ peſtilentiæ tempore aſſeruatus, fabis auidiſſimè ueſceretur, Papa quidam
fabaceus per iocum appellatus.

Campiſamperia.

Nobiliſs. familia, quatuor oppidorum domina, uiris bello illuſtribus clara, quatuor præcipuè
Tiſonibus: quorum tertius, Magnus iccirco dictus, in euertenda Acciolini tyrannide non
poſtremus fuit. Tiſo Nouellus, Cuniſam matrem in adulterio deprehenſam interfecit, Marſi-
lij Carrarienſis auunculi ſuaſu. Gulielmus ab Acciolino tyranno crimine proditionis obiecto
ſecuri

ſecuri percuſſus, à mulieribus contra edictum tyranni noctu ſepultus. Carrarienſibus ſubinde ſuſpecti redditi, quòd Galeacium Vicecomitem occupata urbe ſecuti eſſent, calamitates ſunt paßi. Florent etiamnum hodie.

Tranſalgarda, Sforzatea, Capiliſtæ.

Sub *Carolo Magno tres fratres, cæſo Longobardi exercitus duce, nobilitati, & inſignibus regijs, ceruo rubeo donati, Comites creati. Ioannes uicto Simone Taddo ex prouocatione, Sforzatei cognomen meruit: & à caſtrenſe faſcia ſeu liſta aurea qua utebatur, Capiliſtæ.*

Iordanus *Sforzateus ad D. Nicolai arca marmorea conditus, an. 1307.*

Hannibal *Capiliſtius an. ſal. 1466. haſtiludijs equum dorateum, cui Antenor inſidebat, in theatrum duxit, Donatelli ſtatuarij opus. Extat ille idem equus in ueſtibulo domus ad S. Danielem. Hinc poſteri, Capiliſtij ab equo nuncupati.*

Tada.

Ioannes *Tadus I.C. & miles ad D. Auguſtini, iuxta portam Septent. quatuor columnis ſuffulto monumento, an. 1290.*

Comitum Baonorum.

Manfredus *an. ſal. 1182. Poteſtas ſecundus fuit. Hic à Friderico I. Comes Palatinus creatus, & cenſus loco honorarij, à ſingulis piſtoribus quolibet die pro quolibet furno panem unum, pro quolibet dolio uini à cauponib. menſuram certam exigēdi priuilegium obtinuit. Cùm poſterorum quidam pro uno exigerent duos, publico conſenſu antiquatus eſt is mos. Prouerbium tamen etiamnum hodie, in iniqua petentes, Panem unum pro furno uno exigendum.*

Albertus *à Baone uico Comes Baonis dictus, primus ex Dalmatia uitibus petitis Euganeos colles conſeuit, cùm prius externo uino Patauini onerarijs nauibus ad portam Caudæ longæ aduecto uterentur. Is conſul fuit an. ſal. 1193. Gentilitium illorum ſepulcrum ad D. Antonij in parte Septentrionali, tabula lapidea, aureis literis. 1382.*

Manfredi *filia* Cæcilia *deſponſata Acciolino Monacho, à Gerardo Campiſamperio per uim rapta & ſtuprata. Vnde infelix factio primùm, mox bella inteſtina, tandem tyrannis Acciolini ortum cepit.*

Alberti *filia* Daria *cadauer mariti Gerardi Campiſamperij ab Acciolino trucidati noctu è foro, comitante filia & ancillis, contra tyranni edictum ad D. Antonij deportatum tumulauit.*

Comitum S. Bonifacij, Lionellorum.

Veronēſes *hi ortu, à Scaligeris pulſi, Patauiū migrauere. Diuiſa familia, à duobus fratribus: à* Syluio *Lionelli, Patauij manſere, à* M Regulo *ſeu Marigola orti Veronam rediere, poſt pulſos Scaligeros.*

Daulorum, Dottorum.

Daula *familia cum Antenore in Italiam ueniſſe perhibetur.* Conus *Daulus Venetiarum fundamenta cum alijs Patauio miſſis iecit.* Iambonus *deniq; eques ob inſignem eruditionem Docti agnomen aſſumpſit, illudq; familiæ deinceps habendum reliquit.*

Paulus *Dottus Vicetiam à coniuratis iam occupatā, inſtar Coclitis in foro illos ſuſtinens, donec ſubſidium ueniret, Patauinis retinuit, an. 1289.*

Nicolaus

Nicolaus Dottus in porticibus D. Auguſtini, cum tab. mar. ſepultus.

Franciſcus Dottus primus cum Nic. Muſſato & Fr. Malitia, an. 1405. uexillo arrepto in forum procurrens, S. Marci partibus ſeſe addixit.

Paulus Dottus an. 1466. haſtiludijs in theatrum uenit cum coloſſo ligneo Gigãtis. Vnde poſtea à gigante nomen accepit. Aedes habent ad D. Firmi, ubi lapideus coloſſus ſpectatur.

Maltrauerſorum.

Guido Comes Lucij uici Patauini. Sepultus ad D. Antonij in arca alabaſtrite, ferreis cancellis incluſa, cum uxore, & elogijs.

Nicolaus Guidonis F. homo potens & ſuperbus, cum Gibellinis & Cane Scaligero contra patriam coniurauit, traditaq; Lucij arce munitiß. belli crudeliß. inter Patauinos & Veronenſes, in quo ſupra C. M. hominum cæſa ſunt, auctor fuit.

Guizzolus. Huius ædes cum turri in Gymnaſium conuerſæ ſunt.

Connus, à quo uilla Conna nomen habet, Cerri & Calaonis dominus, utranq; arcem maximo natu uel Maltrauerſorum uel Eſtenſium reliquit, qui primus poſt obitum ſuum eas ingrederetur. Primi autem Eſtenſes ingreßi ſunt. In uilla Candianæ canonicorum regularium cœnobium inſtituit, ibi ſepultus anno 1505.

Alienora Maltrauerſa Papafauæ Carrarienſis uxor, & prudentia cõſultandi, & arte medendi, & ſobole clara.

Nonianorum.

Noniani pagi comites. Almerico Nonio uectigal Medoaci à montibus uſq; ad mare, cum quarta parte prouentus molarum fluminis, ab Imp. datum: ipſe uiciſsim Imp. Romam euntem & redeuntem deducebat.

Bozza Comes arcem Bozzæ cum pago ædificauit ultra Brentam. Nomen adhuc extat.

Villam Nonianam Petrus Bembus celebrauit, rus paternum.

Vici aggeris, Ruſtica, Trapolina.

Guercius ob rem contra Acciolinum tyrannum bene geſtam arce Ruſtica & Vico aggeris donatus, an. 1258. Diuiſa inde familia in Ruſticam & Trapolinam.

Malfattorum.

Leonardus à ſatellitibus Acciolini tyranni (Patauij defectionem cæde eorum, quos ſub ſuis ſtipendijs militantes habebat, Patauinorum ſupra duo millia & XXXIX. etſi alij XII. M. ſcribant, ulturi) comprehendendus, in uicinum Athefim ſeſe præcipitans, anatis aut mergi inſtar per ſeptem millia paſſuum ſub aqua ſeſe perſequentium manibus eripuit, cùm ſuffocatus undis crederetur, an. 1256.

Zacchorum.

Bartholomeus Accij Eſtenſis partes ſecutus, ad S. Benedictum Nouellum marmoreo ſepulcro conditus, cum breui elogio. 1301.

Cortuſiorum.

Acciolino tyranno infenſißimi, à Carrarienſibus bis ſpoliati.

Albergettus

Albergettus *coniurationem* Marſilij *Carrarienſis detexit, eoq́; nomine immunitate uectigalium perpetua donatus eſt,an.*1435.

Capiuaciorum.

Thomas *Capiuacius,cognomine* Caponiger, Bellinum *epiſcopum* Patauinum *ob exactas decimas confodit,an.*1149.*Eum poſt mortem miraculis clarum* Eugenius IIII.*in diuorum numerum recepit.*Thomas *æris alieni magnitudine preſſus in carcere uitam finijt.* Eius *poſteritas templum* D.Bellino *dicatum ingredi nunquam potuit,nec multo pòſt penitus defecit.*

Franciſcus,*à robore quo haſtas in haſtiludijs frangere conſueuerat,*Fraſſalaſta *dictus,ab* Acciolino *peremptus.*Equeſtris *ſtatua apud* Eremitanos *ad portam* Occid.*cum ſepulcro muto.*

De S.Cruce.

Ricardus *à* S.*Cruce monaſterio* Teutonicorum *præfectus , ab* Acciolino *tyranno proditionis accuſatus,in eculeo mori maluit, quàm crimen falſum confiteri,ſic ut ſolutis artubus cadauer deorſum rueret,brachijs funi etiamnum adhærentibus,an.*1253.

Sanguinaciorum.

Hilarius *miles cũ equeſtri ſtatua apud* Eremitanos,*&* *elogio.*Prætor Bononiæ *&* Florentiæ.

Venetis *cõtra Carrarienſes deuoti.* **Iacobus** *per portam* S. *Crucis cum equitibus primus* Patauium Venetorum *nomine ingreſſus eſt,an.*1405.

Peraghinorum.

Petrus Valuaſus *ab* Imp. Comes Peraghæ *factus , ſub* Acciolino Venetias *migrauit ,* Balzanellam *filiam* Marino Baduario *elocauit .* Vnde *natus* Philippus Peraghinus, *qui arcem* Mirani *ædificauit , permiſſu* Venetorum, *ob damna quæ à* Carrarienſibus *acceperat.* Ædes *illorum uetuſtiſ.ad* D.Sophiæ. **Iacobinus** *apud* Eremitas *in gentilitio ſacello cum elogio.*

Leoniorum.

Carrarienſibus *fidiſsimi .* **Checus** Leonius *ſub* Franciſco *ſeniore ordinum ductor, ad* D. Auguſtinum *an.*1381.*ſepultus cum breui elogio.*

Buzzacharinorum.

Fina Pathari F.Franciſci *Carrarienſis ſenioris uxor , ædem* D. Mariæ *Seruorum extruxit, &* *ſacellum* D.Io.Baptiſtæ *prope ſummum templum,ubi effigies eius.*

Bernardus *per noctis tenebras ab amico* Bacchanalium *ludis enſe nudo petitus, quem is uagina tectum credebat,obijt,an.*1541.*Elogiũ in templo* D.*Auguſtini in ſacello gentilitio.*

Diſcalciorum.

Parthenopæus *recepto à* Franciſco *Carrarienſe iuniore* Patauio,*centum baliſtarios ſub uituli pelle,quem ea nocte comederant, in* Carmelitarum *cœmiterio,in* Franciſci *gratiam produxit, eoq́; tam ridiculo exemplo ciues contra* Galeacij *Vicecomitis ſtipendiarios animauit.*

Lignamineorum.

Franciſcus *epiſcopus* Ferrarienſis, Secretarius Eugenij IV. Romæ *ſepultus, anno* 1462.

Io. Baptiſta *epiſcopus* Cõcordienſes,*eius frater,legatus* Pontificius *ad* Venetos *, ob retentum in conuiuio* Ducali *uẽrtis crepitũ lethali morbo correptus &* Ferrariæ *extinctus.* **Blaſius** Lignamineus Iuris Canonici *doctor, primus* Taruiſij *typographiam fouit .* **Deſiderius** Lignamineus *monachus,*Zacynthi M.Ciceronis *ſepulcri faciem ſecum in* Italiam *attulit.*

Triuiſanorum.

Nicolaus *epiſcopus Cenetenſis, in æde cathedrali ſepultus, an.* 1492.

Cumanorum.

Cumani *ex Mōte ſilice, ab Ægidio Fōtana primo Venetorū legislatore ortū ducere credūtur.*

Zabarellarum.

Petrus *miles, ex haſtiludijs Hiſpaniæ coronam reportauit. Sepultus ſublimis prope Antenoris arcam, iuxta D. Laurentij.* Doctrina *clari multi, ſub Catalogo Iurecoſ.*

Vigontiorum.

Archicelinus *à uico Vigontia dictus, Acciolino tyranno charus. Eius filius* Bariſonus *Bariſonis nomen dedit.* Conradus *Corani & Vighizolli dominus, Canis Scaligeri partes contra Carrarienſes ſecutus, in foro ſecuri percuſſus eſt.*

Muſatorum.

Albertinus *Muſatus poeta inſignis, eiuſdem frater* Galbertinus *D. Iuſtinæ abbas.*

Nicolaus *canonicus, multorum menſium obſidione Venetis urbem prementibus, primus urbis dedendæ mentionem Fr. Carrarienſi principi facere auſus eſt, uerbis tam blandis, in concione populi, ut nihil in eum acerbius ſit auſus moliri tyrannus.*

Cartoriorum, Scardeonorum.

A' Cartorio *uico, Brentæ alluuionibus propè deleto, familia antiquiſſima: quod ex marmoribus quibuſdam uetuſtis intelligi poteſt. Stirps ab Acciolino ferè exciſa, propter cognationē cum Daleſmaninis: hodie ſub* Scardeonorum *nomine perdurat, Cartorij rudera poſſidētium. Quam* Bern. *Scardeonus Canonicus Patauinæ hiſtoriæ ſcriptor illuſtrauit.*

Daleſmaninorum.

Daleſmaninus *iunior Speronellæ ſororis ſtuprum à Comite Pagano Friderici I. Imp. uicario illatum ulturus, auctor fuit ciuib. ſuis, itemq; uicinis, uno eodemq; tēpore ab Imp. deficiēdi.*

Scrouiniorum, S. Andreæ.

Reginaldus *ditiſſimus, à Dāte inter fœneratores in Inferno ponitur, cum Vitaliano Limizzone. Ad eius certè peccata expianda (quamuis à Benedicto Pp. ueniam impetraſſet Romæ) Henricus F. fanum in Arena extruxit, picturis Zoti exornatū: ibiq; ſepultus ipſe cum ſtatua marmorea & epitaphio, an.* 1321.

Petrus *Franciſco ſeniori Carrarienſi fidus, extra id fanum humi in marmore, cum elogio.*

Petra *Vgolini filius, Engelmari Germani, urbis præfecti à Ludouico Bauaro cōſtituti, inſidias fugiens, Venetijs aliquandiu exulauit.*

Iacobus, *ob prodigalitatem in Dantis Inferno poſitus, auctor familiæ S. Andreæ.*

Limineorum.

Comites Liminei *fratres ex ſtolido uoto, cùm alter tot boues, quot in cœlo ſtellæ eſſent, alter pratū cœli amplitudine ſibi dari per iocum optaſſent, & qui pratū deſiderabat, fraternis bobus pabulum ſe daturum negaret, alter uerò per uim ſeſe occupaturum diceret, à uerbis ad uerbera & mutuam cædem peruenere.*

Conſyluiorum.

Aldebrandinus *coram Friderico Barbaroſſa Patauij Germanū magni nominis, Italicæ uirtuti*

tuti Germanicã præferentem, ex prouocatione uicit, uictum Cæſari dono dedit, an. 1165. Cæſar eum & equitem & comitem creauit.

Caldenaciorum.

Hieremias Caldenacij comes, abbatiam Carcerũ extruxit, ea lege, ut poſteri, ſi egerent, ibi alerentur, & neceſſarijs inſtruerẽtur. Eius filij Beltrandus & Theobaldus abliguritis facultatibus paternis, ſtipis nomine ueſtimẽta, arma & equos ab Abbate accepere, & in Dalmatiam militatum abiere.

Solimanorum.

Raymundus ad Eremitanos ſublimis ſitus cum elogio, an. 1367.

Bolpariorum.

Fratrum trium epitaphium in porticibus S. Antonij.

Ridiorum.

Antonius Ridius arci Ro. præfectus ab Eugenio IV. Polemarchus Nicolai V. Romæ ſepultus.

Beraldorum.

Alexander pro Venetis ad Tarrum contra Gallos cecidit.

Bigolinorum.

Alexander in recuperando Patauio Venetis fidus.
Iulia eruditione clara, & uernacula poeſi, noſtra ætate.

Soncinorum.

Bonifacius pro ſua erga Venetos fide, bello Patauino præſtita, auri libra annis ſingulis & immunitate uectigaliũ perpetua donatus, & in Senatorum numerũ extra ordinẽ cooptatus.

Rubeorum.

Petri Rubei ædes ad D. Bartholomei cum excelſa turri: arx item Bruzioli, ubi Solimanus Rubeus filiam unicam ob ſtuprum pædagogi interfecit, ſtupratorem in foſſam præcipitauit.
Blanca Rubea cum Baptiſta à Porta marito Baſſianum contra Acciolinum tyrannũ defendit: ſed proditione capto oppido, cùm præcipitio pudorẽ conſeruare tẽtaſſet, curata denuo à caſu, ab Acciolino per uim ſtuprata, diſſimulato dolore ſaltẽ cadauer mariti ſibi oſtendi petijt: magnoq; impetu in ſepulcrum irruens, ſaxo deſuper illapſo cum marito contumulata fuit.

Obiciorum.

Nigra de Nigris, unica, optione data ſponſi deligendi, Antonium Obicium Lucenſem, Florentinorum legatũ, cuius in equeſtribus ludis uirtutẽ Patauij præ cæteris animaduerterat, ſibi maritum eſſe uoluit. Hinc Obiciorum illuſtris familia.

Ecclesiastica Patavinorvm Oeconomia. CAP. XX.

EPISCOPATVS inſignis, cuius reditus ad XI. M. aureorũ aſſurgit. Huius caput olim fuit D. Iuſtinæ templum, poſt in mediam urbem translatus.
TEMPLVM Cathedrale canonicatus habet XXIV. Præpoſituras IV. cui ſubſunt Baſilicæ intra urbem XXVI.

PATAVINAE ACADEMIAE *conſtitutio Vniuerſim conſiderata.* CAP. XXI.

- **SCHOLASTICA** *Conſtitutio Patauinæ urbis alia*
  - **Adultorũ. ACADEMIÆ** *Patauinæ cõſideratio Generalis alia*
    - Rudis ACADEMIÆ *inſtitutio, propagatio, ampliatio.*
    - Diſtin*cta ſecũdum*
      - Cau*ſas tum*
        - Exter*nas, reſpectu*
          - Finis.
          - Effi*cientis*
            - Principis. A' *quibus Inſtituta. Ampliata eſt Academia.*
            - Inſtrumentalis.
        - Internas. *Vide ſignum* I.
      - Acci*dẽtia: nimirum*
        - Motus *Academiæ uarij. Vide ſignum* II.
        - Locus
          - Vniuerſalis. *Vrbs ipſa & totus ager* Patauinus, *tota deniq; Venetorum ditio, in qua priuilegijs ſuis Studioſi perfruuntur.*
          - Parti*cularis, in quo exercentur munia*
            - Theorica *Prælectionum, Diſputationum, Declamationum.*
            - Practica, *Conſultationum, Iudiciorum.*
        - Tẽpꝰ. *Annus totus diuiditur in dies*
          - Fe*ſtos*
            - Minores *inſtitutos cauſa Religioſa, Profana.*
            - Maiores.
          - Non *feſtos.*
  - **Puerorum.** *Triuialium Scholarũ nulla publica, ſed priuatæ omnes, excepta ea, quã* Hannibal Rugerius I.C. *teſtamẽto ſuo inſtituit, & liberaliſſimè dotauit: idq́;, quod* Gaſpar Contarenus Cardinalis Venetus, *conſiliũ ſecutus, cùm legatus Pontificis in Germania eſſet.*

I. Conſi-

- **I. Conſideranda**
  - **Materia:** videlicet
    - **Perſonæ**, quæ cõmunicant. Vniuerſitatis Mẽbra cõſiderata ſecundùm
      - **Praxim.** Sic alij
        - **Præſunt:** tum
          - **Principes.** Nempe Rector, Vicarius, Vicerector, Subſtitutus, Sapien ſeu Syndicus maior, Conſiliarij, Syndici quatuor.
          - **Miniſtrãtes.** Vtputa Pedellus, Viator, Maſſarius, Diſpenſator, Congregator, Notarius, Librarius.
        - **Subſunt.** Academici in uniuerſum.
      - **Theoriam.** Sic alij Docent, Profeſſores, Lectores; alij Diſcunt, Diſcipuli.
    - **Res,** in quibus communicant, pertinentes ad
      - **Theoriam.** Lectiones publicæ gratuitæ.
      - **Praxim,**
        - **Corporeæ.** Commoda
          - **Priuata:** Stipendia Profeſſorum, Studioſorum.
          - **Publica,** Fiſci ſiue Ærarij.
        - **Incorporeæ.** Priuilegia, uel Agendi Libertas, uel Patiendi Immunitas.
  - **Forma,** cõmunio ſcilicet rerum pertinentium uel ad
    - **Theoriam.** Reſpectu Veritatis, Profeſſio ipſa.
    - **Praxim.** Reſpectu uirtutis & honeſtatis morum, Iuriſdictio inter eos qui imperant et parẽt. Imperij forma mixta eſſe uidetur ex imperio
      - **Vnius** Regio, Rectoris ſcilicet.
      - **Plurium,** uel
        - **Aliquorum,** Ariſtocratico, delectorum uel
          - **Vniuerſim,** quale eſt imperium
            - **Sapiẽtis,** Syndici Academici, tanquã cenſoris & ephori & nomophylacis.
            - **Syndicorũ** quatuor.
          - **Nationatim.** Conſiliarij.
        - **Omnium,** Democratico, quãdo Vniuerſitatis totius comitia habẽtur, & de ſummo magiſtratu decernitur, tum theorico Profeſſorum, tum practico Rectoris. Ergo cùm baſis hæc ſit Democratica, etiam tota Academia ad Democratiam potius, quàm aliud genus Politiæ accedere uidetur.

II. Motus Academiæ alij

- Vtiles, *tum quo ad*
  - Theoriam, *qui obeuntur uel*
    - Voce *uiua.* *Doctrinæ*
      - Profeſsio.
      - Exercitatio, *uel*
        - Continuata, *tracta*, Declamando.
        - Interpolata *cum antagoniſta*, Diſpu*tando.*
    - Scripto:
      - Scriptio.
      - Lectio.
  - Praxim, Practicæ Prudētiæ *proprij.* De *his in*
    - Genere. Sic Academiæ
      - Materiam RECEPTIO *efficit.*
      - Formam COMITIA *continere uidentur.*
    - Specie, *de ſpeciebus ἐν συνέσει καὶ κρίσει, in* Conſilio *&* Iudicio *poſitis: quæ cùm ſibi mutuas tradant operas, à potiore actione fit denunciatio.* Inſtituitur *ergò de ijs quæ*
      - Nondū *ſunt,* E*ſſe tamen fieriue debent,* Con*ſultatio ſiue* Deliberatio, *cuius finis eſt* Conſilium, Electio, *de ijs inquam, quæ pertinent uel ad* Academicam
        - Theo*riam, ut* Profe*ſſorū* Ele*ctio.*
        - Praxim, *ut* Electio Magi*ſtratuū.*
      - Iam *ſunt,* Iudicatio, *cuius finis eſt, uel præmium, uel pœna tum in ijs, quæ pertinent ad*
        - Theoriam. Examen *Candidatorum.*
        - Praxim. *Iudicatur*
          - Academia *tota à* Rectore.
          - Rector *à* Syndicis *quatuor.*
- Inutiles, *ſed honorarij tamē, &* Actiones A*cademicæ tum*
  - Seriæ, *uel*
    - Viuo*rum*
      - Sacræ.
      - Profanæ. Pompa
        - Rectoris
          - Electi.
          - Inaugurati.
        - Promotorum.
    - Mortuorum. *Exequiæ.*
  - Ludicræ: *Ludi, Choreæ.*

ACADEMIÆ INSTITVTIO, AMPLIATIO, Propagatio.

INTER omnes Italiæ Academias Bononienſis antiquiſſima, quæ mille annos ſuperat, à Theodoſio iuniore condita, ſi modò uera eſt publici priuilegij formula, barbaro ſtylo conſcripta, ut eius ſeculi propria eſſe uideatur, quo à Friderico II. Imp. iure academiæ Bononienſes ſunt priuati. Ticinenſis rudimenta, uictis Longobardis, à Carolo Magno ante DCC. an. iacta, eodemq; tempore etiam Pariſienſis, Anglorum opera, Bedæ diſcipulorum. Patauina tertium locum occupat, quæ CD. an. ab ortu ſuo numerat, tempore quidem poſterior, dignitate tamen propter illuſtriſſ. Reip. patrocinium facilè prima.

Fridericus II. Imp. Germanus iuſta de cauſa iratus Bononienſibus, Academiæ iura Patauium trãſtulit, circa an. 1222. Id munus gratiſſ. fuit ciuibus, qui tũ per delectos Prætores regebãtur. Cæterũ præclaris natalib. Acciolini tyrannis plurimũ offecit, ita ut nudus & ſine uirib. infans iaceret. Poſteaquã uerò Pontificis & Venetorũ auxilio cæſo tyrãno poſt 19. an. duriſſ. ſeruitutis libertatẽ eſt adepta Reſpub. Academia quoq; iam ueluti ex ephebis excedens ſui iuris facta eſt, ſub Goſaldi Hiſpani primo Rectoratu, an. 1260. cũ ab Vrbano IV. Pp. cõfirmata eſſet.

Anno ſeq. duo creati Rectores, alter Tranſalpinus, Henricus de S. Petronilla præpoſitus Friſingenſis: alter Ciſalpinus, Franciſcus de Nouara, canonicus Patauinus: iiq; ſtatuta primùm in ordinem redegerunt.

An. 1267. Ioannes Præpoſitus, Germanus natione, priuilegium de conductione Domorum, ſed ampliſſimum, alterum de Electione Doctorum impetrauit.

An. 1271. Nicolaus Archidiaconus Cracouiẽſis, & Io. de Monte Longo Aquileienſis, de profeſſionib. inchoandis & ferijs ſanciuere.

An. 1301. Rodolfus de Auguſta, & Bonus de Mora Mediolanenſis, ex Bononienſib. Statutis leges Academicas correxerunt.

An. 1340. Vbertinus Carrarienſis dux III. cùm Marſilio (quem primum Veneti ex fœdere, pulſis Scaligeris, Pataui j principem eſſe uoluerunt) ſucceſſiſſet, Academiæ bellorum ſuperiorum calamitatib. diſſipatæ reliquias collegit, & DC. aureorum ſtipendio, quod tunc temporis ampliſſ. erat, Raynerium Foroliuienſem I.C. conduxit.

An. 1399. Franciſci Carrarienſis ultimi principis interceſſione & magnificentia (qui redemptionis ergò Iureconſultis domum in Vico Capellorum precij D. ducatorũ donauit) à Fr. Mella Catalaunenſe & Io. Infude Calabro Rectorib. Rector unus philoſophis conceſſus eſt, cùm prius Iureconſultis ſubiecti eſſent. Deinceps igitur alter Iuriſtarum, alter Artiſtarum Rector dici cœpit, abolito Ciſalpinorum & Tranſalpinorum nomine: ita tamen, ut alternis annis ſingillatim nationis Tranſalpinæ & Ciſalpinæ ratio haberetur.

An. 1405. XV. KL. Xbris, poſt XIX. menſium obſidionem occupata urbe, Veneti Academiã multò ampliorib. ornamentis cohoneſtare ſtuduerunt: Prætori & Præfecto urbis, priuilegia Academica tuendi, & rixas Academicas tollendi mandato ſerio ſemper dato.

An. 1445. cùm propter ſeditiones Academicas Electionẽ Doctorũ ſtudioſis ſenatus Venetus erĩpuiſſet, Georgius Ehinger Vlmẽſis Rector pacẽ & libertatẽ Academiæ denuò impetrauit.

Quotannis, menſe Octobri, cùm Lectiones inchoantur, per publicum præconem Rectores urbis priuilegiorũ omniũ obſeruantiam & defenſionẽ denunciant, & ſtudioſos ueluti inuitant.

EFFI-

EFFICIENS, *tum*

PRINCEPS. *Natales ſuos debet* Friderico II. *Imp. Germanorum potentiſſimo. Adoleſcentiam* Vrbano IV. *Pp. ſub Carrarienſium principatu. Maturitatem deniq;* Venetorum *Reip. illuſtriſſimæ.*

INSTRVMENTALIS. *Loci oportunitas, ob uiciniam Venetiarũ: agri amœnitas & fertilitas, quam Paradiſo terreſtri æquiparare ſolebat Conſtantinus Palæologus, teſte Rhodigino: tranquillitas urbis & amplitudo: adeoq; genius ipſe loci planè academicus.*

MEMBRA VNIVERSITATIS.

RECTORES *duo; alter Iureconſultis, alter Philoſophis Medicisq; præeſt. Penes eos ſumma eſt Gymnaſij.*

VICARIVS, *Rectoris conſiliarius & auxiliarius.*

SVBSTITVTVS *ab ipſo Rectore, ſi quando per octo dies urbe abeſſe cogitur, deſignatur.*

VICERECTOR, *cùm ultra menſem urbe abeſſe Rector cogitur, ab uniuerſitate eligitur.*

SAPIENS *cuilibet Rectori ſuus ueluti Legatus atq; Syndicus additur, magiſtratu annuo.*

CONSILIARII *utriq; Rectori ex Nationibus ſingulis adduntur:*

Iureconſultorum *quidem numero* XXII.

Medicorum *uerò numero* XII.

SYNDICI *quatuor, defunctorum magiſtratu Rectoris & Miniſtrorum acta omnia iudicant.*

CONGREGATOR *unus ex conſiliariorum numero delectus, qui ſi quando Rector uel abſens uel actor uel reus eſt, Pedelli munus (is enim tanquam Rectori iuratus famulus ſuſpectus eſt) in conuocandis ſubit conſiliarijs.*

PEDELLVS, *Viator Academiæ, Rectori & Academicis, à lingua, à pedibus manibusq;, conuocando, indicendo, affigendo, publicãdo, denunciando, purgãdo, aperiendo, claudẽdo. Et*

Iurecoſſ. *quidem Generalem habent omnium Doctorũ: ſex alios ſpeciales, ſingulis profeſſionib. miniſtrantes.*

Medici *uerò unum Generalem: alterum Specialem, ceu mediaſtinum, qui opera ſordidiora tractat.*

MASSARIVS *ſiue Diſpenſator, rationes accepti & expenſi publici curat.*

NOTARIVS, *inſtrumenta, ſtatuta, priuilegia publico nomine ſcribit.*

LIBRARIVS *à Studioſis concreditos libros bona fide diſtrahendos curat.*

DOCTORVM *alij Docent publicè, Profeſſores: alij Non docent, licet artem ſuam exerceant. Qui docent in*

IVRE, *alij ſunt*

Ordinarij *Iuris*

Canonici

Matutini duo, alter primo, alter ſecũdo loco, primum & ſecundũ Decretalium.

Veſpertini duo, tertium, quartum & quintum Decretalium.

Ciuilis: *tum*

Corporis. *Nempe*

Matutini *duo. Qui loco*

Primo

Primo, Primam & Secundam Codicis.
Secundo, Primam & Secundam Digeſti ueteris.
Veſpertini totidem. Loco
Primo, Primam & Secundam Infortiati.
Secundo, Primam & Secundam Digeſti noui.
Inſtitutionum, unicus.
Extraordinarij. Videlicet
Bartoli contextum alius
Matutinus.
Veſpertinus.
Inſtitutionum duo.
Artis Notariatus.
Criminalis.
Tertij Patauini ſtipendio fl. XX. in ſingulos, in iure
Canonico duo.
Ciuili totidem.
MEDICINA alij itidem
Ordinarij, tum
Theorici duo, qui triennali curriculo profitentur, anno
Primo, Auicennæ Canonis primum.
Secundo, Hippocratis Aphoriſmos.
Tertio, Galeni Artem medicam.
Practici duo, qui interpretantur anno
Primo, de Febribus, quartum Auicennæ.
Secundo & Tertio, Raſim ad Almanſorem.
Extraordinarij, eadem cum Ordinarijs docentes annis tantùm alternata. Videlicet
Theorici duo.
Practici duo,
Chirurgiæ profeſſor unus. Rei herbariæ unus.
Lectura Vniuerſitatis dicta, tertium Auicennæ.
PHILOSOPHIA
Naturali Phyſici
Ordinarij duo. Triennio interpretantur Ariſtotelem de
Auſcultatione naturali.
Cœlo, uel de Gen. & Corr.
Anima.
Extraordinarij eadem alternatim.
Diuina. Nimirum
Theologi duo, Scotiſta & Thomiſta.
Metaphyſici duo, alter Thomiſta, alter Scotiſta.
Ethica, unicus.

O Mathe-

Mathematica, *Vnicus.*

ORGANICIS *facultatibus.* Nimirum in

Logica *alij*

Matutini *docent*

Artem ueterem.

Priora Analytica.

Poſteriora.

Veſpertini *profitentur*

Topica.

Sophiſticos elenchos.

Rhetorica, *cui adiungunt* Poeticam, *&* Hiſtoriam *quoq;.* Humaniſtam *uulgò dicunt.*

Grammatica *nullus publicus, priuati omnes, mercede priuatorum conducti.* Nuper *admodum ex* Hannibalis *Rugerij* I. C. *legato Schola Grammatica publica inſtituta fuit.*

¶STVDIOSI *per* Nationes *diſtinguuntur.* Natio *integra* Vltramontanorum *tribus:* Citramontanorum *ſex ſtudioſis completur inter* Iurecoſſ. *idq; ſingulari priuilegio* Vltramontanorum, *ne propter paucitatem in comitijs ſuo iure excidant.* Ergo

Iureconſultorum *Vniuerſitas* Nationes *habet* XXIII.

I.	*Germana.*	II.	*Polona.*	III.	*Bohema.*
IV.	*Vngara.*	V.	*Prouincialis.*	VI.	*Burgunda.*
VII.	*Angla.*	IIX.	*Hiſpana.*	IX.	*Vltramarina.*
X.	*Scota.*	XI.	*Romana.*	XII.	*Sicula.*
XIII.	*Marchäconitana.*	XIIII.	*Lombarda.*	XV.	*Mediolanenſis.*
XVI.	*Genuenſis.*	XVII.	*Tuſca.*	XIIX.	*Veneta.*
XIX.	*Marchataruiſina.*	XX.	*Foroiulienſis.*	XXI.	*Dalmata.*
XXII.	*Pedemontana.*	XXIII.	*Patauina.*		

Philoſophorum *&* Medicorum *Vniuerſitas nationes habet* VII.

I. *Tuſca &* Romandiolæ.

II. *Vltramontana ſeu* Tranſalpina.

III. *Vltramarina ſeu* Cypria.

IV. *Lombarda.*

V. *Marchataruiſina, Foroiulienſis, Illyrica, Dalmata.*

VI. *Romana, Lucana, Sicula, Appula.*

VII. *Marchanconitana.*

RES ACADEMICÆ, IN QVIBVS communicant.

LECTIONES *publicæ.* De *quib. ſub titulo* Profeſſorum.

PROFESSORVM *ſtipendia ex fiſco publico perſoluuntur.*

STVDIOSORVM *pauperum* Stipendia *&* Prytanea, *priuata liberalitate in collegijs uulgò dictis inſtituta.*

FISCVS

FISCVS ſiue Ærarium. Iurecoſſ. olim ex omnibus iis, qui nomen Academiæ darent, quiq; gradum uel in Iure, uel in Medicina etiam & Philoſophia acciperent, fructum percipiebat. Poſt cùm D. ducatorum precio (tanti enim domus à Franciſco Carrarienſe illis donata æſtimabatur) iuri ſuo in Medicos & Philoſophos renunciaſſent, Fiſcus Academicus diuiſus eſt. Proinde

Fiſcus Iuriſtarum Pedelli fidei commiſſus percipit fructum ab
- Domo Iuriſtarum in uico Capellorum.
- Inſcriptis.
- Promotis.
- Profeſſoribus Iuris, pro ratione ſtipẽdij cuiuſq;, ſtipem C. ducatorum quotannis menſe Decembri collatam, pro choreis & haſtiludijs.

Fiſcus Artiſtarum in ſacrario D. Antonij Paduani cum uolumine Statutorum, cum Sceptro & Priuilegijs Academicis, reponitur, tribus ſeris munitus. Clauem unam Rector, alteram Conſiliariorum unus, tertiam Maſſarius habet. In eum inferũtur fructus qui percipiuntur quotannis ex
- Domo Artiſtarum ad D. Blaſij.
- Inſcriptis.
- Promotis.
- Profeſſoribus Philoſophiæ & Medicinæ, quotannis ad ducatos XXVI. ſingulis pro ratione ſtipendij ſui, tempore Quadrageſimæ contribuentibus.
- Anatomiæ, & feſti D. Thomæ, & multarum reliquijs.
- Studioſis ab inteſtato decedentibus, ſi nulli ſint certi hæredes.

PRIVILEGIA. Agendi libertas, patiendi immunitas ab Pontificib. Impp. Carrarienſibus, Venetis deniq; ampliſſima conceſſa, de quibus in Speciali enarratione.

FORMA ACADEMIÆ.

Mixti generis eſſe uidetur, ut ſunt ferè omnes Reſpub. Democratiæ tamen ſpecies manifeſtior, niſi Rectoris monarchia offuſcaretur.

ACCIDENTIA ACADEMIÆ.

Motus Academici.

Profeſsiones quando, quandiu, quomodo.

Declamationes & Diſputationes ſimiliter.

Electiones uariæ: de quibus in ſpecierum enarratione. Vtpute
- Studioſorum Receptio ſeu Immatriculatio.
- Rectoris, Vicerectoris.
- Sapientis.
- Conſiliariorum.
- Syndicorum.
- Miniſtrorum Academicorum.
- Profeſſorum.

- Iudicationes
  - *Profeſſorum diligentiæ.*
  - *Candidatorum.*
  - *Rectoris.* *Syndicatus.*
  - *Academicorum omnium in Foro Rectoris.*
- Pompæ *aliæ*
  - *Viuorum: tum*
    - *Sacræ.*
    - *Profanæ. Vtpute*
      - *Rectoris: tum*
        - *Electi.*
        - *Inaugurati.*
      - *Candidatorum.*
  - *Mortuorum. Funebres.*

Locus.

LOCVS Vniuerſalis, *Vrbs ipſa ſtudijs propter temperiem cœli, commoditatem loci, quietem & tranquillitatem, aptiſsima, & Athenarum æmula.*

LOCVS Particularis

- Profeſsionum, *Diſputationum, Declamationum, Gymnaſium è regione D. Martini, olim hoſpitium publicum, ſub Bouis inſigni, unde etiamnum nomen retinet, Iuriſtis primùm à Iacobo de Bonzaninis I.C. & equite annuo cenſu 55. ducatorum conceſſa, ut ſumptib. Venetorum in Scholas conuerteretur, an. 1493. Olim Medici & philoſophi fornices ſuos ad D. Blaſij habebant (quos nunc alijs locant) atq; in Seplaſijs circulares diſputationes obibant. Sed hodie in eodem Gymnaſio cum Iuriſtis uerſantur.*
- Promotionum, *Aula Epiſcopalis, prope templum Cathedrale.*
- Inaugurationis *Rectorum, Summum Templum.*
- Conſultationum, *Iudiciorum, Pomparum, Affixionum Medicarum ipſæ Seplaſiæ: Iurecoſſ. ædes Rectoris uel Scholæ, horis uacuis.*

Tempus.

Annum *Academicum auſpicantur XIIX. die Octobris, feſto D. Lucæ, eoq; Profeſſores inaugurantur. Principium ſtudij uocant. Diuiditur potiſsimùm ratione motus theorici, quem numerat. Aut enim exercitia theorica Profeſsionum*

- Habet. *Dies omnes non feriati.*
- Non *habet. Feriæ*
  - MINORES, *inſtitutæ cauſa*
    - Religioſa. *Harum ipſarum rurſus aliæ*
      - *Interpolatæ & ſingulares, menſe quidem*
        - Octob. S. Lucæ. SS. Simonis & Iudæ.

Nou. *Omnium ſanctorum. Fidelium defunctorum.*
S. Proſdocimi, Iuriſtis tantùm
D. Martini. D. Catharinæ. D. Andreæ.
Dec. *D. Nicolai. S. Ambroſij, Iur. Conceptio B. Virginis.*
S. Luciæ D. Thomæ Apoſtoli.
Ian. *Circumciſio. Epiphania.*
S. Antonij de Vienna. S. Fabiani & Sebaſtiani.
Feb. *Conuerſio S. Pauli.*
Purificatio Mariæ. S. Blaſij epiſcopi.
S. Matthiæ.
Martij: *D. Gregorij, Iur. S. Ioſephi, Iuriſtarum.*
S. Thomæ Aquinatis, Med. Annunciatio Mariæ.
Aprilis: *S. Marci Euangeliſtæ. S. Petri Mar. Iur.*
Maij: *DD. Philippi & Iacobi. S. Bernardini, Med.*
S. Vrbani, Medicorum.
Feſtum corporis Chriſti. S. Crucis inuentio, Iur.
Iunij: *S. Barnabæ Apoſtoli. S. Antonij de Padua. D. Ioan. Baptiſtæ.*
SS. Petri & Pauli.
Iulij: *Viſitatio B. Virginis.*
D. Mariæ Magdalenæ. S. Iacobi & Chriſtophori.
Auguſti: *S. Mariæ de Niue, & Dominici conf.*
S. Laurentij. Aſſumptio Virginis.

Continuatæ. *Vtputa Feriæ*
Natiuitatis, à D. Thomæ uſq; ad Circumciſionem.
Bacchanalium per XV. dies, uſq; ad diem Cinerum.
Reſurrectionis, ſeptimana præcedens & ſequens.
Aſcenſionis, cum die ſequenti.
Pentecoſtes cum duobus diebus ſeq.

Profana. *Iulij 17. D. Marinæ conſecrata, ob Patauium occupatum.*
Nou. 17. & 18. ob receptum Patauium feſta.
Feriæ Potionum, ſeu Purgationum, octiduum integrum ante Aſcenſionem, corporum purgandorum ergò.
Dies Iouis, ſi nullum aliud feſtum in hebdomade occurrat.
Dies præcedens & ſequens Rectoris inaugurationem.
Inauguratio Ducis Veneti.

MAIORES,
Iurecoſ. à 22. Iulij, Philoſophis autem & Medicis à 15. Aug. uſq; ad 18. Octobris.

PATAVINAE ACADEMIAE *conſtitutio Speciatim conſiderata.* CAP. XXII.

- SPECIALIS *Academiæ conſideratio alia reſpectu Academicarũ*
  - Perſonarum. *Agendũ ergo de Academicis cõſideratis tum*
    - Vniuerſim. *Academicorum*
      - Electio, *ſeu Receptio.*
      - Officium.
      - Commoda & *Ornamenta.*
    - Singillatim *ſecundum*
      - Theoriam:
        - DOCTORVM
          - Electio
          - Officium
          - Commoda, *Ornamenta.*
        - DISCIPVLORVM, *quatenus eruditionem*
          - Acquirunt:
            - Electio.
            - Officium.
            - Commoda.
          - Acquiſiuerunt, *eiuſdēq; teſtimonium petunt.* CANDIDATORVM
            - Officium.
            - Teſtimonium.
      - Praxin: *quatenus in Politia academica*
        - Præſunt *uel*
          - Imperando. *Vide I.*
          - Miniſtrãdo: *alij quidem*
            - Gratuiti. CONGREGATOR.
            - Mercenarij.
              - PEDELLVS.
              - MASSARIVS.
              - NOTARIVS.
              - LIBRARIVS.
        - Subſunt.
  - Actionum *in Academia uel*
    - Perpetuanda. *Vide ſignum II.*
    - Suſpendenda SVSPENSIO *ſtudij.*

I. Impe-

- I. Imperiū Academicum aliud eſt
  - Primariū, RECTORIS aut VICERECTORIS aut SVBSTITVTI. Rector VICARIVM ſibi adiungere poteſt, omnium conſiliorū & actionum ſociū & adiutorem. Rectoris igitur, quatenus
    - Nondum eſt electus, conſideranda Electio.
    - Eſt electus, ſic &
      - Actiones ſiue Officia eius reſpectu
        - Suijpſius.
        - Aliorum
          - Magiſtratuum.
          - Academicorū in
            - Genere omnium.
            - Specie, reſpectu
              - Doctorum.
              - Studioſorū.
              - Succeſſoris.
              - Vicerectoris.
              - Pedelli.
              - Notarij
      - Paſsiones, utpote Præmia, Commoda & ornamenta Rectoris uel
        - Honoraria.
        - Vtilia.
  - Secundarium, partim reſpectu
    - Totius Vniuerſitatis, dū Rector in magiſtratu
      - Eſt, penes SAPIENTEM ceu Ephorum et Νομοφύλακα. Huius
        - Electio.
        - Officium.
        - Cōmoda et Ornamēta.
      - Non eſt amplius, penes quatuor SYNDICOS. Horum
        - Electio.
        - Officium.
    - Singularum Nationum, penes CONSILIARIOS nationatim delectos. De horum
      - Electione.
      - Officio.
      - Ornamentis.

II. In

II. In perpetuāda Academia Actiones aliæ

- Vtiles,
  - Theoricæ. Vt ſunt
    - PROFESSIONES, in
      - Genere.
      - Specie, ANATOMICA Adminiſtratio.
    - DISPVTATIONES.
  - Practicæ, in
    - Genere. Actio
      - Materialis, INSCRIPTIO, quæ materiam hoc eſt, ciues Academiæ ſubminiſtrat.
      - Formalis, COMITIA Academica uti
        - Conuocantur.
        - Habentur.
    - Specie. Qualis eſt
      - Conſultatio, ELECTIO pertinens ad
        - Theoriā, Profeſſorum.
        - Praxin
          - Rectoris.
          - Syndicorū.
          - Conſiliariorum.
      - Iudicatio practica
        - Eruditionis alienæ, PROMOTIO, uel Reprobatio.
        - Morum
          - Rectoris, per SYNDICATVM.
          - Aliorū, per FORVM Rectoris.
- Honorariæ: ut ſunt
  - POMPÆ Academicæ, Sacræ, Profanæ.
  - CHOREÆ, Ludiue.

ACADEMICORVM IN GENERE.

Receptio, Inſcriptio, Immatriculatio.

QVI. Studioſi omnes, Pedellus itidē, Notarius Vniuerſitatis, & Notarius Collegij nomen ſuum Notario danto.

A' loco

À loco *ortus, quando pater eiuſdem loci ciuis eſt, nationem deligito: quando non eſt, nationem patris ſequitor.*

Patauini *nomen danto, ſuffragij tamen ius ne habento.*

À QVO. Poteſtate *à Rectore data & accepta, Notarius nomen ſtudioſi recipito, albo uni, quod penes ſe eſt, ſubinde alteri, quod penes Notarium eſt, inſcribito.*

QVOMODO. Iuramẽto, *quòd Rectori obediturus ſit, adſtringitor. Nomen & cognomen & nationem bona fide edito, in Nationis album recipitor. Si Nationis ſit ab omnibus diuerſæ, in eam quæ proxima eſt adlegitor. Receptionis teſtimonium à Notario accipito, XXX. Sol. numerato. Prælatus, ſi προεδρίαν cupit, libras ſex ſoluito.*

QVANDO. Infra *menſem, poſtquam in urbem uenerit.*

Officium.

Nomen *Rectori apud Maſſarium bona fide danto.*

Sacramentum *præſtãto: Obedire Rectori: Vocanti adeſſe: Rectoratum uel quod libet aliud munus publicum delatum non recuſare,*

Qui *Venetis parent, abſq; permiſſu Senatus externa gymnaſia nec adeunto, nec alibi quàm Patauij gradum ſuſcipiunto.*

Tumultum *in Scholis, dum legitur, nec ioco nec ſeriò excitanto.*

Rixantes *arma Rectoris iuſſu deponunto.*

Libros *, ueſtes, abſq; Rectoris ſcitu permiſſuq;, ne oppigneranto.*

Hoſpitij *relicti, claues hoſpiti reddito.*

Hoſpitium *cum ſocijs conductum non intrans, partem penſionis annuæ numerato: niſi ſocij quem alium in eius locum admiſerint.*

Põpas *ſacras feſtorũ dierũ Corporis Chriſti et D. Antonij Patauini & D. Thomæ comitãtor.*

Commoda, Ornamenta.

Ciuium *priuilegijs utilibus & honorarijs fruitor, ab onerarijs liber eſto.*

Res *ad uictum & amictum & ſtudia neceſſarias pro ſe & familia importandi & exportandi abſolutam immunitatem habento. À Chartæ & Equorum uectigali liberi ſunto.*

Lectionum *& Diſputationum frequentandarum ius liberrimum habeto.*

Sedes *quas uolet occupato, Primis exceptis. Eæ namq; Rectori, Venetis nobilibus, Sapienti & Conſiliarijs gratis debentur: Prælatis uerò & Illuſtribus tum demũ, ſi ſex libris, dum nomen dant, eas redemerint.*

In *Comitijs publicis ſuffragium ferre, ſic uti decet, præterquàm Patauino & Veneto, cæteris omnibus permiſſum eſto.*

Propter *ludum uel propter æs alienum quoduis libros ſtudioſo auferre piaculare eſto.*

Repreſaliarum *conceſſio in Scholaribus ipſis, eorundemq; famulis & fortunis, locum ne habeto.*

Coram *Rectore ſolo Scholaris conuenitor.*

Ob *rixam, licet atroci iniuria illata, ſi inter litigantes conuenerit, ne Rectori quidem actio in illos dator.*

Tormentis *ſcholares ne ſubijciuntor.*

Studioſi *Clerici beneficiorum fructus nihilominus percipiunto, ijs exceptis qui inter præſentes tantùm diſtribui conſueuere.*

Artiſtæ *togati faſcia ſericea collo appenſa, ceu nota immunitatis Academicæ, à reliquis diſcernuntor. In tali habitu ſacroſancti ſunto.*

Rectores *Paduæ ius armorum ſtudioſis, quibus uidebitur, concedunto.*

Iuris *ſtudioſus æris alieni aut delicti cuiuſcunq; cauſa (niſi pœnam ſanguinis mereatur) ne ducitor: ſed coram Prætore fideiuſſore dato, iudicio ſatisfacito: niſi paret, in carceres abripitor.*

Medicus *nullius delicti cauſa, quod citra ſanguinem expiari poßit, coram alio quàm coram Rectore conuenitor: nec niſi Rectoris iuſſu in uincula ducitor.*

Æris *alieni cauſa, niſi Patauij uel in agro creditum ſiet, non niſi iuſſu Rectoris abducitor.*

Fideiuſſores *ſtudioſus ſtudioſos idoneos dato.*

Pro *libris ueſtibusq; à ſtudioſo oppigneratis non ſupra quatuor denarios menſtruos in libram fœnerator exigito.*

Domum *quam habitare cœperit, eodem cenſu per quadriennium poßidendi facultatem habeto, niſi dominus ipſe inhabitare uoluerit.*

Ante *annum è conducta domo quantauis de cauſa ne pellitor.*

Damna *domus, monente ſtudioſo, dominus intra X V. dies ſarcito: ſi ceſſet, ſtudioſus de penſione ſarciendam curato.*

Domum *à Scholari habitatam ne quis alius conducito.*

In *contubernium inuitis Scholaribus inquilinis quenquam alium hoſpes ne recipito.*

Studioſi *domo conducta mechanicorũ artificum ſuperuenientiũ ſtrepitibus ne impediuntor.*

Medicus *& Philoſophus à Medico profeſſore gratis curator.*

Stipem *à profeſſoribus ſtudioſi quotannis exigunto, Iurecoß. quidem à ſuis menſe Decembri ducatos C. Medici à ſuis ducatos X X V I. per Quadrageſimam. Eam pecuniam in choreas ludosúe pro arbitrio, permiſſu Rectorum urbis, impendunto.*

Receſſurus *ſi præconio per urbem & Scholas abitum ſuum denunciarit, poſt quintum diem ab omni impedimento deinceps obijciendo liber eſto.*

Funus *ſtudioſi Rector, profeſſores & ſtudioſi omnes honorificè comitantor. Pauperes publicis ſumptibus efferuntor.*

Pœnam *periurij quinq; libris & priuatione ſuffragiorum per annum redimito.*

Multæ *ſtudioſis à Rectoribus urbis irrogatæ, Gymnaſij inſtaurationi ſeruiunto.*

Studioſus *relegandus prius publicè proclamator: idq; ipſum ei per Pedellum denuntiator.*

DOCTORVM SIVE PROFESSORVM

Electio.

A' QVIBVS. A' Rectore *et tota Vniuerſitate Iuridica Iureconſulti: ab Vniuerſitate Medica Medici, à Philoſophica Philoſophi, præſentibus Prætore & Præfecto urbis. Tertij iuris profeſſores Patauini à Prætore, Camerarijs, Rectori Iurecoß. & uno ex Deputatis Reip. Patauinæ.*

Suffragia *ij tantùm, qui ei facultati, de cuius Doctore agitur, ſeriam operam dederint, ferunto.*

Nulli

Nulli *ne exercitij quidem cauſa, abſq; Rectoris permiſſu, docere fas eſto.*

QVI. Veneti *omnes in uniuerſum, tam patritij, quàm ciues, à profeſsionibus arcentor.*

Duo *Patauini collegæ in eadẽ profeſsione ne ſunto: ſed Patauino peregrinus adiungitor.*

Electi *qui gradum non habent, eundem non niſi à Patauino collegio accipiunto.*

QVOMODO. Lecturæ *olim omnes ſtudioſorum ſuffragijs conferebantur. Cæterùm an. 1523. ordinarias ſex, Theoricas duas, Practicas duas, & Philoſophicas duas, Senatus Venetus ſui iuris eſſe uoluit, reliquas Scholarium arbitrio permiſit.*

Si *quis à maiore parte ſtudioſorũ approbatus fuerit, abſq; ſuffragatione admittatur. Quẽ nõ, de eo per ſuffragia agatur. Præter eos qui ſpeciali priuilegio ſuffragijs exẽpti ſunt.*

Rotulus *offeratur urbis rectoribus cum literis Rectoris, Venetias mittendus expenſis electorum, ante XX. diem Iunij confirmandus, ante XXX. publicandus.*

QVANDO. Quarto *die poſt inaugurationem Vniuerſitas conuocetur, pro nouo Rotulo ſiue catalogo profeſſorum faciendo.*

Electi *eo die quo Academicæ profeſsiones incipiunt Rectori obedientiam iuranto.*

Officium.

Rectori *fidem danto, obſeruanto.*

A` Feſto *D. Lucæ, qui in XIIX. Octob. incidit, uſq; ad XXII. Iulij Iurecoſ. uſq; ad XV. Aug. Medici atq; Philoſophi lectiones perpetuanto.*

Ad *Campanam turris bubulæ, ſeu palatinæ, ante & poſt meridiem in Scholis ſinguli conſtitutis horis comparento.*

Per *horam integram docento memoriter. E` ſcripto olim per horas duas legebant. Vnde Lecturæ & Lectores dicti.*

Lectionis *ſummam petentibus auditoribus ſub finem dictanto.*

Feſtis *diebus, qui publica Viatoris uoce pridie denuntiati fuerint, feriator.*

Prælectiones *nec Diſputationum, nec Promotionum actibus ullis ſuſpendito.*

Vltra *triduum Ordinarij, Extraordinarij ultra mẽſem (præterquàm in Vacationibus magnis) urbe abeſſe ne Rectoris quidem permiſſu poteſtatem habento.*

Diſcordias *inter ſtudioſos ne alito.*

Bis *ad minimum quotannis publicè diſputanto, uel ſoli, uel per reſpondentem.*

Omnibus *actibus publicis interſunto.*

Profeſſor *quilibet Rectori ad pompam cum prætore & præfecto honorariam extra urbem de equo bono ſuo ære proſpicito.*

Si *quis rectoria cenſura Scholarum ingreſſu prohibitus temerè ſeſe auditoribus intermiſcuerit, Profeſſor lectionem ſuſpendito.*

Negligentes *per Pedellum Camerarijs delati, parte demenſa ſalarij, pro numero negligentiarum multantor.*

Qui *profeſsione ſua neglecta alienam inuolarit, ſalario duorum menſium multator.*

Iurecoſs. *menſe Decembri ſtipem centum ducatorum in ludos & choreas ſtudioſorum impendendam ſinguli pro ſtipendij ratione, conferunto.*

Medici *Bacchanalibus ſtipem XXVI. ducatorum, pro ratione ſtipendij cuiuſque.*

Recuſantium ſalarijs penes fiſci præfectos, quod par eſt detrahitor. Eam pecuniam in uſus Academiæ neceſſarios, Choreis & haſtiludijs omiſſis, conferunto.

Profeſſor *gradu carens, antequàm curriculum abſoluat, à Collegio Patauino eundẽ ſuſcipito.*

Iureconſultus *Rectori in negotijs Academicis ſemper, in priuatis dum magiſtratu fungitur, gratis conſulito. Idem ne quidem Vacationum tempore Venetijs cauſas agito.*

Medicus *profeſſor ſtudioſis ægrotis, niſi peſte laborent, uocatus gratis adeſto.*

Priuilegia, Commoda.

Salaria *ampliſſima, ſine mora, Rectoris cura, è fiſco percipiunto.*

RECTORIS PATAVINI
Electio.

QVIS. **Albo** *inſcriptus.* **Peregrinus**, *non Patauinus, nec Venetus.*

Qui *ſuis ſumptibus per quinquenniũ in Academia aliqua ſtuduerit Iurecoſ. Medicus autem, qui ad minimum per duos annum cum dimidio Medicinæ operam dederit, nec philoſophiæ ignarus ſit, Pataui annum unum uixerit.*

Ætate XXII. *annorum Iurecoſ.* XXIV. *Medicus.*

Patria, *uel urbe, uel Caſtello non ignobili.* **Thoro** *legitimo.*

Vxorem *nec Venetam nec Patauinam habeat.*

In *Academiæ ære non ſit.*

Præſens *ſit: pignore tamen C. ducatorum depoſito etiam abſentis haberi poteſt ratio.*

Rectoratum *prius non geſſerit.*

Iuris *uel Medicinæ licentiam non habeat.*

Chirurgiam *intra annum non exercuerit.*

Vitæ *integræ.* **Nulli** *religioſorum ordini addictus.*

Qui *ſumptu magnificus eſſe queat. Si non, Vicerector eſto.*

QVANDO. **Iurecoſs.** *prima die Auguſti. Medici olim prima hebdomada Quadrageſimæ. Nunc uerò ſecunda Auguſti. Ille X. Aug. hic XV. eiuſdem inauguratur.*

A QVIBVS. **Ad** *Comitia publicè Vniuerſitas tota inuitator.*

QVOMODO. **Prætore** *& Præfecto urbis in aula Comitiorum præſentibus, ad turbas compeſcendas, in Comitium introducuntur omnes Studioſi, per Nationes diſtincti. Capita numerantur. Iis egreſſis, nominandi Rectoris poteſtas fit Sapienti ſiue Syndico, Conſiliarijs, & Electionarijs à qualibet natione primùm electis. Itur in ſuffragia. Qui in hac prima ſortitione ſeptem uota habuerit, eius tantùm ratio haberi poteſt in Comitijs. Introducuntur denuò ſtudioſi omnes, & Nominatis propoſitis tota ſtudioſorum uniuerſitas in ſuffragia abit. Qui plura tulerit, Rector eſt. Sin duo ſint pares ſufragijs, Epiſcopus, Prætor, Præfectus & Rector litem dirimunt: quibus ipſis æqualiter diuiſis, Rectoris pars potior habetur. Oppoſitiones factas, iuſtæ ſint nécne, Rector cum Conſiliarijs examinato. Electus intra triduum, an magiſtratum ſit accepturus, reſpondeto, ſi præſens eſt: ſin abſens, intra decem dies. Vbi accepit, magnifico comitatu ad Rectores urbis deducitor, deductoribus bellaria domi exhibeto.*

Officium.

Officium.Reſpectu

SVIIPSIVS. Iurecoſſ. *Rector decima,Medicorum XV.Auguſti inaugurator, præſtito iuramento prædeceſſori caputium in ſummo templo aſſumito, ſolenni pompa domum deducitor,doctores & conſiliarios epulo excipito.*

Infra *menſem ab inauguratione ſtatuta diligenter perlegito.*

Proprijs *ædib.habitato.* Quadra *propria uuito.*

Vnius *ſolius contubernio Iurecoſſ.duorum Medico uti permiſſum eſto. Famulos uterq; ad minimum duos alito.*

Veſtitu *holoſerico rubeo utitor.*

In *publico abſq; Rectoratus inſignib.non compareto.*

Venetias *non niſi magna de cauſa,à Sapiente & Conſiliarijs approbata,comite inſuper ſtudioſo uno delecto,& duob.ad minimũ famulis, adito. Libras quinq; in diem ex fiſco accipito.*

Per *octiduum urbe abeſſe,in ferijs maiorib.per XV.dies,dum ſubſtitutum deligat,poteſtatem habeto.Si ulterius,Vicerectorem,conſenſu ordinum,eligito.*

Ante *feſtum Paſchæ licentiam Medicinæ à collegio iuſto examine ſuſcipito.*

Vbi *magiſtratu abierit,per menſem ſyndicorum de ſe cenſuram expectato, ratam habeto:nec niſi datis uadibus diſcedito.*

MAGISTRATVS. Duci *Veneto electo pompa honeſta Venetias congratulatum ito.*

Prætoris *& præfecti inaugurationes, occurſus item publicos,pompa magnifica cohoneſtato.*

ACADEMICORVM. Quorum *nomina recipienda ſunt, eorum mores & genus à popularibus illorum expiſcato.*

Nomina *per Notarium in album inferri curato.*

Priuilegia *& Statuta Rectoribus urbis,magiſtratum primùm ineuntibus,eo ipſo die, quo ciues ſua,exhibeto.Eadem tuetor,ampliato.*

Per *Præconem quotannis nomine Rectorum urbis per compita Statutorum obſeruationem & confirmationem denunciari curato.*

Priuilegia *noua in librum Statutorum referto.*

Omnium *actuum publicorum poteſtatem,niſi quid impediat,facito.*

Examinibus *omnibus ſtudioſorum,ſiue publicis, ſiue priuatis,intereſto. Abſens fructu careto.*

Ad *diſputationes & doctores & diſcipulos hortator,cogito.*

Publicis *diſputationibus & Circularibus intereſto.*

Pacem *procurato.* Lites *componito.*

In *omnes Doctores,Studioſos,Notarium, Viatorem, & Paduæ & in agro Patauino,ius abſolutum habeto.*

Medicus *ſemel in hebdomada quauis die Iouis, mane & ueſpere,cum Sapiēte & Conſiliarijs:Iurecoſſ.bis, Martis & Sabbathi, ius dicito.*

Multas *ſeuerè exigito,nil quicquam remittito.*

Inobedientes & contumaces à Scholarum conuerſatione excludito.
Vniuerſitatis I.C. nomine in D. Andreæ ſacello, uti rectè ſacra obeantur, procurato.
Electionis die Doctorib. & ſtudioſis bellaria exhibeto.
Ius armorum Doctorib. aut ſtudioſis inſidias metuentib. Medicorum Rector concedito.
Suffragia Rector dato: ex urnis exempta cum Sapiente dinumerato.

DOCTORVM. Campanæ Academicæ uti ſuo tempore atq; modo rectè pulſentur, proſpicito.
Doctorum ſalaria uti perſoluantur procurato.
Negligentias per Pedellum obſeruato.

STVDIOSORVM. Bis in anno, menſe Maio, & iterum Decembri, cum Sapiente, Conſiliarijs, Viatore & Notario omnium doctorum ſcholas uiſitato, iuramento obedientiæ ſtudioſos adſtringito.
Studioſos digladiantes armis priuandi poteſtatem habeto.

SVCCESSORIS. De Succeſſore eligendo feriò ſuo tempore agito.
Die Auguſti prima Iurecoſſ. ſecunda Medicus publicis comitijs ſucceſſorem eligendum curato.
Succeſſorem in gradu adeundo, aut ſi urbe per octiduum abeſſe ſit neceſſe, pro Vicerectore agnoſcito, habeto.
Statutorum librum ſartum, tectum, purum, mundumq; ſucceſſori tradito.

VICARII, SVBSTITVTI, VICERECTORIS. Vicarium, ſi uolet, cuius conſilio & auxilio publicè priuatimq; utatur, eligendi poteſtatem habeto.
Cùm urbe per octiduū abeſſe cogitur, Subſtitutū legito. Niſi redit, publicè confirmator.
Cùm ſupra menſem, Vicerector comitijs creator.

SYNDICORVM. Magiſtratu defunctus per mēſem integrum Syndicorum de ſe ſuiſq; iudicium expectato.

NOTARII. Acta omnia per Notarium literis mandato.

MASSARII. Pecuniam publicam fiſci præfecto tradito.

Priuilegia.

HONORARIA. Arma cum duob. aut trib. ſocijs, totidemq; famulis ferendi, interdiu noctuq; poteſtatem habeto, non tantùm Patauij, ſed & in tota Venetorum ditione. Vbi magiſtratu deceſſerit, per ſe ius iſtud in omni uita retineto.
Ad publicos actus comitatu honeſto, Notario & Viatore cum ſceptro argenteo præeuntib. deducitor.
In pompis & conſeſſibus publicis à Rectoribus urbis & Epiſcopo Patauino primus eſto Rector Iurecoſſ. ſecundus Artiſtarum.
In actib. Medicis Iureconſultum præcedat Rector Medicus.
In tota Vniuerſitate quatuor uoces: in Conſiliarios & Electionarios in unaquaq; natione unam, in ſua duas: ſi quando à Sapiente Cōſiliariorum cenſuræ ſubijcitur, uocem unam habeto.
Magiſtratu abiens anni ſpacio duorum ſuffragiorum ius in conſilijs habeto.

A iuramento *perpetuo exemptus eſto.*

Qui *per decennium* Patauij *habitarit, poſt* Rectoratus *dignitate inſignitus fuerit,* Patrij Pat*auini locum cum poſteris ſuis obtineto.*

Equeſtri *dignitate à duce* Veneto *gratis ornator.*

VTILIA. Sacroſanctus *eſto.*

Vicarij, *tanquam cōſiliorum omnium participis & adiutoris, eligendi poteſtatē habeto.*

A Collegio *gradum gratis accipito.* Alterius *gratuiti facultatem pro ſocio obtineto.*

Ab iis *qui nomen dant, ſolidos* III. *accipito.*

A Candidato *in iure Ciuili, Coron. duos, in utroq; Coron. tres.*

A Candidato *Medicinæ & Philoſophiæ, Coron. unum.*

Ex *fiſco ſubſidij nomine ducatos centum accipito.*

Multarum *partem mediam capito.*

Publico *ſumptu publica negotia foris tractato.*

VICARII

Electio.

Ab *ipſo* Rectore *nominator & eligitor.*

Officium.

Rectori *publicè & priuatim, in conſulendo iudicandoq; adeſto.* Eiuſdem *arbitrio uel adeſto uel abeſto.*

Commodum.

Inter Conſiliarios Rectori *dextrum latus clauditо.* Sententiam *rogatus dicito, abſq; ſuffragio tamen.* Armorum *ius habeto.*

SVBSTITVTI à RECTORE

Electio.

Subſtitutus *à* Rectore Iurecoſſ. *per octiduū ſubſtitui poteſt, in* Examinibus *non poteſt, niſi confirmetur ab* Vniuerſitate; *præſtito ſolenni iureiurādo.* Sit de *Natione* Rectoris.

Officium.

Ius *reddere.* Vniuerſitatis *negotia tractare.*

Vnicam *uocem in conſultationibus habere.*

Examinibus *Scholarium non intereſſe.*

VICERECTORIS

Electio.

Cùm Rector *uel haberi nequit, uel is qui eſt, urbe ultra menſem abeſſe cogitur, ab* Vniuerſitate *tam* Medicorum *quàm* Iurecoſſ. Vicerector *eligitur talis, qui* Rectoratu *dignus ſit, &* Rector *etiam ſeq. anni eſſe queat.* Iuramento *eodem quo* Rector *adigitur.* Rector *electus, donec alter magiſtratu cedat,* Vicerector *eſt, tunc maximè, quando* Rector *gradum doctoratus adit.*

Commoda.

Primi *octidui fructus* Inſtitutionum & Examinum, Rectoris: *poſt illud,* Vicerectoris *totus eſto.*

SAPIEN-

SAPIENTIS

Electio.

QVIS. Nec gentis,nec nationis eiuſdem ſit cum Rectore. Non minor annis XXV. Per annos ad minimum quatuor uel iuri uel philoſophiæ & medicinæ operam dederit. In urbe annum unum Vltramontanus,duos Citramontanus habitarit.

A' QVIBVS. A' Conſiliarijs & Rectore,præſentib.Rectoribus urbis.

QVANDO. Quarto die ab Rectoris electione.

Officium.

Rectoris abſentis,niſi Vicerectore ſubſtituto,locum tueri.

Rectoris & Conſiliariorum cenſorem & inſpectorem & accuſatorem & hortatorem,pro re nata, agere.

Statuta diligenter perlegere.

Studioſis contra potentiores adeſſe.

Teſtes in iudicio productos examinare.

Vniuerſitatis defenſionem ſuſcipere.

Legationes publico nomine obire.

Multas exigere,nullas remittere.

Iuriſperitos in cauſis grauiorib.cõſulere.

Rectoris tantùm permiſſu urbe abeſſe,alium ſubſtituere.

Suffragia cum Rectore ex urnis deprompta numerare.

Studioſos morti propinquos cum Notario & Pedello accedere, ad ſacra ſuſcipienda & teſtamenti confectionem & legatum aliquod academicum hortari.

Priuilegia.

A' Rectore ſecundus eſto in pompis,deductionibus,epulis,à ſiniſtris ſcilicet.

Immunitate triennali fruitor.

Multarum à ſe uel ſuo hortatu exactarum partem obtineto decimam.

In diſputationib.ſi uolet opponere,ſecundus eſto.

SYNDICORVM QVATVOR

Electio.

QVANDO. Electo Syndico & Conſiliarijs, ſtatim quatuor Syndici ad cenſenda Rectoris defuncti & Miniſtrorum acta omnia eligantur.

QVI. Apud Iurecoſſ. duo Vltramontani, totidem Citramontani, non tamen de natione Rectoris. Apud Medicos tres Citramontani,unus Vltramontanus.

A' QVIBVS. A' Rectore,Sapiente & Conſiliarijs.

QVOMODO. Ciſmontanus à Rectore & Conſiliario Vltramõtano. Vltramontanus à Rectore & Conſiliario Ciſmontano nominatur.

Nomina electorum publicantur,dies & hora iudicij indicatur.

Officium.

DE QVIB. Rectoris acta recenſeantur omnia.Item Syndici,Maſſarij,Pedelli,Notarij.

QVOMODO. Abſq; prouocatione ſententiam ferant abſolutionis uel condemnationis de plano, ſine iuriſdictione & forma iudicij.Rector ſeſe defenſurus fideiuſſores dato. Accuſator talionis pœnam,ſi fallit,ſubito.Multam infra ſex dies pendito.

QVANDO. XXII.dierum ſpacio ſyndicatus expirato. Manè & ueſpere ius dicito.

CON-

CONSILIARIORVM

Electio.

QVI. Natione *integra, qui plura ſuorum habuerit uota, Conſiliarius eſto.*

Natione *manca, uel unico tantùm exiſtente, Vniuerſitatis ſuffragijs utitor.*

Natione *nulla, ex alia natione Vniuerſitatis delectu Conſiliarius ſubſtituitor.*

E Medicis, *qui in Medicina & Artib. prius per bienniũ ad minus ſtuduerit, & ſaltem per annum Patauij uixerit ſumptib. proprijs. Neq; intra annum uel pædagogi, uel famuli, uel chirurgi munere functus ſit.*

QVOT. Iurecoſſ. *Conſiliarij* XXII *pro numero nationum ſinguli. Patauinæ nullus.* Medicorum *Conſiliarij* XII. *quinq; nationum priorum bini, ſextæ & ſeptimæ ſinguli.*

A QVIBVS. Suos *quæq; natio (quæ integra ſit) conſiliarios eligito.*

QVANDO. Iurecoſſ. *prima die Auguſti, ante electionem Rectoris ſemel, quibus annua eſt dignitas. Medici bis, quib. dignitas ſemeſtris erat: Æſtiuos quidem quarto die à Rectoris electione, menſe Maio: Hybernos uerò ante feſtum D. Martini, priorib. decedentibus. Pòſt, ne ſtudia partium creſcerent, primos electos annuos eſſe placuit.*

QVOMODO. A natione *ſua nominatus per Cõſiliarium nationis, uel, ſi natio deſit, per Conſiliarios reliquos, Rectori proponitor: Vniuerſitatis ſuffragijs confirmator.*

Officium.

Ad *mandatum Rectori adeſſe.* Ab *officio ſine licentia non diſcedere: alium de ſua Natione ſubſtituere, Rectoris conſenſu.*

Contra *ſtatuta nihil tentare, nihil proponere.*

Populares *ſuos intra decimũ diem, quo in urbẽ uenerint, Rectori & Maſſario indicare.*

Rectori *in conſultando & iudicando aſsidere.* Rectorem *negligentem admonere.*

Iurecoſſ. *nationes* XXIII. *Patauina conſiliario caret. Reliquæ Conſiliarios habent ſingulos, cum unius ſuffragij iure: ſolus Conſiliarius Germanus duas habet uoces.*

Nationes *Artiſtarum ſeptem. Priores quinq; ſingulæ duos habent Cõſiliarios, totidemq; ſuffragia: poſtremæ duæ ſingulæ ſingulos conſiliarios tantùm.*

Priuilegia.

Primas *ſedes poſt Rectores & Sapientem in Comitijs & Scholis occupare.*

Ius *armorum à Rectorib. urbis, olim ab ipſomet Rectore, obtinere.*

CONGREGATORIS

Electio.

Ex *Conſiliarijs unus aliquis eligitor.*

Officium.

Cùm *Rectoris iudicium, officiúmue ſuſpectum eſt, Pedelli uicem honorariam atq; fidam in conuocandis Conſiliarijs ſubito.*

PEDELLI

Electio.

Pedellus *die 28. Iulij à Conſiliarijs antiquis eligatur uel confirmetur in biennium: uir probus, qui Notarij uicem ſubire poſſit, nullam artem mechanicam exercens.*

Officium.

Rectori in omnibus miniſtrare, & extra forum & in foro.
Diebus feſtis & in actib. publicis eundem comitari.
In omnibus publicis inuitationibus examinum cum argenteo ſceptro præire.
Studioſos nouos obſeruare.
Studioſos primùm aduenientes ad unum aliquem popularium ſuorum ducere.
Notarij abſentis uices ſupplere.
Auditoria pura habere, aperire, claudere, feneſtris munire.
Doctores negligentes Rectori & Camerarijs intra triduum deferre.
Maſſarij officium exercere. Prope ſcholas habitare.
Horologium cathedræ profeſſoris imponere.
Campanæ præfecto in turri palatij catalogum dierum, quo mane & poſt meridiem ad ſcholas per horam integram uocādi ſunt ſtudioſi, exhibere: & Quibus dieb. non Iurecoſſ. ſed Medici tantùm legunt, campanæ ſonum uti uariet curare.

Commoda.

Omnibus priuilegijs ſtudioſorum gaudeto. Ius armorum habeto.
Fructum ex ſtudioſorum examinibus certum percipito.
E fiſco ducali libras XL. quotannis accipito.
Iurecoſſ. Pedellus generalis bis quotannis ſtipem exigito, à Doctorib. & prælatis ſingulis ducatum unum, à Studioſis uiritim octo ſolidos. Speciales uerò, ſex numero, ſinguli à ſuis tantùm doctorib. & eorum auditorib. ter exigunto.
Medicorum Pedellus Generalis ter ſtipem exigito. Ex ea Pedello ſpeciali qualibet uice quatuor ducatos numerato.

MASSARII.

Electio.

Pedello ferè hocce munus eodem die datur, fideiuſſorib. datis.

Officium.

Fideiuſſores dato in C. ducatos, pecuniæ publicæ cauſa.
Reditus Academiæ exigito, recipito, in ærarium præſente Rectore & Notario & Conſiliario inferto.
In Album ſtudioſorum nomina per Notarium inſcribi curato.
Rationes accepti & expenſi, ter quotannis putato.

NOTARII.

Electio.

Die 28. Iulij à conſiliarijs eligitor, uel confirmator.

Officium.

Fideiuſſores, cùm electus erit, dato.
Nomina ſtudioſorum recipere: eaq; ſua manu, utriq; albo, uni quod penes ſe, alteri quod penes Maſſarium eſt, inſcribere: teſtimonium receptionis ſtudioſo dare.
Priuilegia Statutorum libro intra XV. dies inferre.

Arcana

Arcana *non euulgare.* Statuta *quando oportet publicè prælegere.*
Statutorum *librum ex protocolla ſuapte manu exſcribere.*
Conſultationes *publicas,* A*cta fori ſingulis tabulis conſignare.*
Diplomata *publica Academiæ gratis conficere.* Pedelli *abſentis uices obire.*
Publicis *actib. omnibus intereſſe,* R*ectorem comitari.*
Scripta *publica ab officio diſcedens in arca* V*niuerſitatis reponere.*

Commoda.

Vltra *ſalarium* V*niuerſitatis fiſco pendendum, ab* I*nſcriptis ſex ſolidos percipito.*
Priuilegijs *& immunitatibus omnibus Academicis fruitor.* Ius *armorum habeto.*

LIBRARII

Officium.

Libros *à ſtudioſo concreditos, iuſto precio compingito.*
Libros *integros uendito: mancos integrato, reficitóue.*
Librorum, *quos ſtudioſus uenales proponet, catalogum cum precio locis publicis affigito.*
Nomen R*ectori dato, fideiuſſorem exhibeto.*

Commoda.

Priuilegijs A*cademicis fruitor.*
Ex *libris ſtudioſi nomine uenditis ſolidos quatuor in ſingulas libras accipito.*

ACTIONES ACADEMICAE SINGVLARES. *Vtputa*

INSCRIPTIO, IMMATRICVLATIO.

De *hac ſuprà, quatenus ad* A*cademicos omnes ex æquo pertinet.*

COMITIA ACADEMICA, *uti*

Conuocantur.

A QVO. Rectoris, *uel* V*icerectoris, uel* S*yndici iuſſu.*

QVOMODO. Voce *uiua per* P*edellum, uel ſcheda oſtiatim: publicè uerò per libellum in compitis & ſeplaſijs propoſitum.*

QVI. Comitijs M*aioribus, tota* V*niuerſitas* S*tudioſorum cõuocatur, ad* R*ectorem uel* P*roſeſſores eligendos, inaugurandóſue:* M*inoribus uerò* C*onſiliarij tantùm cum* S*apiente.*
 Vocatus *non ueniens multator.*
 Non *uocatus ueniens, ad ſuffragia ineptus accedens, excluditor, à* P*edello expellitor.*
 Conſiliarij *niſi comparent ad horam locumq; dictum, alij pro illo actu à* R*ectore ſubſtituuntor.*

QVANDO. Dies *uel ſtati & certi, ut* E*lectionum &* I*naugurationum &* P*omparum ſolennium: uel incerti, quarumuis aliarum conſultationum, iudicationúmue.*

QVO. Comitia *maiora in* P*alatio præfecti.* M*inora in* S*cholis, in* S*eplaſijs, in domo* R*ectoris.*

Habentur.

QVI. Maioribus *Comitijs ad turbas impediendas Prætor & Præfectus urbis interſunto, abſq; ſuffragij iure.*

Rector *in Comitijs Vniuerſitatis totius, quatuor ſuffragia habeto: in priuatis Conſiliariorum, duo tantùm.*

In *Electione Conſiliariorum & Electionariorum Rector in unaquaq; natione unum, in ſua duo ſuffragia obtineto.*

Sapiens *ſuffragium unum habet.*

Pro *Nationum non Capitum numero ſuffragia ineunda, cùm Tranſalpini alioqui à Ciſalpinis numero ſemper uincantur.*

Conſiliarij *ſinguli uocem unam habent. Germanus inter Iurecoſſ. ſingulari prærogatiua duas.*

Si *qua natio Conſiliario caret, Conſiliarius ex alia ſuppletor.*

Conſiliarius *Cōſiliario tantùm opponito: Citramontanus Vltramōtano ne opponito.*

Studioſi *omnes, in album recepti, XIV. an. maiores, qui per menſes ad minimum duos in urbe uixerint, lectiones audierint, proprijs per annum ſumptibus uictitarint, comitiorum ius habento. Arcentur infames, ſcelerati, pecunia corrupti, impij, hæretici, clerici, monachi (prælatis exceptis) ſcriptores, pædagogi, famuli, doctores, licentiati: Veneti item & Patauini ortu, ſub pœna CC. librarum.*

Præſentes *tantùm ſuffragium danto. Abſentes, ni ægritudine excuſentur, poteſtatem delegandi ne habento.*

DE QVIBVS. De *Rectore, de Profeſſoribus, de Sapiente, de Priuilegijs.*

QVOMODO. Arma *in Vniuerſitatis concionem ne inferto: illata penes Rectorem tantiſper deponito.*

Nihil *niſi conſcio prius Rectore proponito.*

Loquendi *licentia à Rectore impetrata, de loco ſurgens, ad Vniuerſitatis diſcum accedito, modeſtia utitor.*

Suffragium *à Rectore manu aperta accipito, ſubinde clauſa: in tres pyxides ordine ſtantes manum immittito, rubram approbationis, nigram uel uiridem improbationis, & albam ἐποχῆς propriam: in quamcunq; uolet globulum clam inijcito. Rector cum Sapiente ſuffragia ex urnis eximito, numerato.*

PROFESSIONES.

De *his ſub Profeſſorum loco ſuperius egimus.*

Feſtos *dies pridie Pedellus in lectionib. ſingulis indicito.*

Profeſsiones *nec Diſputationum nec Promotionum actibus ſuſpendito.*

ANATOMICA ADMINISTRATIO.

ANATOMIA *ſingulis annis habetor. Intra Decembrem & Februarium finitor.*

Cadauera *duo noxiorum, maris alterum, alterum fœminæ, per Prætorem & Præfectū ex urbe uel agro ſubminiſtrantor, niſi Veneti & Patauini ſint ſontes.*

Maſſarij *duo à Rectore & Conſiliarijs delecti, de loco, de inſtrumentis, de ſtipe confe- runda uiritim à ſpectatoribus proſpiciunto.*

Rector *cũ ſocio,* Doctores *omnes de collegio, duo ſtudioſi pauperes gratis admittuntor.*

Medicus *hiſtoriam edoceto, Chirurgus ſecato.*

DISPVTATIONES TVM Profeſſorum.

Monomachiæ *ſpeciem inter collegas Circulares diſputationes exhibent. Iis ab Octobri uſq; ad uigiliam D. Thomæ Aquinatis, ſiue ad Paſchatis feſtum, ſub ueſperam Doctores collegæ ad minus per horã interſunto. Singuli ad minus ſemel in hebdomade cum collegis ſuis conferunto. Rector Medicis intereſto: Logicis & Philoſophicis Vicarium ſuum eadem hora præficito.*

Polymachia. *Doctorum quilibet bis in anno uel ſolus uel per reſpondentem, cui ipſe præſit, publicè diſputato. Cùm ſolus reſpondet, nemo præter Rectorem & eiuſdem Facultatis doctores opponito.*

Diſcipulorum.

PROPONENS. Qui *Philoſophiæ per quadriennium, Medicinæ per annos duos cum dimidio operam non dederit, theſes proponendi ius ne habeto.*

Qui *theſes proponere uolet, Rectoris permiſſu facito, eidẽ & Sapiẽti chirothecas dato.*

OPPONENS Rector, *Vicerector, Prælatus, Venetus nobilis, Vicarius Syndicus, Conſiliarij ſecundùm nationes, quorum primus ſit de natione Rectoris: ultimus ſit Patauinus.*

In *una diſputatione opponens, in altera ſequente ne opponito.*

Diebus *tantùm feſtis diſputationes ſuſcipito, ne lectiones turbentur.*

Concluſiones *ante decem dies publicatas diſputato.*

Nullus *contra plures quàm tres concluſiones arguito.*

Contra *reſponſiones bis tantùm inſtato.*

Diſputantes *ne interturbato: inſtantias & reſponſiones audito: ubi deſierint, præſes, ſi opus ſit, ſententiam ſuam interponito.*

ELECTIO PROFESSORVM, RECTORIS, Sapientis, Conſiliariorum, Syndicorum, Miniſtrorum Academicorum.

De *his ſuperiore loco, ubi perſonis actiones accommodauimus. Hîc actionibus perſonas committere facile er t.*

EXAMEN & PROMOTIO TVM Candidatorum.

QVI. Quicunq; *Venetorum imperio parent, nullibi alibi quàm Patauij gradum ſuſcipiunto. Inobedientes Docturæ fructu priuantor.*

In *Philoſophia promoueri cupit, an. quinq; in Medicina, an. tres medicinæ operam dederit, & ad minus per annum ſpectator atq; comes praxeos fuerit, publiceq; diſputauerit,*

Duo Studioſi pauperes ſingulis annis gratis promouētor, à Iurecoſt. quidem unus in Canonico, alter in Iure ciuili: ab Artiſtis uerò alter in Philoſophia, alter in Medicina, uel etiam uterq; in utroq; anni nimirum pari numero exiſtente, Patauini duo, impari autem Peregrini duo pauperes.

QVOMODO. Pecuniam Pedello repræſentato, reiectus amittito.

Coram Rectore primùm, deinde coram Epiſcopo, per duos Promotores ſiſtitor.

Intra octiduum ad Examen accedito, aut alteri cedito.

Ad puncta ſorte è ſacculo educta intra XXIV. horas reſpondeto.

Cum apparatu doceto. Doctorum obiectionibus reſpondeto. Cenſuram foris expectato. Intromiſſus & approbatus, inſignia à Promotoribus accipito: Gratias omnibus ordinibus agito. Inter doctores conſideto: Domum comitatus redito.

Conuentus ſiue Examen priuatum, ſine pompa maiore. Publicum maioris operæ & impenſæ, præſentibus Rectoribus urbis.

A' QVIBVS. A' collegio Doctorum Patauinorum tantùm, præſente Rectore & Epiſcopo. Promotores duo ordinarij. Extra ordinem honorarij, quot quis uolet: eos præſertim, quos ſibi offenſos norit, ceu offa obiecta placaturus.

QVANDO. Hora XXI. dantur puncta: ad eadem ſeq. die & hora reſpondet, ne lectiones turbentur.

Syndicatus.

De hoc ſub Rectoris Cenſura. Quæ eadem & Sapientem et Conſiliarios & Miniſtros manet.

IVDICIVM FORENSE RECTORIS.

QVÆ. Omnes cauſas, etiam criminales leuiores, quæ membri amputationem pœnæ loco nō inferant, Rector Artiſta iudicato.

Atrox iniuria cenſetur, ſi Scholaris offendatur in Scholis, in Itinere ad lectiones, Domi ſuæ, præſente Rectore, uel Vicario, in Comitijs, in Pompis, in Exequijs.

Rixam etiam grauem, ſi inter ſeſe digladiantes reconcilientur, Rector ne perſequitor.

Rixa inter Studioſos & Venetos tam nobiles quàm ciues, & Patauinos orta, ſolius Rectoris cognitioni ſeruator.

Bona Scholarium ab inteſtato defunctorum in fiſcum uniuerſitatis inferuntor. Qui hæreditatem adire parant, Rectoris & Conſiliariorum iudicio ſtanto.

PER quos. Forum Rectoris Academicus nullus declinato: nullus ab eo ullos ſub graui multa abducito.

Rector ſolus non ſupra XXX. libellarum ſummam decidito. In cæteris Sapientem & Conſiliarios adhibeto.

Præfectus urbis ad exequendas ſententias Rectori per lictores & præſidiarios adeſto.

QVOMODO. In omnibus cauſis de plano & ſine figura iudicij procedito.

A' Iurecoſs. Rectoris ſententia ad ſummam X. lib. nec prouocare nec ſupplicare licet: ſupra X. libras prouocare licet ad Prætorem urbis, uti intra biduum definitiua pronuntietur.

A' Medicorum et Philoſophorum Rectoris ſententia, neq; in criminalibus (quæ ſan-

guinis

guinis pœnam non inuehunt) prouocare licet, ſed ſupplicare tantùm infra biduum ad Cõſiliarios, tanquàm ad iudices ſuperiores: qui intra octiduũ, abſente Rectore, decidãt.

QVANDO. Iurecoſs. bis, Martis ſcilicet & Saturni, Medicus ſemel, die Iouis, pro Tribunali ſedeto.

Feſtis etiam diebus, cùm neceſſitas urget, iudicandi poteſtatem habeto.

Cauſam quamlibet XX. D. ſpacio decidito.

VBI. Iurecoſſ. in foro iuxta Carceres, à dextris, ius dicito. Medicus ibidem.

POMPÆ ACADEMICÆ.

Sacræ.

D. THOMÆ de Aquino feſtus dies octiduo antè omnibus Medicis & Philoſophis per Pedellum indicitur. Conueniunt ad Seplaſias, Rectorem pompa ſolenni, cum tubis & tibijs ad D. Auguſtini comitantur. Stipẽ à Doctoribus ſol. X. à ſtudioſis ſingulis ſol. III. ad cereos exigunt. Sacris habitis de laudibus D. Thomæ ſermo habetur.

D. CATHARINÆ patronæ uniuerſitatis Iurecoſſ. dies feſtus ſolenni pompa Academica celebratur.

EXEQVIÆ Doctorum, Studioſorum, item Epiſcopi, Rectorum urbis, pompa funebri decorantur; Rectoris funeri triduanæ feriæ dantur.

Profanæ.

INAVGVRATIO Rectoris Iurecoſſ. X. Auguſti, die D. Laurentio ſacra, Acceptatio Caputij dicta. Inuitantur à Studioſis circiter CC. equeſtri pompa pridie eius diei Epiſcopus, Prætor, Præfectus, Quæſtores publici, Doctores, Syndicus, Conſiliarij. Deducitur electus in templum Cathedrale, Caputium à Rectore antiquo uel ab Epiſcopo accipit, Iuramento obſtringitur, Chirothecas, panes Marcios, Clauas honorarias diſtribuit, Epulo comites inuitatos excipit.

INITIATIO Profeſſionum, feſto die D. Lucæ, in templo Cathedrali, præſentibus Epiſcopo, Rectoribus urbis. Sacris auditis, & oratione de laudibus ſtudiorum, per Decretiſtam dictum habita, Rector profeſſores è rotulo recitari & ſacramento ſolenni adſtringi curat.

DVCI Venetorum Rector cum Conſiliariorum & Profeſſorum comitatu magnifico Venetias profectus de principatu congratulator.

LVDI, HASTILVDIA, CHOREÆ Academicæ.

MENSE Decẽbri, die Feſto D. Thomæ, Iurecoſſ. Conſiliarij delecti duo, Ciſalpinus & Tranſalpinus, à Profeſſoribus ex æquo, ratione ſalarij, exigunt ſummam Ducatorum centum. Pecunia intra XV. dies exacta in Choreas uel Haſtiludia publica permiſſu urbis Rectorum impendatur. Choreæ in aula forĩ maxima inſtituantur. Deſignatores XII. ſunto, quatuor ſtudioſi Patauini, quatuor peregrini, quatuor nobiles Patauini. Haſtiludijs præmia magnifica proponantur. At Medici & Philoſophi à ſuis profeſſoribus quotãnis in Quadrageſima XXVI. ducatos ob eaſdẽ cauſas accipiunt, κτῆσις hodie eadẽ, χρῆσις diuerſa, in meliores uſus.

ACADEMIÆ SVSPENSIO, INTERRVPTIO.

SVSPENSIO ſtudij, quæ uel peſtilentiæ, uel bellorum cauſa fit, ſic inſtituitor. Re primùm inter Rectorem Medicorum & Conſiliarios deliberata, à Conſiliarijs de qualibet Natione unus è ſtudioſorum numero, à Rectore quatuor ſtudioſi alij deliguntor: in ſuffragia ſimul mittuntor. Si in ſuſpenſione conueniant, tum demũ ſtudioſorum Vniuerſitati proponito, & communibus ſuffragijs rem decernito.

POLITIAE ſeu REIPVB. *Patauinæ conſtitutio.* CAP. XXIII.

MATERIA POLITIAE.

Ciues.

DE horum Moribus & Ingenijs ſuprà. Hîc Ciuium claſſes tantùm perpendendæ, quatenus uel Nobilitatis uel Profeßionis ratione Reipublicæ materiam ueluti conſtituunt.

Coloni.

METHAMAVCVM portus olim Medoaci (unde nomen) à Patauinis conditus, poſt Go-
thorum & Vngarorum & Longobardorum irruptiones mirè auctus: ſed eo marinis inun-
dationibus propè deleto, Foſſa Clodia ex illius ueluti reliquijs increuit.

VENETIÆ. Anno 421. Gothorum ſæuitiam experti Patauini, in uicinis æſtuarijs ſeceſſum
tutum quærentes, Conſulib. eò mißis cum CXIV. architectis, militumq; præſidio, in Riuo
alto urbis Venetæ fundamēta iecere VII. KL. Aprilis. Accreuit urbs, poſte..quā Attila uaſti
tatem Venetiæ attulit: inprimis uerò cùm Agilulfus Patauiũ incendit. Ergo cùm & ſalutis &
commoditatis gratia certatim inſulæ incolerentur, Riuus altus, Canalis regius, Quintau..llis
ſiue Caſtellum, Dorſum durum, Methamaucũ, Foſſa Clodia & Palæſtina, paulatim à Pata-
uinis inſulani deſciuere, ſeſeq; Venetos dixere, regionis nomine ad urbem translato. Patauinæ
proinde ciuitatis filia Venetorum urbs iure appellari poteſt.

Fœderati.

Anno 1220. Aquilegia, Bellunum, Sacillum, Feltrum, Tridentum, Patauina ciuitate do-
natæ. Sex certè ædes Patauij nomine Patriarchæ Bertholdi Aquilegienſibus ciuitatibus ad in
habitandum conceſſæ (qui uicus etiam hodie, ad D. Petri, Patriarchatus dicitu) in quas quot
annis ſex Aquilegienſes familiæ ſorte ductæ Patauium migrarent, honorũ & onerum com-
munium participes futuræ.

Subiecti.

Vicetia per L. annos Patauinis paruit.

Veronam Fr. Carrarienſis Iunior occupauit. Cæterùm quòd Vicetiam quoq; tentaret Veneto
rum ſociam, & Verona & pòſt etiam Patauio excidit.

FORMA POLITIÆ.

Reip. adminiſtratio antiquißima, Romana imitatione, per CONSVLES Anno certè 421.
euerſa ab Alarico Roma, metu Gothorum in Riuo alto Venetiarum fundamenta à Coß. Pa-
tauinis

tauinis iacta memorantur, à Galiano Fontana, Simeone Glanconeo, & Antonio Caluo. Galiani frater Aegidius, primus Venetorum legislator, à quo leges Aegidianæ nomen habent.

POTESTATEM *ſeu Prætorem ſeditionibus agitati ciues, cùm patriciorum cōſularem dignitatem ægrè ferrent, iuri dicundo præfecere primum* Obicium *Atheſtinum, an. 1178. cui in triennium poſt prorogatus magiſtratus. An. 1182.* Manfredus *Comes Poteſtas.*

CONSVLES *denuò, cùm ob ſtupratam à Comite Pagano, Friderici I. Imp. uicario, Speronellam Daleſmaninam uirginem, & Patauini & uicini omnes ab Imp. defeciſſent, adeoq; Gibellinos Guelfi expuliſſent.*

TYRANNIDEM *Acciolinus de Romano, Friderici II. titulo urbe occupata, an. 1237. inuaſit, eamq; an. 19. agitauit per Anſediſium uicarium ſuum.*

CONSVLES *iterum, an. 1257. uicto tyranno à Pontificijs & Venetis.*

PRINCIPES *delecti Carrarienſes, quibus claues & uexillum urbis ſolenni more deferebatur à populo, concuſſa Rep. per factiones Guelforum & Gibellinorum. Primus* Iacobus *Grandis Carrariēſis: deinde* Marſilius, *qui Tadæam Iacobi F. cum urbe dotis loco deſponſatam tradidit Maſtino. Sic Scaligeris per nouennium paruit. Mox icto cum Venetis fœdere contra Scaligeros, Marſilio Carrarienſi & poſteris hæreditario iure Patauium, Venetis Taruiſium ex præda ceſſit.*

VENETORVM *ſubinde Prætores & Præfecti, ab anno 1405. quo urbs capta eſt, ad hunc uſq; diem: niſi quòd interea per XLI. dies à Maximiliano Cæſare occupata fuit.*

OECONOMIAE *Patauinæ conſtitutio.*

CAP. XXIV.

HVC Matrimoniorum ratio, Parentum in filios, Dominorum in ſeruos poteſtas, Hæreditatum ſucceſsio, Patrimonij augendi conſeruandi'ue commoditas, Vtenſilium & Supellectilis omnigenæ hiſtoria: & ſimilia alia.

AGRI PATAVINI *reliqui conſideratio.*

CAP. XXV.

AGER reliquus perpendi poteſt uel ut Habitatur adeoq; comprehendit Oppida, Caſtella, Vicos, Pagos: quæq; in his uel ut Loca uel uti Locata continentur Templa, Villę Pontes, Horrea, Sepulcra, Inſcriptiones. uel uti Colitur & Accolitur, loca ſcilicet Terrea ſiue culta, Agri Vineta ſiue Inculta, Montes, Syluæ. loca itidem Aquea, utpote Flumina, Riui, Thermæ, & ſimilia.

OPPIDA PATAVINA.

Oppida ſeptem Patauinæ ditionis hodie connumerantur: quibus Prætor quotannis Venetus præeſt. Videlicet

CASTRVM B*aldū, ad Meridiem, ſuper Atheſim, arx & oppidum ædificatum à Patauinis an. 1292. Ibi*

Valles *paſcuis oportunæ.* E *quo loco ſemen* Venetorũ *equorum* Dionyſius *tyrannus* Syracuſanus *petere ſolebat, teſte* Strabone.

Prata *quater ſingulis annis falce demetuntur, & pertica humi ſtrata poſtridie oborto gramine tegitur.*

Arx *à* Venetis *diruta.* Templi *uetuſtiſsimi ueſtigia, & ædes paucæ ſuperſunt.*

MONTINIANVM, *uel mons* Anianus, *nobile & amplum oppidum, mœnibus cinctum, tribus portis peruium.* Ibi *ſepultus* Galeottus Martius.

Paſcua *lætiſsima.* Mellis *& ceræ abundantia.*

Ager *fœcundus tritico, leguminibus, lino, cannabi.*

Sericũ *copioſum.* Lana *molliſsima.* Vnde Iuuenalis, —*igna* Mollior Euganea. Strabo *lib. 5. medium locum* Patauinis *uelleribus tribuit, inter* Mutinenſes *præſtantiſsima, &* Ligurum *atq;* Inſubrum *aſpera.*

ATHESTE *quinq; millibus* Montiniano, X V. Patauio *diſtat, mœnibus cinctum cũ arce.*

Circuitus *olim* IIII. M. *paſſuũ, cum lapideo ponte & portu.* Euerſa *ab* Attila Hunno.

Ager *fertilis, paludoſus, ſalictis idoneus. unde apud* Plin. *lib. 14. c. 16. ſalicum* Patauinarum *in ſyluestribus uindemiæ.* Lacubus *piſculentis abundat.*

Huic Atheſtini *principes* Ferrarieſes *familiam ſuam debent, inter* Patauinas *quatuor familias principes connumeratam.* Sepulti *illic ad* D. Franciſci *magnificè* Io. Guarna, Thadeus *item &* Bertholdus Eſtenſes *fratres.*

MONS SILICIS, *Plinio* Acelum, *alijs* Mons Cælius, *à* Cælio *cõditore. In colle & campo ſitum,* X. P. M. Patauio *diſtat.* Spectatur *ibi*

Foſſa *nauigabilis è* Medoaco *eò diducta à* Patauinis, *anno* 1189. Arx *uetuſta, deſerta.*

Inſcriptiones *aliquot antiquas habet.*

Contigui *montes* Euganei, *uuis dulcibus & oliuetis & fructibus abundant.*

Ab Atila *euerſum olim, ſubinde à* Theodorico Oſtrogotho *reſtauratum oppidum.*

PLEBS SACCI, *à* Saciſca *regione nomen trahit.* Nudatum *mœnibus, foſſa lata, & quatuor turribus à* Carrarienſibus *communitum.*

Templum *inſigne, à* Bertha *regina dotatum.*

Ædificijs *Venetorum potiſsimùm tanquam ſuburbanis exornatum.*

Frumento *& lino & gallinis miræ magnitudinis nobile.*

Prætor *ciuilis tantùm præeſt.*

CAMPVS S. PETRI *ad Septentrionem* X. M. P. *ab urbe: arce, foſsis, mœnibus, aggeribus circumdatus.* A Tiſone S. Petri Carrarienſibus *teſtamento relictus.* Hinc Campiſamperiorum *familia, una ex quatuor principibus, nomen ſuum accepit.*

Prætor *Venetus ciuilibus tantùm præeſt.*

Vino *nobile municipium, leni, & ſuauiſsimo.* Fructibus *item, præſertim* Melonibus.

Riuis *ad molas uerſandas abundat.*

CITADELLA XVI. M. P. Patauio *diſtat, oppidum munitum & pulcherrimũ, conditum à* Patauinis *an.* 1320.

Turres *duæ, in quib.* Acciolinus *tyrãnus* Patauinos *nobiles excruciabat.* Eſt *locus in carcere, cui* Malta *nomen, cuius* Dantes *meminit.*

Planiſ-

Planiſsimus *ager, uenationi quàm cultui commodior.*

Ad *Septentrionem colitur ſiligo, uinum nigerrimum, ſubauſterum, aqua diluendum.*

Mercatus *ibi ſolennis diebus feſtis* D. Lucæ *&* Luciæ.

HONARIA *mille paſſus hinc diſtat, unde familia* Honaria, *de* Romano *poſt dicta, una inter quatuor familias* Patauinas *principes, ſuum nomen habuit.*

VICI PATAVINI.

Vicis Patauini quotánis ius dicũt, dũ ne X. librarũ æſtimationẽ lis excedat.

MIRANVM, *cũ arce uicina, uillis* Venetorum *nobile, propter* Muſonis *alueum* Venetias *deducentem.*

ORIACVM *ad* Medoaci *ripam, qua* Patauio Venetias *itur, quaſi ora lacus, quòd eouſq; olim æſtuaria* Adriatica *pertingeret.* Arx *à* Carrarieſibus *ædificata anno* 1372. *poſt cum omnibus alijs propugnaculis uicinis ex fœdere diruta.* Villis Venetorum *frequens.*

TITVLVM *ſeu* LIVIANVM *amœniſſ. in* Euganeis *collibus, à* T. Liuio *nomẽ habet, æſtiuis habitationibus* Patauinorum *frequens.*

ARQVADVM *in iiſdem collibus,* Vino *dulciſſimo abundans.*

Templum *cum cœmiterio, ubi ſepulcrum ſub dio et effigies magni illius* Fr. Petrarchæ, *anno* 1374. *item elogium eiuſdem à* Io. Breuio, *&* Io. Panſæ *anathema.* Ædes *itidem* Petrarchæ. Patauinis *ſtudioſis per æſtiuas ferias frequens.*

CONSYLVIVM *in plano ad* Meridiem, *caput ſyluæ olim, cuius nunc uix ueſtigia ſuperſunt, toto agro egregiè culto.*

ANGVILLARIA. *Vnde* Carrarienſes *quidam comites* Anguillaræ *dicti.* Paludibus *abundat, in quas* Vigiſollus *lacus ſeſe,* Plinio *teſte, exonerat.*

LEONICVM. *Vetus marmor* Sex. Attili, *terminos* Atheſtinorũ *&* Vicetinorũ *ſtatuẽtis.*

In uico STRATA, *ad* Brentam, Venetias *euntibus, ſpectantur* Danielis Viturij *patricij* Veneti *ædes, multis inſcriptionibus antiquis nobiles.*

Vicus LIMINE. *In templo ſaxum ingens pulcherrimis notis epitaphium habet* T. Publicij Phronij.

VILLAE PADVANAE.

Villas numerant ad CCCXLVII. quarum nulla ultra quinq; paſſuum millia à flumine diſtat. Camporum octingenta millia, quorum pars quarta uel nemoroſa eſt, uel paluſtris & inculta.

PVLVERARIVS *pagus prope* Plebem Sacci *gallinis mirè magnis nobilis.*

MVRELAE *prope campum* S. Petri *uino leniſſimo & iucundiſſimo excellunt.*

BVRSEGANA *urbi proxima, ueſtigium nominis ueteris* Euganeæ *retinet, quaſi urbs* Euganea.

MONTAGNONVM *celebre ob* Bertam *ruſticam: quæ cùm* Bertæ *reginæ* Henrici IV. *Imp. uxori dono dediſſet filum tenuiſſimum, ab eadem tantum agri ex publico accepit, quantum filo circundari potuit. Hinc familia nobilium de* Montagnono *orta.* Reliquis *ruſticis idem tentantibus, reſpondit* Imperatrix, Pertranſijt tempus, *quo* Berta *filabat.*

CREOLAE *ſepulcrum* Benedicti Cribelli *peditum ductoris an.* 1516.

CARRIAE, *Abbatia, in ſepulcri Carrarieſis operculo Sex. Pompeij epitaphium ineſt. In ipſo monaſterio Birrij & Birriæ.*

LISSARI *pagus, Laur. Pruli, uiri uerè magnifici, uilla, Muſarum noſtrarum hoſpita olim, ut grat.ſſima, ſic recordatu iucundiſſima.*

TEMPLA & COENOBIA.

In *montibus Euganeis oraculum Geryonis fuit, quod Tiberius adiſſe fertur, & talis aureis in fontem Aponi iactis, cùm ſummum numerum oſtēdiſſent, à C. Cornelio augure imperij ſpem cōcepiſſe, teſtis Suetonius. Oraculū illud alij in monte Rubeo fuiſſe uolunt. Rectius iuxta collē Montagnoni, ubi ædes uetuſtiſſ. eſt, D. Petro nunc dicata.*

PRATALEAE, *Benedictinorum, D. Iuſtinæ Patauinæ ſubiectum monaſterium. Vbi L. Cartorij inſcriptio.*

S. MARIA *montis Ortoni, cœnobium Eremitarum, anno 1428. extructum.*

S. DANIELIS *in Monte, uicinum illi, Canonicorum regularium.* S. IO. *Baptiſtæ montis Vendæ (olim Veneris templum) monachorum montis Oliueti. Digitus illic Ioannis quotannis oſtenditur, quo Agnum Dei deſignaſſe fertur.*

EREMVS *Ruæ montis proximus, Camaldulenſium.*

S MARIA *in uico Carcerum iuxta Atheſte oppidum, Camaldulenſium.*

S MICHAELIS *Candianæ, XIV. ab urbe lapide, Canonicorum regularium.*

S. BERNARDI, *Carthuſienſium, recens.*

FLVMINA PATAVINA.

Fines *Patauinos* ATHESIS *à Veronenſibus*, PADVS *à Ferrarienſibus ſeiungunt.*

Vrbem *ſubeunt* MEDOACI *duo, à Plinio dicti, maior & minor. Blondus Virgilianum Timauum Brentam interpretatur. Cæterum Timauus iuxta Aquileiam, inter Concordiam & Tergeſtum extat, non longè à Goricia, in uico S. Ioannis, nomen adhuc ſeruans. Eo ſuperato, Antenor in eam regionem uenit, quam ab comitibus Henetam dixit, eiusq; metropolim, pulſis Euganeis, Antenoream fecit. Medoacus ergo maior Brenta hodie, minor Bacchilio dicitur, Patauinum agrum uterq; fœcundat, & tranſuectionibus oportuniſſimum reddit.*

BRENTA

BRENTA è Tridentinis alpib. delapſus, Limine, quinto ab urbe miliari, diuiditur. Et alueo quidem

- **Dextro** *Patauium fertur, ubi onerarias naues excipit.*
- **Siniſtro** *Roſtam petit. Ibi obiecto obice rurſus in alueos duos diuiſus*
  - **Siniſtrà** *uicum Stratam alluit.*
    - **Coniunctis** *uirib. ad Daulum uicũ fluit. Vbi rurſus oppoſito obice partim*
      - **Dextra** *mare petit.*
      - **Siniſtra** *molæ inſeruiens, & tranſmiſsioni onerariarum, Lizefuſinam abit: ubi obice nouo deflectens (per quem onerariæ machinis in æſtuaria tranſmittũtur) tandem in lacunas erumpit.*
  - **Dextra** *per Brentellam foſſam Patauium fertur, & non longè à mœnib. Bacchilioni iungitur.*

BACCHILIO *ante D. an. Retronus dictus (ut uideatur nomen Germanicum eſſe) ex iiſdem montibus ortus, urbi appropinquans, Brentellã recipit.*

- **Coniunctus** *uterque, & denuò diuiſus, ad*
  - **Læuam** *partim*
    - **Mœnia** *circumluit.*
    - **Vrbẽ** *ingreditur.*
  - **Dextrã** *per agrũ decurrit, Bataleam uſque. Ibi rurſus diuiſus alueo*
    - **Maiore** *ad læuam, Bubulentam petit, & Brentæ iunctus in mare fertur, portum faciens Metamaucum.*
    - **Minore,** *ad dexterã Montem Silicem, Atheſtem, Montem Anianũ alluens, ad Fraxinũ portum perducit.*

VIGISONVS *ex uallibus Patauinis per ingentes lacus Anguillariæ præterlabens, Atheſi mixtus, portum facit Brundulum.*

MVSO, TERGVLA, Lauendula, Ruſtica, Margenicus, riui amœniſſ. & fœcundiſſimi, à Septentrione fontes ad campum S. Petri habent, Bembi carminibus celebrati.

PLVVICVS item & ROSATA Nonianam uillam Bembi radens.

TESINA ſimiliter, Pudina, Ceriſonus & Scandola, riuuli, irrigationi molisq; deſeruiunt, in Medoacos exonerantur.

THERMÆ PATAVINÆ.

APONVS iuxta montes Euganeos, prope uicum cognominem, multis locis ſcaturit, ſed quinque maximè celebribus.

I. Ad radices montis Ortonis fonte exiguo.

II. Ad pedes Montagnoni, balnea ampliſſima, uiuis lapidibus à Theodorico Oſtrogotho extructa, poſt exuſtionem Attilanam.

III. Inter utrumq; humili cliuo, in medio agro, crater uiuo ſaxo ſub dio extat, aqua feruidiſſima perpetuo canale duas molas farinarias uerſat. Crepido gramine undiquaque uireſcit. Vermiculi aquis innatant medijs. Odore ſulfureo, ſapore ſalſo. Per ſeceſſum & ſudorem purgat. Cui nos ualetudinis, à duplici tertiana miſerè afflicti, reſtitutionem, ſed inprimis Deo debemus Opt. Max.

IV. Fons S. Helenæ propè Batal eam è ſaxo ſcaturit.

V. Ad D. Bartholomæi ædem dictam limus ſiue lutum medicatum, artuum doloribus efficaciſſimum, eruitur.

Extat epiſtola Theoderici regis ad Aloyſium architectum Patauinum de reparandis Aponi balneis elegantiſſ. apud Caſſiodorum. Inter reliqua & illud, Furto ablatam pecudem fonti immerſam prius decoqui, quàm pilos amittere.

Ad Aponi fontem diuinationem exercere ſolitos, ex Suetonio notum eſt, qui C. Cornelium augurem Patauinum, iactis in Aponi fontem talis aureis, cùm ſummum numerum oſtendiſſent, imperium Tiberio prædixiſſe teſtatur.

Iacobus Dondus medicus, idemq; Horologij Patauini artificioſiſſimi inuentor, ex aquarum Aponi mille libris ſalis candidiſſ. libram effici, abſque maiore coctione, edito libro docuit, an. 1340. Ea cauſa ſtructæ ibi ædes nouæ, ubi lacuna parua & cæteris magis ſalſa eſt, Carrarienſium beneficio. Vnde balneæ adhuc nomen retinent Caſæ nouæ.

ATHENÆ

ATHENAE GRAECAE.

VT diuina,ſic communis & perpetua eſt Methodi lex,Maximè uniuerſalia Minus uniuerſalib.gradatim anteponere: in eorũdem enarratione Cauſas cauſis,utraſq; Accidentibus præmittere.In Athenis igitur Græcis,(quas ἑλλάδος ἑλλάδα ingenioſè quidam appellauit:quarum itidem æmulatione,quotquot in orbe uel fuerunt uel erũt unquam Scholæ,ut literariæ conuerſationis,ſic Academicæ appellationis fructum nomenq́; traxiſſe uidentur)diuini Platonis patriam,admirandi Ariſtotelis nutricem, Vniuerſim primò,totius Agri Attici ratione habita,explicemus CAP. XXVI. Subinde Metropolim Athenięſium CAP. XXVII. perſequamur: eandemq́; rurſus ſecundùm ſpecies Materialiter conſideratas CAP. XXIIX. at formaliter, CAP. XXIX. Reliquas deinceps Agri partes qualeſcunq;. CAP. XXX. ὡς ἐν τύπῳ explicemus.

AGRI ATTICI *conſideratio* GENERALIS.

CAP. XXVI.

NOMEN.

Actica regio ab Actæo uel Actæone, Cecropis ſocero. Mox ab Atthide Cranai regis filia Atthis,& Attica. Alijs uetuſto nomine Acta,quòd tota ferè litoralis eſſet:mox euphoniæ cauſa pro ἀκτικῆ, ἀττικὴ dicta.

MATERIA.

Loca.

Oppida Atticæ ueteris XII.in quæ Cecropis ſuaſu migrarunt,Cecropia,Tetrapolis,Epacria, Decelia,Eleuſis,Aphydna,Thoricus,Brauro,Cyterus,Sphettus,Cepheſia,& Phalerus.

Locata.

Ex ſitu Atticæ Cranaus rex totum populum in Πεδιαίους ſeu Campeſtres, Διακρίους ſiue Montanos,& Παραλίους,Maritimos ſcilicet,diuiſit. Quæ diuiſio uſq; ad Piſiſtrati tempora,qui Paraliorum princeps fuit,& tyrannidem arripuit,triſtis ſemper diſcordiarum inteſtinarum fuit materia. Campeſtribus quidem propter opulentiam oligarchiæ,Diacrijs democratiæ, Paralijs uerò confuſæ Reip.ſtudentibus.

FORMA.

Σποράδην habitabant ueteres Atticæ incolæ,ut ferè antiqui omnes. Primus Cecrops propter latrocinia uicinorum ijs in duodecim oppida commigrandi auctor fuit: idemq́; primus matrimonij uſum certum introduxit.Hac ueluti baſi Politiæ iacta(namq; Ariſt.quoq; in Politicis domum urbis materiam facit)ſenſim forma primùm rudis publicæ adminiſtrationis introducta,progreſſu ſubinde ætatis morumq́; exculta & elaborata.

EFFICIENS.

DE hoc ſub Metropoli. Vti enim in corpore humano principum partium affectiones uel triſtes uel iucundæ toti habitui communicari ſolent: ita Ciuitatis principis res proſperæ uel aduerſæ Regionis uniuerſæ reliquæ ſtatum immutare conſueuerunt.

ATHENARVM *conſideratio in* GENERE.

CAP. XXVII.

ATHENAS, *Atticæ Metropolim, literarum & armorũ gloria maximè illuſtrem, conſideremus ſecundùm*

- Nomen.
- Res. *Occurrunt ergò*
  - Cauſæ: *Nimirum*
    - Materia: *utputa*
      - Homines, *quo ad* Animum, Corpus, Fortu*nas conſiderati.*
      - Res, *tum*
        - Loca
          - Quæ.
          - Qualia. *Temperies.*
        - Locata.
    - Forma *reſpectu*
      - Rerũ: *uti Locus*
        - Locatur.
          - Clima.
          - Situs.
          - Circumſcriptio.
        - Locat.
          - Ambitus.
          - Figura.
          - Diſpoſitio
            - Vrbis, *tum*
              - Veteris, *Arcis ſcilicet, quam* πόλιν *dixere.*
              - Nouæ, *quã uocabant* ἄστυ.
            - Suburba*norum tum*
              - Litoraliũ.
              - Mediterra*neorum.*
      - Hominũ, *ut inter ſe conſociãtur uel cõmunicatiõe*
        - Religioſa.
        - Profa*na, tum*
          - Theorica, *ſiue Academica.*
          - Practi*ca, uel*
            - Politica.
            - Oecono*mica.*
    - Efficiens: *quo ad*
      - Res. *Qui*
        - Conditores.
        - Poſſeſſores.
      - Homines. *Qui*
        - Legiſlatores.
        - Rectores. Libera*tores.*
  - Acci*dentia. Videlicet*
    - Motus *alij*
      - Actiui: *tum*
        - Pacati.
          - Fœdera.
          - Coloniæ.
        - Turbati: *ut*
          - Seditiones.
          - Bella.
      - Paſsiui: *nempe*
        - Mutationes *Reip.* Excidia. *Obſidiones.*
        - Inundationes. Peſtilẽtię.
    - Tempus *ipſius* Ortus, *Incremẽti, Conſiſtẽtiæ,* Interitus.

NOMEN

NOMEN.

Cecropia olim à Cecrope rege. A Mineruæ certamine contra Neptunũ, Cecrope teſtimonium dicẽte, Athenæ. Sub Theſeo deinde Arx, eademq́; oppidum olim Cecropia, πόλεως nomen retinuit: noua Vrbs, ἄστυ dicta, à Theſeo adiecta.

INCOLÆ QVALES. Quo ad Animum, in

THEORICIS. Naturali eloquentia præditi clariſſimi quique, teſte Cic. in Bruto, ante Thucydidem & Periclem.

Poetices ſtudioſi. Quod ipſum plurimis in Sicilia captis profuit, cùm propter Euripidis carmina libertate donarentur, aut certè Syracuſiorum liberis præficerentur.

Philoſophorum non cõtemptores modò, uerumetiam hoſtes. Protagoram in exilium eiecerunt. Anaxagoram in uincula coniectum magno labore Pericles diſcipulus liberauit. Socratem ad cicutam compulerunt.

PRACTICIS. Vti Attica terra et mel ſaluberrimum & cicutam producit exitioſiſſimam: ita Athenienſes aut optimi euadunt, aut peſſimi. Plut. in Dione.

Celebrata populi Stultitia. Vnde Anacharſis illud, Sapientes in concionibus ſententiam dicere, ſtultos iudicare. Non enim ſenatuſconſulta ratam habebant auctoritatem, niſi à concione populi approbata eſſent. Demoſthenes iis exprobat, quòd alij ſcienter conſultare prius, deinde rem aggredi ſoleant, ipſi uerò poſt factum conſultare. Id uitij Neptuno irato tribuunt poetæ, quòd cùm ea regione potiri nõ poſſet, δυσβουλίαν illis immiſerit: neque id Mineruam immutaſſe, ſed quod ipſi malè ſtatuerent, in bonos ſemper euentus uertiſſe. Idem Demoſthenes ob accepta ab Harpalo munera talentis L. mulctatus, in exiliũ abiens, porrectis ad arcem manibus: O domina Minerua, inquit, quid beſtijs trib. teterrimis delectaris, Noctua, Dracone, & Populo?

Imperij cupidiſſimi, pro quo cum Lacedæmonijs tam diu tam acriter depugnarunt.

Libertatis ſtudioſiſſimi.

Otioſorum hoſtes ſummi, cùm otij ſui quiſq; coram Areopagitis rationem cogeretur reddere.

Loquaces. Demades illos tibijs comparabat, ex quibus ſi linguam detrahas, cætera inutiles erunt.

Spectaculis dediti. Eapropter Pericles popularem gratiam aucupatus, pauperioribus duos obolos ad redimenda theatri ſubſellia è fiſco erogari curauit.

Calumniatorum & Sycophantarum ſtudioſi. Ariſtoteles cùm metu iudiciorum Athenis profugiſſet, interroganti cuidam, qualis nam eſſet ciuitas Athenienſium? Pulcerrima inquit, inſtar Alcinoi hortorum, in quibus iuxta Homerum ὄχνη δ' ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ, pyrus ſuper pyrum, & ficus ſuper ficum conſeneſcit. ſycophantis eam & falſis delatoribus abundare innuens.

Aſſentatores ſummi, ſi res ferret. Id quod in Demetrio Poliorcete apparuit, cui cum patre Antigono diuinos honores tribuere.

Vrbanitati dediti, cùm aliàs, tum præſertim in feſto Choum & Lenæo, quando è curru in obuios ſcommata iaciebant. Vnde ueteris comœdiæ initium.

Religioſiſsimi. *Spartani captis Athenis per Lyſandrum, cùm de euertenda urbe oraculum conſulerent, Communem Græciæ aram ne moueatis, reſponſo accepere. Peregrinorum certè deorum ſacra, niſi publica auctoritate reciperentur, morte plectebant.*

Ingrati *in Theſea,* Solonem, Ariſtidem, Miltiadem, Themiſtoclem, Timotheum, Cononem, Phocionem, *ciues de patria optimè meritos: in* Demetrium Poliorcetem *denique liberatorem.*

MECHANICIS. Primi *inter Græcos lateritias ædes calce & cementis conſtruxiſſe perhibentur.*

Veteres Athenienſium *reges à mari ciues abducere ſummo ſtudio ſunt conati, fortè ad morum corruptelam euitandam, eosq; agrorum cultui aſſuefecere. Vnde fabulam de Mineruæ & Neptuni certamine obortam quidam putant.*

Corpus.

Ficuum *ſtudioſi, ut ijs etiam cuſtodes adhiberent,* συκοφάντας *dictos. Quæ uox ſenſim quibuslibet alijs delatoribus attributa fuit.*

Απόγλωττοι *& hypoliſſæ à Comicis appellati, quòd nautici magna ex parte, ob ſedendi aſſiduitatem depyges redderentur.*

Fortunas.

Αὐτόχθονας *ſe eſſe gloriabantur, uel quòd Erichthonius apud illos ex Vulcani ſemine ſit natus, uel quòd poſt Deucalionis diluuium, quod ſub rege Cranao contigit, ex lapidibus formati fuerint, neq; à quoquam interea expulſi locum mutarint. Vnde* λαοὶ *propriè,* ἀπὸ τῶν λάων, *à lapidibus poſt terga iactis. Etſi Euſtathius à Cecrope etymon deducat, qui cùm lapidem unum è ſingulis in aceruum conijci imperaſſet, ijs dinumeratis primum cenſum populi egerit.* γηγενεῖς *certè appellari gaudebant, eiusq; rei cauſæ cicadis aureis os ornare ſolebant,* τεττιγοφόροι *inde dicti. Antiſthenes uerò Cynicus eo magis illos ridere, ex eo honorem captantes, quod non cum cicadis tantùm, uerumetiam cum muribus & cochleis commune haberent.*

LOCA & LOCATA præcipua Vrbis.

Diuiduntur *Athenæ in* Πόλιν, *hoc eſt* Arcem, *(quæ uetus nomen iam inde à Cecrope retinet) & in* Αστυ, *in* Vrbem *reliquam, à Theſeo primùm adiectam. Vtrarumq; partes præcipuæ ex Diſpoſitione artificiali, de qua infrà, elici poterunt.*

TEMPERIES.

Huic *Mores Incolarum atteſtantur, natura ſua boni, niſi Democratiæ nimia libertate laxati primùm, ſubinde etiam naualis rei ſtudio penitus corrupti fuiſſent.*

CLIMA, SITVS, VICINIA.

AMBITVS, FIGVRA.

DISPOSITIO ATHENARVM.

Pauſaniæ auctoritatem ſecuti, Vrbem primùm, deinde Arcem, iuxta

Viarum

Viarum ſeriem explicabimus. Vrbanis ſuburbana attexemus. Agrum reliquum capite trigeſimo perſequemur.

¶VRBS, ΑΣΤΥ.

E Piræo urbem ingredientibus, occurrit à Porta ſtatim

I. Cella *pomparum, apparatibus deſeruiens. Subinde*

II. Cereris *templum, cum ſignis*

Cereris.

Proſerpinæ.

Iacchi facem præferentis.

III. Neptuni *ſtatua Polybotem gigantem haſta petentis.*

IV. Porticus *aliquot à porta ad Ceramicum, habentes*

Signa clarorum uirorum & mulierum.

Mercurij gymnaſium.

Politionis domum, initijs deſeruientem olim, nunc Libero Canenti cõſecratam, cum ſignis Iouis, Mnemoſynes, Muſarum, Apollinis, Acrati genij, Bacchi comitis, cuius os è pariete extat.

Cellam fictilibus ſtatuis ornatam, inter eas

Amphyctionis regis.

Pegaſi Eleutherienſis, qui Liberi religiones Athenienſibus tradidit.

V. Ceramicus *uia, à Ceramo heroe, Liberi & Ariadnes F. Ad dexteram*

Porticus *Regis. Quæ*

Tribunal *annui magiſtratus habet, quod Regnum uocant.*

Circa *tectum fictiles ſtatuas exhibet*

Theſei Scironem in mare abijcientis.

Auroræ Cephalum rapientis.

Propè *ſunt ſtatuæ*

Cononis & Timothei F.

Euagoræ Cypriorum regis, cuius ſuaſu Artaxerxes triremes Phœniſſas Cononi exuli tradidit.

Iouis Eleutherij.

Adriani Imp.

Porticus *altera. In ea*

Dij XII. picti.

Theſeus pictus cum populari ſtatu ciuitatis, & populi Athenienſium opera Lacedæmonijs ad Mantineam nauata, Euphranoris opus.

Ædes. *Quæ*

Intus *tabulam Apollinis Patroi, Euphranoris opus, habet.*

Præ *foribus exhibet*

Apollinis ſignum, Leocharis opus.

Apollinis Alexicaci, quòd belli Peloponneſiaci peſtilentiam ſedarit, Calamis opus.

Sacellum Deorum matris, à Phida facta.

Curia Quingentorum, qui ſummæ rei præſunt, habens

Simulacra Apollinis & Iouis conſiliarij. Piſiæ opera.

Populum Lyſonis.

Legumlatores Protogenis.

Tholus, locus ubi Prytanes rem diuinam facere conſueuerunt, Argentea ſigna non magna habet.

Superius paulò ſtatuæ ſpectantur &

Eponymorum, à quibus recentiora nomina tribus accepere. Videlicet

Hippothoontis Neptuni F.

Antiochi Herculis.

Aiacis Telamonij.

Leonis Athenienſis, cuius filiæ pro patria ſe deuouerunt.

Erecthei, Ægei, Pandionis, Cecropis.

Attali, Ptolemæi, Adriani.

Deorum. Nimirum

Amphiarai.

Pacis Plutonem ferentis.

Hominum. Nempe

Lycurgi ex ære, Lycophronis F.

Calliæ, qui pacem Athenienſib. ab Artaxerxe confecit.

Demoſthenis Rhetoris.

Martis delubrum habet ſigna

Deorum. Vtputa

Veneris duo.

Martis. Alcamenis opus.

Mineruæ, Locri.

Bellonæ, Praxitelis filiorum.

Herculis item, Theſei & Apollinis tænia redimiti, ad templum aſtantium.

Virorum. Quas Xerxes urbe capta aſportauit, Antiochus uerò reſtituit. Videlicet

Caladis legumlatoris

Pindari.

Harmodij & Ariſtogitonis.

Theatrum, Odeum dictum, à Pericle conſtructum, ubi Muſici inter ſe cantibus decertarent.

In cuius ueſtibulo Statuæ ſunt

Ptolemæi Philadelphi.

Ptolemæi Philometoris & Berenices F.

Philippi

Philippi & Alexandri.
Lyſimachi. Pyrrhi.
Intus, Liber pater.

Fons *enneacrunos, per nouem tubos ſaliens, in urbe unicus, cùm multi alioqui ſint putei.*

Templa *ſupra fontem*
Cereris & Proſerpinæ. Spectatur
Intus, Triptolemi ſignum.
Præ foribus
Bos ænea.
Epimenides Gnoſius.
Eucleæ, id eſt, illuſtris Famæ, deuictis Perſis ad Marathonem.

VI. Vulcani *fanum, cum Mineruæ ſigno.*

VII. Cœleſtis *Veneris templum. Ab Ægeo introducta religio, à Phœnicibus accepta. Deæ ſignum ex Pario lapide, Phidiæ opus.*

IIX. Mercurius *Forenſis, æneus.*

IX. Porticus *Pœcile. Spectantur*
Ante *portam, Trophæum, deuictis Caſſandri equitibus.*
Intus *uerò*
Picturæ:
Athenienſium acies contra Lacedæmonios in Oenoe Argiui agri uico.
Athenienſium pugna contra Amazones, Theſeo duce.
Troiæ excidium. Aiacis in Caſſandram facinus.
Pugna contra Perſas ad Marathonem.
Anathemata: nimirum
Ænei clypei Scionæorum.
Pice obliti clypei Spartanorum.
Ante *porticum ſtatuæ æneæ*
Solonis.
Seleuci.

X. Forum. *Ibi*
Miſericordiæ ara.

XI. Gymnaſium *Ptolemæum. In eo*
Hermæ lapides ſpectatu digni.
Ptolemæi ſtatua ænea.
Iubæ Lybici & Chryſippi Solenſis ſtatuæ.

XII. *Templum* Theſei. *In eo picta à Micone*
Athenienſium contra Amazonas pugna.
Centaurorum & Lapitharum rixa.

XIII. *Templum* Caſtorum *perantiquum. In eo*
Iuuenes ipſi equis inſident.

Res ab iiſdem geſtæ, à Polygnoto depictæ.
Colchica expeditio. Miconis opus.

XIV. Aglauri lucus, ubi XIIX. ætatis anno adoleſcentes luſtrabantur.

XV. Prytaneum. In eo
Solonis leges conſeruabantur, Axones & Cyrbes dictæ.
Deorum ſigna, Pacis & Veſtæ.
Virorum imagines. nempe
Autolyci Pancratiaſtæ.
Themiſtoclis & Miltiadis: nunc aliis dedicatæ.

XVI. Serapidis fanum, ad inferiora deſcendendo, cuius religionem Ptolemæus Athenienſibus communicauit.

XVII. Locus non longè abeſt, ubi Theſeus & Peirithous ſocietate inita Lacedæmonem profecti ſunt, inde in Theſprotos.

XIIX. Lucinæ templum, parturientis Latonæ cauſa è Hyperboreis in Delum profectæ. Signa eius tria uſq; ad imos pedes uelãtur: duo à Phædra è Creta aduecta, tertium ab Eriſichthone è Delo deportatum.

XIX. Olympii Iouis templum uetuſtiſſ. à Deucalione ædificatum, ab Adriano Imp. dedicatum, quatuor ſtadiorum ambitu. In eo
Signa plurima tum
Recentiora:
Iouis Coloſſus.
Adriani ſtatuæ duæ ex Thaſio, totidem ex Aegyptio marmore.
Multæ aliæ à ſingulis urbibus poſitæ. inter eas Coloſſus ab Athenienſibus.
Coloniarum Athenienſium ærea ſimulacra.
Vetuſta:
Iupiter æneus.
Iſocratis ſtatua in columna.
Perſæ Phrygio marmore æneum tripodem ſuſtinentes.
Saturni & Rheæ delubra.
Lucus Olympiæ. Ibi in cubiti altitudinem ſolum ſubſidit, qua poſt Deucalionis eluuionem aquam defluxiſſe memorant. In eum hiatum quotannis è melle & triticea farina polentam porriciunt.
Columnæ LXX. ex Phrygio marmore.
Porticus cum parietibus marmoreis.
Cellæ cum lacunaribus aureis & alabaſtrinis, ſignis & picturis exornatæ.
Bibliotheca.
Gymnaſium Adriani. In quo columnæ centum è Lybicis lapidibus.

XX. Apollinis Pythii ſignum.

XXI. Deucalionis ſepulcrum.

XXII. Apol.

XXII. Apollinis *Delphinij templum. Cuius culmen à Theſeo adhuc incognito plauſtro proiectum aiunt.*

XXIII. Horti, *dicta regiuncula. Habet*
- *Veneris cœleſtis templum*
- *Signum Veneris quadratum, Hermæ inſtar.*
- *Signum alterum, Alcamenis opus, admirabile.*

XXIV. Herculis *delubrum, Cynoſarges dictum. Ibi aræ*
- *Herculis & Hebes.*
- *Alcmenæ & Iolai.*

XXV. Lyceum *gymnaſium à Lycio Pandionis F. Apollinis templum olim.*

XXVI. Niſi *Megarenſium regis monumentum.*

XXVII. Ilyſſus *fl. qui Eridanum excipit, Muſis ſacer, cum ara. Ad quem ludentem Orithyiā Boreas rapuit. Propè locus, ubi Codrum regem Peloponnenſes interfecerunt.*

XXIIX. Vbi *Ilyſſum ſuperaueris, occurrit*
- *Agre, locus ubi Diana primùm è Delo ueniens uenationibus indulſit.*
- *Aedes Venatricis Dianæ, arcum tenentis.*
- *Stadium è Pentelico marmore candido, ab Herode Attico extructum.*

XXIX. Prytaneum. *Vbi iudicia fiunt de ferro & alijs inanimis, ut de ſecuri Buphoniorū quotannis. Cambyſæ regis acinaces gloriam Athenienſium maximè illuſtrauit.*

XXX. Via *Tripodum. Deorum delubra illic cum*
- *Tripodibus æneis.*
- *Satyro, Praxitelis.*
- *Amore, Libero aſſiſtente, Thymeli.*

XXXI. *Templum* Liberi *antiquiſſimum, iuxta Theatrum, complectitur*
- *Duo delubra.*
- *Duo Bacchi ſigna, Eleutherei & Alcamenis, ex ebore & auro.*
- *Picturas inſignes. nempe*
  - *Liberi in cœlum reducentis Vulcanum.*
  - *Penthei & Lycurgi.*
  - *Ariadnæ dormientis, Theſei illam deſerentis, & Bacchi rapientis.*

XXXII. Ædificium *extructum ad ſimilitudinem tabernaculi Xerxis.*

XXXIII. Theatrum. *Hîc ſpectantur*
- *Statuæ*
  - *Menandri*
  - *Euripidis. Sophoclis.*
  - *Aeſchyli.*

Murus Auſtralis, ab arce ad Theatrum excurrens, qui Gorgonis Meduſæ caput habet inauratum, cum ægide.

In uertice Specus è ſaxis arcem ſubiens. In eo eſt tripos, in quo Apollo & Diana Niobes filios ſagittis conficiunt.

XXXIV.

XXXIV. Via à Theatro ad arcem, conſpicitur
Cali à Dædalo auunculo interfecti tumulus.
Æſculapij ædes. Ibi
Signa Aeſculapij & filiorum.
Picturæ præclaræ.
Fons, ubi Halirrhothius à Marte, cuius filiæ Alcippæ uitium obtulerat, interfectus eſt.
Sarmatica lorica ex ungulis equinis.
Themidis delubrum, & ante ipſum Hippolyti monumentum.
Templa item
Veneris Popularis & Suadelæ, à Theſeo ædificatum, cùm populum ex agris in ciuitatem compuliſſet.
Telluris, puerorum nutricis, & Cereris pubeſcentis.

¶ ARX, ΠΟΛΙΣ, ab Agrola & Hyperbio Pelaſgis muris cincta, præter eam partem quam Cimon extruxit. Vnicum habet aditum: reliquis partibus aut præruptis rupibus, aut ualido muro cingitur.

I. Veſtibula, Propylæa, à Pericle quinq; annorum ſpacio Olymp. 86. abſoluta, habent
Faſtigia, è candido marmore pulcherrima.
Equeſtres ſtatuas.
Ad dexteram eſt
Victoriæ Inuolucris ſacellum.
Proſpectus ad mare, unde ſe Aegeus præcipitauit.
Ad læuam Cella multis ornata picturis, Polygnoti.

II. Aditus arcis. In eo
Mercurij ſtatua Propylæa, & Gratiæ, Socratis illius magni philoſophi opera.
Leæna ænea, Leænæ meretrici ob taciturnitatem poſita.
Dijtrephis ſtatua ænea ſagittis confixa.
Hygiæ Aeſculapij F. & Mineruæ Hygiæ ſimulacra.
Lapis paruus, in quo Silenus Bacchi comes primùm quieuit.

III. In arce ipſa uiſuntur
Lycius puer æneus, labellum tenens, Perſeus item cum Meduſa, Myronis opera.
Dianæ Brauroniæ ſacellum cum ſimulacro, Praxitelis.
Equus Durius æneus, cum ijs qui egrediuntur Græcis.
Statuæ uariorum. Viſitur illic
Epicharmus curſor armatus
Oenobius, qui Thucydidem in patriam reſtituit.
Hermolycus pancratiaſtes.
Phormio dux Athenienſis.
Minerua Marſyam Silenum cædens, quòd tibias à ſe abiectas ſuſtuliſſet.
Theſei contra Minotaurum pugna.

Phryx arietem immolans.
Hercules angues necans.
Minerua de Iouis uertice proſiliens.
Taurus, Areopagitarum donum.
Vir galeæ innitens, cum unguibus argenteis, Cleætæ opus.
Terra à Ioue imbres implorans.
Timotheus & Conon pater.
Progne Itym tollere meditans, Alcamenis.
Minerua primam oleam, & Neptunus undam proferens.
Iupiter Policus, Leocharis. Ad cuius aram Buphonia quotannis fiunt. Buphono ſe ſubducente, ſecuris in Prytaneo accuſata abſoluitur.

Parthenon templum.
In eo ſpectantur
Mineruæ natales.
Mineruæ & Neptuni de Attica certamen. Deæ ſignum ex auro & ebore.
In galeæ cono Sphynx: utrinq; gryphes. Recto ſtatu cum tunica talari.
In pectore Meduſæ caput, & Victoria. Manu haſtam tenet. Iacet ad pedes clypeus. Ad imam haſtam draco.
Statuæ
Adriani Imp.
Iphicratis ducis.
Extra. Apollo Parnopius, æneus, bruchorum abactor.

Statuæ uariæ. Eſt ibi
Pericles.
Xanthippus, qui ad Mycalem cum Perſis conflixit.
Anacreon Teius.
Io Inachi, & Calliſto Lycaonis F. Dinomenis.

IV. In arcis muro Auſtrali ſtatuæ uariæ. Vtputa
Gigantomachia.
Athenienſium contra Amazonas bellum.
Eorũdẽ pugna Marathonia cõtra Perſas.
Gallorum in Myſia internecio.
} Ab Attalo dicata, ſingula duûm ferè cubitûm ſpatio.
Olympiodori, qui Athenas à Macedonum iugo liberauit.
Diana Leucophryne, ænea.
Minerua ſedens, Endæi Dædali diſcipuli opus.

V. Erectheum, ædes duplex:
Iouis ſupremi ara, ad quam liba tantùm apponunt in ueſtibulo.
Aræ in aditu ſunt
Neptuni
Butæ herois.
Vulcani.

Pictura *Butadarum gentis in pariete.*

Aquæ *marinæ puteus, flante Auſtro undarum ſonitum reddens.*

Tridentis *forma ſaxo inciſa, monumentũ certaminis inter Mineruam & Neptunum.*

VI. Mineruæ *Poliadis templum. In quo ſpectanda ſunt*

Signum *Deæ ſanctiſs. iam inde ab initio de communi omnium curiarum conſilio dedicatum, è cœlo delapſum.*

Lucerna *Deæ ex auro, Callimachi opus, in quam oleum infuſum toto anno non conſumitur, cùm funiculum habeat è lino carpaſio. Eminet ſupra lucernam palma ænea, quæ extra lacunar exceptum uaporem emittit.*

Mercurius *ligneus inter myrti ramos, Cecropis donum.*

Lecticaria *ſella compactilis, Dædali opus.*

Maſiſtij *Perſarum equitum ad Platæas ducis lorica.*

Acinaces *Mardonij.*

Olea *Mineruæ, certaminis de Attica monimentum. Cùm incenſa à Perſis urbe conflagraſſet, eodem die in duûm cubitûm proceritatem germinaſſe dicitur.*

Anus *Lyſimache, Deæ miniſtra, cubitalis, elegantiſſima.*

Ænea *ſigna duo inter ſe dimicantium, Erecthei & Immaradi Eumolpi F. ab Erectheo interempti.*

Tolmidæ *uatum ſtatuæ.*

Tolmidæ *ducis Peloponneſio bello ſtatua.*

Mineruæ *ſigna duo priſca, integra, fumo decolorata, ab incendio Perſarum.*

Apri *uenatio.*

Cycni *cum Hercule pugna.*

Cylonis *ſtatua, tyrannidem licet affectantis. Fortè ob formam, & uictoriam Olympicam de ſtadio.*

Mineruæ *ex ære ſignum, de Perſarum manubijs in Marathone, Phidiæ opus. Haſtæ cuſpis in galeæ criſta à Sunio uſq; adnauigantibus conſpicua.*

Currus *æneus de Bœotiorum decimis.*

Periclis *ſtatua.*

Minerua *à Lemnijs dedicata, omnium Phidiæ operum excellentiſſima.*

VII. Pandroſi *ædes, Mineruæ coniuncta, quæ ſola fidem in depoſito ſeruauit.*

IIX. Domus *Virginum duarum Κανηφόρων ſeu Ciſtiferarũ, quæ ſingulis annis captæ certo tempore apud Deam commorantur. Feſto deinde die per noctem capite tollunt, quæ illas Mineruæ ſacerdos iuſſerit, in ſpecum quandam deponunt: & aliud uelatum & occultum tollunt, ignaræ quid ſit.*

IX. AB ARCE *deſcendendo, paulò infra Propylæa ſeſe offert*

Fons.

Apollinis & Panos fanum, quòd ad Marathonem præſto Athenienſibus affuiſſet. Specus in eo, ubi Creuſa ab Apolline compreſſa dicitur.

X. AREO-

X. AREOPAGVS. In eo

Locus Iudicij, ubi Mars capitis cauſam de Halirrhothio Neptuni F. cæſo dixit: Item Oreſtes de parricidio abſolutus, Mineruæ Areæ, id eſt, deprecatricis aram dedicauit.

Scabella duo ex argento, ſaxis ſimilia, quibus accuſatores & rei inſident, alterum Contumeliæ, alterum Impudentiæ.

Erinnyum ædes cum ſignis minimè horribilibus: Plutonis itē, Mercurij, & Telluris: ad quæ rem diuinam faciunt capitis periculo liberati.

Oedipi monumentum, Thebis eò deportatis oſſibus.

XI. NAVIS ad Panathenæorum pompam fabricata.

¶ SVBVRBANA Vrbi proxima, & quidem Litoralia

Portus triplex: uidelicet

I. PIRÆEVM. Curia primùm, ſubinde à Themiſtocle in Nauale mutatū, deſerto Phalero, propter triplicem portum nautis & militibus commodius, CCCC. nauium capax. In eo ſpectantur

Sepulcrum Themiſtoclis.

Fana

Iouis & Mineruæ, cum ſignis.

Veneris mari proxima, à Conone uictis Spartanis ad Gnidum erecta.

Tabula Leoſthenis ducis fortiſſimi, cum liberis, ab Arceſilao picta.

Lycium Gymnaſium & Nauale, à Lycurgo oratore erectum.

Porticus longa, qua pro foro utuntur. Ibi Leocharis opera, Iupiter & Populus.

Gurges quidam in maritima parte, ubi exules è naui, iudicibus in littore conſiſtentibus, cauſam dicunt. Ibi ſe primus Teucer Telamoni patri de cæde fratris Aiacis purgauit.

II. MVNYCHIA. Habet

Templum Dianæ Munychiæ.

III. PHALERVS, è quo Theſeus in Cretam, Mneſtheus item ad Troiam ſoluit, urbi proximus, & propterea ciuibus commodior. Sunt in eo

Ædes

Cereris.

Mineruæ Sciradis.

Iouis.

Aræ

Deorum & Heroum ignotorum.

Theſei filiorum.

Phaleri, qui Iaſoni Colchicæ expeditionis comes fuit.

Androgei F. Minois, Athenis cæſi.

IV. A' Phalero *in Vrbem euntibus occurrit*

Fanum *Iunonis à Mardonio uaſtatum, cum ſigno Deæ, Alcamenis.*

Sepulcrum *Antiopes Amazonis à Theſeo necatæ.*

V. A' Piræeo *in Vrbem, ſpectantur*

Murorum ruinæ, à Conone uictis Spartanis ædificatorum. Sepulcra

Menandri comici.

Euripidis tragici honorarium, in Macedonia alioqui ſepulti.

Incerti cum ſtatua equeſtri, Praxitelis opus.

¶ SVBVRBANA à litore remota. Cuiuſmodi eſt

ACADEMIA, *Gymnaſium, hæc habet ſpectatu digna:*

I. In *uia ab urbe, occurrunt hæc:*

Septum, *cum Dianæ pulcherrimæ & optimæ ſignis.*

Bacchi *Liberatoris ædes.*

Sepulcra *uaria: nimirum*

Thraſybuli, qui XXX tyrannos euertit.

Periclis, Chabriæ, Phormionis.

Eorum qui aut naualibus aut terreſtribus bellis pro patria occubuere, exceptis Marathonijs, eodem loco ubi ceciderе ſepultis. Videlicet

Qui Thracia iam omni occupata ab Edonis interempti fuere.

Leagri & Sophonis Decelenſis ducum.

Columna Melanopi & Macartati equitum à Lacedæmonijs cæſorum.

Theſſalorum equitum auxiliariorum.

Cretenſium ſagittariorum auxiliariorum.

Cliſthenis, qui iura tribubus deſcripſit.

Cleonæorum, qui cum Argiuis in Atticam uenere.

Athenienſium, qui contra Aeginetas cecidere. Etiam ſeruorum nomina columnis inciſa.

Ad Olynthum occiſorum.

Meleſandri in ſuperiorem Cariam nauibus præfecti.

Qui contra Caſſandrum occubuere, Argiuis opem ferentes.

Apollodori, Phrygum mercenariorum ducis.

Qui contra Lacharim & Macedonas infeliciter conſpirarant.

Qui ad Corinthum cecidere.

Colũna una multis erecta, qui in Chio, in Eubœa, in Sicilia periere.

Columna item alia uariorum.

Ad Helleſpontum nauali prælio mortuorum.

Ad Chæroneam cæſorum, ad Amphipolim, ad Delium, in Theſſalia, in Cypro.

Olympiodori XIII. militum, qui Macedonum præſidium eiecerunt è Piræeo.

Tolmidæ,

Tolmidæ, eiuſq; militum.
Cimonis militum, qui eodem die hoſtes ad Eurymedontem & terreſtri & nauali prælio ſuperarunt.
Cononis, Timalci.
Zenonis Stoici, & Chryſippi Solenſis, philoſophorum.
Niciæ pictoris.
Harmodij & Ariſtogitonis tyrannicidarum.
Ephialtis rhetoris, qui Areopagi inſtituta peruertit.
Lycurgi rhetoris.

II. Gymnaſium. Ibi
Aræ conſpiciuntur
Amoris à Charmo dedicata, in primo aditu.
Promethei, à qua homines in urbem accenſas ferunt lampades, alter alteri tradentes.
Muſarum & Mercurij. Mineruæ. Herculis.
Olea quæ ſecunda è terra extitiſſe fertur.
Platonis monumentum.

TIMONIS Turris miſanthropi.

EQVESTRE iugum, ubi Oedipus primùm in Atticam appulit, habet
Aras
Neptuni equeſtris.
Mineruæ equeſtris.
Monumenta heroica.
Pirithoi. Theſei.
Oedipi.
Adraſti.
Neptuni templum & lucum ab Antigono rege incenſum.

CONDITORES.

Vrbs à Cecrope Ægyptio, quem ſapientiæ & fortitudinis cauſa Acteus (qui ditione Attica potiebatur) generũ ſibi adſciuit, an. 375. ante Ilij excidium, paulò ante diluuium Deucalioneum, annis uerò 772. ante Olympiadum initium, 796. ante Romam conditam. Is primus in Acta legitimas nuptias inſtituit (unde Biformem fabulantur) primus item ob latrocinia crebra Bœotorum & Carum in XII. oppida commigrãdi incolis auctor fuit, cùm prius per uicos habitarent, eorumq; caput Cecropiã fecit, quam poſtea Mineruæ, Literarum & Armorum præſidi, uir ſapientiſs. conſecrauit, & Athenas appellauit. Populum in tribus IIII. diſtribuit. Iudicium in Areopago conſtituit.

Amphictyon conſeſſu Amphyctionum inſtituto ciuitatis robur adauxit.

Theſeus oppidatim habitantes Atticos, in unam urbem compulit: ita quidem, ut antiquum Cecropiæ oppidum pro ſumma Arce reliquerit; nouam Vrbem, quam ἄϛυ appellauit, ciuibus habitandam dederit.

LEGISLATORES.

DRACO *Athenienſium primus legiſlator, anno quarto* Olymp.39.

SOLON *ſeditionem compeſcuit,legib.ſanctiſſ ciuitatem inſtruxit,an.ſecundo* Olymp.46.

LIBERATORES.

Cliſthenes *à* Piſiſtratidarum *tyrannide patriam ope* Lacedæmoniorum *liberauit, cùm* Harmodius *&* Ariſtogiton *prius* Hipparchum *interfeciſſent.*

Themiſtocles *non modò uictis ad* Salaminem Perſis *libertatem patriæ conſeruauit, ſed & imperij auctor fuit, cùm ad rei maritimæ ſtudium ciuitatem traduxiſſet.* Subinde etiã Ariſtides Iuſtus,*qui* Græcas *urbes à* Lacedæmonijs *deficientes* Athenienſib.*adiunxit.*

Theramenes *quadringentorum oligarchiam ſuſtulit.*

Thraſybulus *ope* Thebanorum XXX *tyrannos.*

Demetrius Poliorcetes,*cum* Antigono *patre,* Aſiæ *rege,* Caſſandri Macedonis *præfectũ* Demetrium Phalereum *expulit, & antiquæ libertati urbem reſtituit.*

Olympiodorus Macedonas *poſtremùm è* Muſæo *eiecit.*

FORMA.

Religione *Ethnica imbuti, eam pertinaciſſimè retinuere.* D.Pauli *concionibus,* Ararum *Ignotis dijs extructarum occaſione, quas* Epimenides Cretenſis *erexerat;* Chriſtianiſmus *illis primùm innotuit.*

Reipublicæ *adminiſtratio prima iam inde à* Cecrope *penes* Reges *fuit, hæreditario iure, per annos 866. Quorum quidem ſeptendecim* Regum *nomen tulerunt, inter eos ultimus* Codrus: *uiginti uerò, regis nomine abolito,* Archontum *perpetuorum, & inter eos primus* Medon,*ultimus* Alcmæon,*per an.586. Subinde imminuta poteſtas* Principum,*ut non perpetui amplius, ſed decennales tantùm crearentur: inter quos primus fuit* Charops, *ultimus* Eryx, *per annos 70. Deinceps uerò* Democratiæ *fundamenta iacta ſunt, & nouem* Archontibus *delectis annuis, omne ius, quod primùm* Reges, *deinde* Archontes *tum perpetui tum decennales habuerant, in eos translatum fuit, anno tertio uigeſimæquartæ* Olymp. *uſque ad annum ſecundum* Olymp.118. *per annos 325. Etſi interea &* Piſiſtratidarum *tyrannidem ſunt perpeſſi, &* CCCC. *primùm, deinde* XXX.*uirorum oligarchiam: ad extremum quoque* Lacharim *tyrannum experti. Quo ſpacio omnes res geſtæ illuſtres* Athenienſium *extitere, omnes uiri quacunq; laude clari emicuere. Poſtea ſatis habuere antiquam* Reip.*poſſeſſionem,* Demetrij Poliorcetis *beneficio receptam, inter tot potentiſſ.* Aſiæ, Ægypti, Epiri, Macedoniæ, Thraciæq; *regum arma conſeruare.*

Oeconomiam *primus* Cecrops *conſtituit, qui à uago concubitu ad certas nuptias* Atticæ *incolas traduxit. Quibus ipſis tanta deinceps ad locupletandam uiris ciuitatem dignitas acceſſit, ut cœlibes feſto quodam die ad aras à mulierculis uirgis cederentur.*

MOTVS ACTIVI.

Coloniæ.

Iones *ex* Attica *in* Aſiam *profecti,* Androcli *ductu, qui* Codri *regis frater fuit,* Epheſum *condiderunt, ibiq;* Ionum *regio conſtituta, multis præclaris urbib. ipſius quinetiam philoſophiæ incunabulis, nobilitata.*

Olymp.

Olymp. LXXIX. *anno primo, colonos Amphipolim, quam tenebant Edoni, deduxere.*
Olymp. LXXIII. *an. quarto, ſubacti in Eubœa à Pericle Esliæi, & eò coloni miſsi.*
Olymp. LXXXIV. *Sybarim in Italiam ducta colonia, qui Thurij appellati ſunt.*
Olymp. CVI. *anno quarto, cùm Seſtum duce Charete cepiſſent, colonias in Cherſoneſum, permittente Cerſoblepta rege Thraciæ, deduxerunt.*

Fœdera.

Amphyction *rex III. à Cecrope, Conſeſſum Amphyctionum ad Thermopylas conſtituit, eiusq́; XII. Græciæ populos participes fecit, Ionas, Dares, Perrhœbos, Bœotos, Magnetas, Achæos, Phthiotas, Malienſes, Dolopas, Ænianas, Delphos, & Phocenſes.*
Ariſtides *Iuſtus uirtutis opinione tantum potuit, ut Græcorum urbes à Lacedæmonijs ad Athenienſes traduxerit, occaſione arrepta à ſcelere Pauſaniæ ducis Lacedæmoniorum, qui ad urbes Græcas liberandas miſſus, eas Perſis prodere cogitarat. Itaq́; Græcorum imperium ad Athenienſes delatum, & ærarium in Delo à Græcis contra Perſas inſtitutum.*
Athenienſes, *Inaro regi Ægyptiorum auxilijs contra Perſas miſsis, malè re geſta, ab Artabazo & Megabyzo Perſarũ ducib. ſub fœdere dimiſsi ſunt, Olymp. LXXX. anno primo.*
Fœdere *cum Lacedæmonijs contra Perſas icto, ad Salaminem, ad Platæas, ad Mycalem Ioniæ proſperè pugnarunt. Inde cùm Ilotæ & Meſſenij à Lacedæmonijs defeciſſent, & Athenienſes, duce Cimone ad obſidendam Ithomen ex fœdere miſsi, à Lacedæmonijs tanquam ſuſpecti remiſsi eſſent, exacerbati Athenienſes, decennio pòſt, Olymp. LXXX. an. ſecundo, cum Argiuis hoſtib. Lacedæmoniorum & Theſſalis amicitiam iunxerunt, & ſocietatem belli aduerſus Perſas diremerunt, Megarenſes à Lacedæmonijs rebellantes in ſocietatem receperunt. Inde belli Corinthiaci initium, & Lacedæmonij tertij, per VII. annos.*
Fœdus *inde cum Lacedæmonijs quinquennale per Cimonem ictum, Olymp. LXXXI. anno tertio.*
Bellum *quartum Lacedæmonium per Andocyden compoſitum, fœdere in annos XXX. percuſſo, anno tertio Olymp. LXXXIII.*
Fractis *Athenienſium opib. per Lyſandrum Lacedæmonium, & uiciſsim Lacedæmoniorum per Cononem Athenienſem, ducem Perſarum, qui illos maris imperio exuit, iterum per Epaminundam Thebanum ad Leuctra Bœotiæ, fœdus inter ſe percuſſerunt, ut Athenienſes mari, Lacedæmonij terra principatum haberent, bello Bœotico, quod tandem per Artaxerxem Perſarum regem compoſitum fuit.*

Seditiones. Bella ciuilia.

Amphyction *Deucalionis F. Cranaum regem ſocerum ſuum expulit, regnum occupauit.*
Erichthonius *Neptuni F. Amphyctionem expulit.*
Pandion *minor à Metionidis pulſus, à Pyla ſocero Megarenſium rege reſtituitur.*
Meneſtheus *Petei F. ope Tyndaridarum, quorum ſororem Helenam rapuerat Theſeus, Theſeum regno ſpoliauit.*
Thymœtes *Oxyntæ F. nothus, Aphidante rege fratre interfecto, regnum occupauit, ultimus ex Erecthidarum familia.*

Olymp.

Olymp.XLV. *Cylon Athenienſis arce occupata tyrannidem inuadit. Obſeſſus ibi à ciuibus, cùm ad aram Mineruæ ſupplex confugiſſet, à Megacle Alcmæonide & collegis archontibus cum ſocijs eſt interfectus. Nec multo pòſt ſeditione contra piaculi auctores excitata, pleriq; eorum ex Solonis ſententia pœnas dedere. Hæc prima ſeditio fuit.*

Olymp.XLVI.*anno ſecundo, Pediæi, Diacrij & Paralij ſeditionem ſecundam mouent, propter æris alieni magnitudinem. Soloni eius componendæ negocium datum.*

Olymp.LIII. *inter eaſdem ſeditio tertia exarſit, cùm Pediæis Megacles, Paralijs Piſiſtratus, Diacrijs Lycurgus adeſſet. Piſiſtratus tyrannidem arce occupata inuaſit. Biennio pòſt eiectus, Megaclis inimici ſui filia ſibi deſponſa in tyrannidem reducitur. Vix anno exacto, ab eodem ſocero ob improbè adminiſtratam rei uxoris cauſam eiectus, XI. pòſt anno exercitu uictor, tyrannidem receptam confirmauit. Eam, mortuo patre, Hipparchus F. excepit, anno tertio Olymp. LXI. Ei poſt an. XV. ab Ariſtogitone & Harmodio interfecto, Hippias frater multo crudelior ſucceſſit, Cliſthenis conſilio, Lacedæmoniorum armis, cedere coactus.*

Exactis *tyrannis Olymp. LXVI. Cliſthenes & Iſagoras inter ſe de principatu contendentes, ſeditionem quartam inuexerunt. Iſagoras à Cliſthene eiectus, à Cleomene rege Spartano reducitur, pulſo Cliſthene, & reliquis Cylonio ſcelere obſtrictis. Cliſthenes, deiecto ab Athenienſibus Cleomene ex arce quam occuparat, reſtituitur. Hinc belli ſecundi Lacedæmonij origo.*

Olymp.CXV. *anno ſecundo, Antipater moriens rerum adminiſtrationem Polyperchonti tradiderat. Is decreto lato omnes Græcorum ciuitates liberas eſſe iuſsit, uti Alexandro regnante fuerant. Caſſander uerò chiliarchus relictus, priuſquam Antipatri patris mors enunciaretur, Nicanorem Munychiæ impoſuit. Vti ergo Macedones in duas factiones abierant, unam Caſſandri, alteram Polyperchontis: ſic etiam Athenienſium optimates Caſſandro, populares Polyperchonti fauebant.*

Bella.

Pandion *maior bellum contra Labdacum Thebanorum regem de agri finibus geſsit, Tereo Thraci ob auxilium latum Procnem F. deſpondit.*

Erectheus *Pãdionis maioris F. cum Eleuſinijs bellum geſsit, filiam pro ſalute publica deuouit.*

Ægeus *Pandionis minoris F. à Minoe uictus, delectos pueros & puellas in Cretam à Minotauro deuorandos mittere coactus, & inter eos Theſeum F.*

Theſeus *bellum cum Amazonib. ad Athenas geſsit, earumq; unam Hippolytam ſibi deſpondit. Heraclidas, ab Euryſtheo Mycenarum rege, poſt Herculis patris obitum Peloponneſo eiectos, excepit, & contra Euryſtheum bello in Attica geſto defendit.*

Meneſtheus *rex cum cæteris Græcis ad Ilium expugnandum proficiſcitur.*

Thymœtes *rex contra Bœotos bellum gerit. Melanthus Meſſenius domo pulſus ab Heraclidis, Athenis exulans, hoſtium ducem Xanthum ex prouocatione interficit, & Thymœte abdicante ad regnum euehitur.*

Codrus *Melanthi F. rex bello Lacedæmonio primo, quod ob Megara coloniam conditam Athenienſibus intulerunt, ſeſe pro patria deuouit.*

Olymp.XLIII. *Athenienſes de Sigeo & Achilleo oppido cum Mitylenenſib. bellum geſſere. Periander Corinthius arbiter lectus litem Athenienſib. adiudicauit.*

Olymp.

Olymp. XLV. *Salamis antiqua Athenienſium poſſeßio ad Megarenſes defecit. Inde bellum primum Megarenſe ortum. Eo parum proſperè geſto Athenienſes Niſæum etiam oppidum amiſerunt.*

Olymp. L. *Solonis ſuaſu bellum Megarenſe ſecundum ſuſceptum. Salamis & Niſæa recepta.*

Olymp. LXVI. *pulſus Cleomenes rex Spartanus ex arce, quam Iſagora reducto occupaue- rat, Damaratum regem alterum Sparta acciuit. Is Eleuſinem cum exercitu inuaſit: ſed aliena- tis ſociorum animis ſtatim receßit. Hoc ſecundum bellum Lacedæmonium.*

Olymp. LXVII. *bellum cum Chalcidenſibus Eubœæ geſtum. Victi Bœoti Chalcidenſium defenſores.*

Olymp. LXIX. *bellum Æginetis illatum, quòd præter ueteres ſimultatũ cauſas Bœotos bello ſuperiore armis iuuiſſent. Vario utrinq; euentu mari diu geſtum.*

Olymp. LXXII. *anno tertio, Datis Darij Perſarum regis, ab Hippia tyranno exule inſtigati dux, ad Marathonem à Miltiade Cimonis F. Athenienſiũ duce magno prælio ſuperatus fuit.*

Olymp. LXXV. *anno primo Xerxes Perſarum cladem ulturus, terreſtri exercitu ad Thermopylas Leonidam regem Spartanum ad internecionem cecidit: ab Athenienſib. uerò duce Themiſtocle Athenienſi & Eurybiade Spartano ad Artemiſium & Salaminem uictus eſt.*

Anno ſecundo Mardonius Xerxis dux ad Plateas in Bœotia, ducib. Ariſtide Atheniẽſi & Pauſania Lacedæmonio cæſus. Eademq; hora ad Mycalem Ioniæ Xanthippus Athenienſis & Leotychides Spartanus Perſarum claßem ſuperarunt.

Olymp. LXXVII. *anno tertio, Cimon Miltiadis F. ad Græcas urbes liberandas miſſus, Tithrauſtem Perſarum ducem maritimo prælio ad Eurymedontem, eodemq; die terreſtri Teredatem uicit. Bellum id in Perſas I.*

Olymp. LXXIX. *anno primo Thaſios rebellantes & Æginetas duce Cimone ſubegerunt.*

Eiuſdem anno ſecundo Bellum in Perſas ſecundum, Inaro regi Ægyptiorum contra Artoxerxem mißis auxilijs, duce Conone.

Olymp. LXXX. *anno ſecundo abalienati à Lacedæmonijs Athenienſes, quòd ſoli ex omnib. ſocijs in Ithome obſidenda domum remißi eſſent, Megarenſes à Lacedæmonijs rebellantes in ſocietatem receperunt, eaq; de cauſa in Bellum Corinthium inciderunt uario euentu.*

Eiuſdem anno tertio Corinthios bis uicerunt, duce Myronide. Lacedæmonium bellum III. per ſeptennium Lacedæmonios & Theſſalos confœderatos duobus prælijs Myronides fundit. Æginetæ tributarij fiunt. Pericles agrum Laconicum populatur.

Olymp. LXXXII. *anno tertio, Bellum in Perſas tertium. Cimon ad Cyprum uictis Perſis Græcas Aſiæ urbes liberat.*

Olymp. LXXXIII. *anno primo, Megarenſib. ad Lacedæmonios deficientib. Bellum Laconicum IIII. Pliſtonactem regem Pericles pecunia uti recederet impulit. Athenienſes Bœotiæ ciuitates liberas relinquere coguntur.*

Eiuſdem anno tertio duce Pericle bellum Euboicum contra defectores.

Anno quarto bellum Samium. Samij debellati, tributo mulctati à Pericle.

Olymp. LXXXV. *anno primo Bellum Byzantium. Subacti Byzantini, & tributum dare coacti.*

Olymp. LXXXVI. *anno primo, Corcyreis contra Corinthios auxilia decernunt, Corin-*

thios uincunt,Potidæam obſident,duce Callia,inde Phormione.

Olymp.LXXXVII.*anno ſecundo,ſuaſu Periclis bellum Quintũ contra Lacedæmonios ſuſcipitur(nondum completis tricennalib.fœderibus) quod Peloponneſiacum & à rege eorum Archidamium dictum eſt.Cauſa belli,quòd decretum aduerſus Megarẽſes,quos foro & portubus probibuerant,reſcindere nollent Athenienſes. Attica ab Archidamo,Laconia à Pericle uaſtatur. Ærarium è Delo Athenas tranſportatum.Phormio nauali pugna ad Rhium uincit Lacedæmonios.Cnemus Spartanus Salaminem diripit.Athenienſes Leontinis auxilium contra Syracuſanos,à Gorgia rhetòre perſuaſi,decernunt,Lachete & Chabria ducibus. Mitylenæos defectores Athenienſes ſubigunt,Platæenſes Lacedæmonij. Fœdus tandem anno decimo in annos L.pepigerunt,Nicia duce,anno tertio Olymp.89.*

Olymp.LXXXIX.*anno quarto,Argiui,Elienſes,Thebani, Corinthij,ſuſpectam habentes pacem, ambobus bellum intulerunt. Cæterùm ſeq.anno cùm non redderetur Pylus ab Athenienſibus,odia recruduere.*

Olymp.XCI. *anno primo,Leontinis iterum decreta auxilia contra Syracuſanos, ducib.Alcibiade,Nicia,& Lamacho. Alcibiades impietatis reus, exul Lacedæmonios ad bellum patriæ inferendum concitauit , quod à Decelia communita Decelicum eſt dictum. Clades in Siciliæ accepta CD oligarchiæ Athenis occaſionem dedit.Reconciliatus patriæ Alcibiades.Lacedæmonios ad Abydum,& iterum ad Cyzicum , tertiò ad Andrum uincunt,Helleſponti ciuitates omnes,præter Abydum,in poteſtatem rediguntinec Lacedæmonios pacem petentes audire dignantur. Victi rurſus,alternis uictorijs.|Tandem à Lyſandro in Helleſponto ad Ægos Potamos ſuperati,fame & peſtilentia preßi, pacem per legatos petere coacti iniquißimam,ut abolita democratia,oligarchiam triginta uirorum admitterent,anno primo Olymp.94.*

Olymp.XCVI.*anno ſecundo,Bœoti,Athenienſes, Corinthij & Argiui fortunæ Lacedæmoniorum inuidentes,bellum eis Sociale dictum intulerunt.Conone Athenienſe exule Perſarum duce Lacedæmonij maris imperium amiſerunt.*

Olymp.XCVI. *anno tertio,bellum Corinthium,cùm Corinthiorum alij Lacedæmonios, alij Athenienſes auxilio aduocarent.*

Olymp. C. *anno quarto,ſuperbè ſe gerentibus Lacedæmonijs, ab eis deficiunt Athenienſes & Thebani,cùm Sphodriades noctu Piræeum eſſet aggreſſus. Chabrias Ageſilaum regem in Bœotia,Polim prælio nauali ad Naxum uincit, Timotheus Cononis F.ad Leucadem. Hoc bellum primum Lacedæmonium à XXX.tyrannorũ dominatu,per annos tres.Pax data ab Artoxerxe rege uniuerſæ Græciæ.*

Anno *tertio Olymp.*CI.*bellum Lacedæmonium ſecundum,cùm Athenienſes ciuitatib.Græcis democratiam expetentibus adeſſent., Lacedæmonij uerò oligarchiam. Auctoritate Xerxis Perſarum regis pax facta,Thebanis exceptis.*

Olymp.CII.*anno quarto,ſocia arma Lacedæmonijs contra Thebanos iunxere.Ei bello cùm Artoxerxes Perſarum rex poſt annum quartum finẽ impoſuiſſet,altero anno pòſt bellum Tegeatum & Mantinenſium inter ſe ortum,quorum illis pleriq; Arcades,Argiui & Achiui,his Elei,Lacedæmonij & Athenienſes fauebant.*

Olymp.CV.*anno primo,mortuo Perdicca,Macedonum rege,Athenienſes Argeum armis regem facere fruſtra conati contra Philippum.*

Anno tertio, Eubœenſes ſeditioſi alij Bœotos, alij Athenienſes implorant. Eubœa Athenienſium ope liberata. Sociale bellum exortum, cùm Chij, Rhodij, Coi & Byzantij ab Athenienſibus defeciſſent. Eo Amphipolin & Pydnam & Potidæam Philippus Athenienſib. ademit.

Olymp. C V I. anno ſecundo, bello Sacro ſeu Phocico exorto, Athenienſes & Lacedæmonij Phocenſes Delphici fani ſpoliatores ſunt ſecuti, per annos decem.

Cùm Athenienſibus Philippi Macedonum potentia ſuſpecta eſſet, omnibus eius hoſtib. ſeſe adiungebant. Tandem apertè ei bellum inferunt, ſubſidio Byzantijs miſſo, Olymp. C X. anno primo: anno tertio pugna ad Chæroneam à Philippo uicti.

Olymp. C X I V. anno ſecundo, cùm Antipater Macedoniæ rex, prout Alexander uiuens ſtatuerat, exules in ciuitates Græcorum reduceret, Athenienſes & Bœoti ad bellum coorti, prælio uictum Antipatrum Lamiæ obſederũt, unde bellum Lamiacum dictum. Antipater Crateri auxilio Græcis depulſis, Athenas obſedit, & ad pacem turpiſſ. adegit, ut democratia cederent, & oligarchiam inſtituerent eorum, qui cenſum duûm millium drachmarum haberent.

Olymp. C X X V. anno ſecundo, Gallos duce Brenno ad Thermopylas Græci coniunctis uiribus, ſed principatu Athenienſib. ob ueterem dignitatem conceſſo, duce Callippo Athenienſe profligarunt.

Motvs Passivi.

Mutationes Reip.

Vetus politia REGIA fuit, ſub Regib. ſeptendecim & Archontib. perpetuis primùm, deinde decẽnalibus. Succeſsit DEMOCRATIA duûm generum. PRIOR ditiorum ciuium, à Theſeo rege olim inſtituta, ſed à regib. ſucceſſorib. antiquata: quam populus diuturni & luxurioſi Medontidarum imperij pertæſus, in memoriam uſumq; reuocauit. Eam ſexageſimoquarto poſtquam cœpit anno, Olymp. 39. anno quarto, Draco legib. & magiſtratib. firmauit: & XXVII. pòſt annis, cùm ciuili ſeditione ad oligarchiam recidiſſet (nam arce à Cylone occupata, cùm obſidio in longum traheretur, populus nouem Archontibus ſummam rei poteſtatem commiſerat, qui naucraris tribuum duodenis præerant) Solonis legibus reſtituta eſt, Olymp. 46. Paucis pòſt annis, cùm Solonis ſuaſu, Piſiſtrati Hippocratis F. fortitudine Salaminem inſulam recuperaſſent, orta inter ciues ſeditione, Piſiſtratus, qui Paralijs aderat, tyrannidem occupauit. Bis ab ea depulſus, anno tandem Olymp. 59. ſecundo eandem confirmauit. Reliquit eã Hipparcho. Huic ab Harmodio & Ariſtogitone interfecto ſucceſsit Hippias frater truculentiſsimus. Quem Spartanorum armis Cliſthenes Alcmæonides expulit, & democratiæ iura ampliauit.

POSTERIOR proinde democratia à Cliſthene introducta eſt, pulſo Iſagora, qui opulentiorum partes Spartanorum ope tuebatur. Secutæ res Medicæ. Quib. cùm populi Atheniẽſis uirtus maximè enituiſſet, ſpiritus maiores concepit, adeoq; uel indulgentia Themiſtoclis, & Ariſtidis, uel blanditia Periclis, uel adulatione demagogorum reliquorum, totius ferè Reip. iura in ſuam pertraxit poteſtatem, contra Solonis inſtitutum.

Olymp. X C I I. anno primo, clade omnium maxima in Sicilia accepta, deficientibus ſocijs, ſtatum Reip. immutarunt, & Quadringentis uiris commiſerunt. Quos anno ſeq. ob tyrannidem Theramenes ſuſtulit.

Olymp.XCIIII.anno primo,uicti à Lyſandro Lacedæmonio,pacem inquiß.admittere coacti,diſſoluta democratia, XXX. tyrannos legere, qui Remp.regerēt. Quem annum iccirco ἀναρχίαν uocarunt.Qui cùm poteſtate ſua abuterentur,& optimos quoſq; è medio tollerent, anno ſeq.à Thraſybulo exule, auxilio Thebanorum, prælio ad Piræeum fuſi, à populo deiecti ſunt, ſubſtitutis decemuiris. Pauſanias rex Lacedæmoniorum,Lyſandri laudi inuidens, Thraſybulum ciuibus reconciliauit,ueteremq; Remp.Athenienſium reſtituit.

Olymp.CXIV.anno ſecundo, obſeßi ab Antipatro Macedone, quem bello Lamiaco irritauerant, pacem eà conditione accepere,uti democratia cederent, & oligarchiam inſtituerent eorum qui cenſum duûm millium drachmarū haberent (quorum numerus nouem millium eſt inuentus)præſidium inſuper Macedonum in Munychiam,præfecto Menyllo,acciperent.

Mortuo Antipatro,Polyperchon Macedoniæ adminiſtrator relictus,Athenas uti reliquas urbes Græcas liberas eſſe uolebat. Caſſander uerò Antipatri F.per Nicanorem etiam Piræeum occupauit. Athenienſes Polyperchontis auxilio Caſſandrum obſident,magiſtratus omnes à Macedonibus conſtitutos abrogant,morte,exilio, publicatione bonorum mulctant, atq; alios maximè populares ſurrogant. Aſt ubi Caſſandri præſidium depellere non potuere,pacti cum eo ſunt,ut ipſi haberent agrum, & uectigalia, & ſocij Caſſandri eſſent:Munychiam Caſſander teneret: Reſpub.uerò penes eos eſſet,qui cenſum uſq; ad decem minas haberent: & ut curator ciuitatis, qui Caſſandro uideretur, imponeretur. Impoſuit ergo Demetrium Phanoſtrati F.Phalereum,anno 115.Olymp.tertio.

Olymp.CXIIX. anno ſecundo Demetrius Poliorcetes à patre Antigono Aſiæ rege ad liberandas Græciæ urbes miſſus, Demetrium urbe expulit,& Piræeo Munychiaq; receptis,antiquas leges libertatemq; Athenienſibus reddidit.

Demetrius inde cōſpiratione regum,Caſſandri, Lyſimachi, Seleuci & Ptolemæi in Aſia uictus,cùm Athenas tanquam in portum ſe reciperet, ab ijs ingratiſſ.excluſus,reparatis uiribus urbem (quam Lacharis tyrannus interea occuparat) ad deditionem compulit, & Piræeo Munychiaq; occupatis,Muſæum ualido præſidio firmauit,& Remp.pro ſuo arbitrio tractauit,anno primo Olymp.120.

Idem cùm occupato Macedoniæ regno, paternum inſuper Aſiæ regnum recuperare cogitaret,regum conſpiratione à Pyrrho Epirotarū rege Macedonia exuitur.Tum uerò Athenienſes minimè ceſſandum rati,duce Olympiodoro Macedonas Muſæo eiecerunt, libertatem recuperarunt,archontem annuum reſtituerunt,anno quarto Olymp.123.

Antigonus Gonata Macedoniæ rex, uictoria de Gallogræcis elatus, Athenienſes,quòd à patre ſuo Demetrio defeciſſent, graui obſidione terra mariq; ad dedicationem coegit,anno tertio Olymp.129.Quinto poſt anno ſponte præſidium è Muſæo deduxit, & liberos Athenienſes reliquit,ad Romanorum uſq; tempora.Tunc enim Ariſtion tyrannus à L.Sylla expugnata urbe uictus,Romanorum imperio ceßit.

Excidia. Obſidiones.

Xerxe Perſarum rege,Olymp.LXXV. anno primo,in Græciam irrumpente, Athenienſes ligneis ſeſe muris ex oraculo committere iußi,imbellem turbam in Salaminē inſulam miſere: ipſi auctore Themiſtocle naues conſcendere.Xerxes urbem captam incendit,& euertit. Sed eo uicto,altero poſt,anno Themiſtoclis opera,aduerſantibus licet Spartanis,muri refecti.

Bello

Bello *Peloponneſiaco, Olymp. 87. an. 2. cùm Attica ab Archidamo rege uaſtaretur, uti uiciſſim Laconia à Pericle, omnes in urbem ſe coniecere, atq; uacua omnia loca eius inædificauere, ut etiam in Longis muris & in Piræeo domos extruxerint. Thucydides.*

Victi *à Lyſandro in Helleſponto pugna nauali, & ab eodem uictoriam perſequente obſeſſi, ex pacis fœdere Longos muros & Piræeum deturbare iuſſi, anno quarto Olymp. 93. Quos XI. poſt anno Conon Athenienſis exul, Perſarum præfectus, ope Thebanorum reſtituit.*

Ab *Antipatro Macedone obſeſſi, præſidium in Munychia accipere, & democratia abolita, oligarchiam aſſumere coacti, anno ſecundo Olymp. 114. Subinde à Caſſandro Antipatri F. multo arctioribus compedibus conſtricti, qui illis Demetrium Phalereum præfectum dedit.*

Liberati *à Demetrio Poliorcete. A` Caſſandro obſeſſi, anno ſecundo 120. Olymp. Demetrij benignitate iterũ ſubleuati. Poſteaquàm uerò Demetrius conſpiratione Caſſandri, Ptolemæi, Seleuci & Lyſimachi uictus, ab Athenienſibus excluſus eſſet, & Lacharis interea tyrannidẽ in urbe arripuiſſet, Athenas obſidione cinctas ad deditionem compulit.*

Ab *Antigono Gonata Demetrij F. quòd à patre deſciuiſſent, ad deditionem compulſi, anno tertio Olymp. 129.*

Inundationes.

Deucalionis *diluuium, regnante Cranao rege ſecundo Athenienſium, Atticam quoq; totam oppreſſit.*

Peſtilentiæ.

Olymp. IV. *Abaris ab Hyperboreis Athenas miſſus legatus, uti pro uehementi peſtilentia ex oraculo ſacrificaret.*

Olymp. XLVI. *ob Cylonianum ſcelus peſtilentia affecta urbs, ab Epimenide Cretenſe expiatur.*

Olymp. LXXXVII. *an tertio, bello Peloponneſiaco peſtilentia ſæua Athenas inuaſit. Ea moritur Pericles.*

Olymp. XCIII. *anno quarto, obſeſſi à Lyſandro, fame & peſtilẽtia ad olygarchiam triginta tyrannorum ſuſcipiendam coacti.*

ATHENARVM PARTES *Materialiter conſideratæ.* CAP. XXIIX.

PARTIVM Materialium ſeriem ex præcedentium Athenarum deductione colligat qui uolet. In uniuerſum uel Loca uel Locata ſunt obſeruanda. In illis Theatra, Fora tum Venaliũ, tum Iudiciorũ, Gymnaſia, Porticus, Portus, Æraria, Sepulcra. In his uerò & Viri uel Literis uel Armis clari, Ciues potiſsimũm, deinde etiá Inquilini: Familiæ etiam illuſtres. Inanimata quoque ut Inſcriptiones, Naues, Pecuniæ, publicæ quæcunque in uſum quemcunque exigi ſolitæ. Ex diſpoſitione Pauſaniæ, quam paulò antè perſecuti ſumus, loci iſti Materiales à quouis, cui otium & uoluntas aderit, citra negocium & illuſtrari & augeri poterunt.

SCHOLÆ.

Gymnaſia Athenis literaria tria fuere præcipua, uti etiã tres philoſophorum ſectæ. Academicorum in Academia, Peripateticorum in Lyceo, & Stoicorum Stoa ſiue Porticus Peiſianactia. Cynici, quoniam errones, in Cynoſarge non remanſere.

Cauponi Gymnaſij meminit Philoſtratus in uita Herodis Attici: Prytanei & Tempe Spartianus in Seuero: Lacidij, ubi Lacides philoſophabatur, Laertius lib. 4.

FORA IVDICIORVM.

ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΑ à regibus conſtituta ΦΟΝΙΚΑ de cæde quinq;:

Areopagum Cecrops, de cæde conſulto facta. Vbi Mars abſolutus eſt ob cæſum Halirrhothium Neptuni F. filiæ ſtupratorem. Vnde nomen loco.

Prytaneum Erectheus, de ferro & alijs rebus inanimatis, unde mors eſſet conſequuta, auctore incerto.

Delphiniũ Ægeus rex, de cæde quam quis ſe iure feciſſe diceret. Vbi Oreſtes cauſam dixit.

Palladium, ſub Demophoonte rege, qui Agamemnoni & Argiuis in Phalerum noctu appulſis, cùm ignari ſe in Attica eſſe, prædas agerent, occurrit, & erepto Palladio domum aliquot interfectis rediens, equo hominem Athenienſem ſubuerſum interemit. Inde cauſam eo loci dixit, & abſolutus eſt.

Phreattiũ ſub Demophoonte. Teucer Troia rediens ibi patri Aeaco ſe purgauit, quòd nullam Aiacis fratris necis culpam ſuſtineret. Si quis ob cædem non cogitatam in exilium profectus, nondũ conciliatis ijs, qui illum exegerant, alterius cædis uoluntariæ inſimuletur, ad Phreatto, locum maritimum prope Phalerum, accedit, & è naui ſine retinaculo & anchoris cauſam dicit. Si conuincitur, pœnas luit. Si euadit, exilium nihilominus ob priorem cædem indictam ſuſtinet.

FORA reliqua

Heliæa, maximum forum, quaſi apricum, in alto ſitum, cui

Parabyſta duo, quaſi obſcura, ſubiecta fuere, unũ maius, alterũ mediũ, Polluci dictum.

Trigonum, à loci forma.

Metychium, ab architecto.

THEATRA.

Odeum locus in theatri ſimilitudinem à Pericle conſtructus, ubi Muſici inter ſe cantibus decertarent. Eodem in loco farinæ dimetiebãtur. Proinde Archon ibi forum habuit, in quo de uictu cognouit.

GYMNASIA.

Gymnaſia, loca publica, in quibus nudi, uncti prius oleo, ſubinde etiã arena, aphe dicta, cõſperſi exercebantur, ab exercitio Thermis abluebantur. Eò quinetiam Sophiſtæ & Rhetores, Philoſophi itidem, iuuenum captatores, confluebant, & in Porticibus (unde Stoici nomen traxere) et Exedris, in ipſis quinetiam Vijs & Deambulacris (ſic Ariſtoteles in Peripato Lycei) acroaſes faciebant. Eadem proinde loca diuerſis ſui partibus & animorum & corporũ exercitijs conferebant: ut proinde etiamnũ hodie priſca imitatione Scholas Gymnaſia appellent.

ACADEMIA gymnaſium cum luco, Academo heroi conſecratum, clariſſ. quinetiam uirorũ ſepulcris

ſepulcris illuſtre, et propter Platonis *diatribas totius orbis nobiliſs.* Hipparchus Piſiſtrati *filius, tyrannus,* Academiam *ingenti muro circundedit. Vnde prouerbium,* τὸ ἱππάρχου τειχίον, *de magnifico ædificio.*

LYCEVM, *templũ olim* Apollinis, *à* Lycio Apollinis F. Ariſtotelicis *deambulationibus celebre.*

In CYNOSARGES, *ubi ſpurij tantùm extra urbem exercebantur,* Antiſthenes Cynicæ *ſectæ principium dediſſe perhibetur, non magis à caninis moribus, quàm à loco deducto nomine, ut* Laertius *lib.6.teſtatur.*

ASYLA.

Ad Theſei *ſepulcrum fugientes ſerui nexu ſoluebantur.*

PORTICVS.

Pœcile *porticus, à picturarum* Polygnoti *uarietate & præſtantia, prius* Peiſianactia *dicta,* Zenonis Cynici *acroaſibus maximè illuſtris.*

FORA RERVM VENALIVM.

Ad ODEVM, *farinæ dimetiebantur. Ibi proinde forum, in quo* Archon *ius dicebat, de cauſis ad uictum pertinentibus.*

LONGA *porticus mercandi cauſa ijs qui in* Piræeo *ad mare habitabant: qui procul à mari, ijs forum* HIPPODAMIVM *ſeruiebat.*

In PYRÆEO *portu locus erat* Δεῖγμα *dictus, quòd illic ſpecimina rerum uenalium proponerentur: teſte* Suida.

PORTVS.

Phalerus *antiquiſſimus, è quo* Theſeus *in* Cretam, *&* Meneſtheus *ad* Troiam *ſoluit.*

Munychia. *Eum locũ cùm* Epimenides Cretenſis *conſpexiſſet, Si ſciret, inquit, populus* Athenienſis, *quanta hic mala urbi olim daturus eſſet, dentibus illum ſuis demoliretur, ſi manibus nequiret. Quod multis poſt annis patuit, quando* Antipatri *præſidum in* Munychia *accipere coacti fuere.*

Piræeus *à* Themiſtocle *cœptus anno tertio* Olymp. 83. *proſpero rerum* Medicarum *ſucceſſu auctus confirmatusq́;.*

ÆRARIA.

Fiſcum extraordinarijs, Ærarium ordinarijs quidam tribuũt, ſiue illa Vectigalia ſint, quæ ex Mercibus, ex Agris aut Paſcuis percipiuntur: ſiue Tributa, quæ conferuntur.

Ὀπισθόδομος, *conclaue poſt arcem (unde nomẽ illi) in quo pecunia ſacra* Mineruæ, *ex mulctis decima, fortaſſis etiam decima hoſtilium ſpoliorum, cuſtodiebatur à quæſtoribus ſacris.*

Victo *ad* Salaminem Xerxe *auctor fuit* Ariſtides Græcis, *annuum tributum nomine belli* Perſici *cõferendi, cui delecti ex* Athenienſi *populo quæſtores,* ἑλληνοταμίαι *dicti præeſſent. Illud in* Delo *inſula reponebatur. Sed ſub* Peloponneſiaci *belli initia, cùm maris imperio* Athenienſes *potirentur,* Athenas *fuit translatum.*

MOENIA. MVRI.

Nudata *urbs mœnibus à* Xerxe Perſarum *rege. Eadem cùm reædificare uellent* Athenienſes, Spartanos, *æmulæ urbis incrementum formidantes,* Themiſtocles *ſtratagemate deluſit, ut prius illa educta fuerint, quàm* Spartani *cœpta eſſe intelligerent.*

Longi

Longi *muri, quibus* Piræeum *cum urbe coniunxit* Pericles. Ex *quo potiſſimùm tempore* Piræus *pro parte ciuitatis haberi cœpit.* Quos *ipſos captis* Athenis Lyſander *demoliri curauit, naualem urbis potentiam euerſurus.*

CIVES CLARI

Philoſophia.

Socrates *Sophroniſci ſtatuarij & Phænaretes obſtetricis* F.

Æſchines *Charini fartoris* F. *Sphettius, philoſophus* Socraticus.

Chærephon *eiuſdem municipij & diſciplinæ.*

Ariſtocles *Ariſtonis* F. *à frontis latitudine* Plato *dictus.*

Theætetus *Socratis auditor.*

Speuſippus *Platonis ex ſorore nepos.*

Polemon *Philoſtrati aut Philocratis* F. *Xenocratis diſcipulus.*

Antiſthenes. *Quem cùm quidam Threicia matre eſſe diceret, Túne arbitraris, inquit* Socrates, *ex duabus Athenienſibus tam inſignem uirum naſci potuiſſe?*

Epicurus *Neoclis & Chæreſtrates* F. *è Gargettio municipio.*

Demetrius *è Phalero municipio, Theophraſti diſcipulus.*

Grammatica.

Apollodorus *Athenienſis grammaticus, Ariſtarchi diſcipulus.*

Eloquentia, Rhetorica.

Piſiſtratus. *Pericles Xanthippi* F. *Alcibiades. Theramenes Agnonis* F. *Ariſtogiton. Phocion.*

Melitus, *Socratis accuſator.*

Decem *Rhetores ſimul ætas una Athenis tulit, Antiphontem, Andocydem, Lyſiam, Iſocratem, Iſæum, Æſchinem, Lycurgum, Demoſthenem, Hyperidem & Dinarchum. qui populum contra Macedonas inflammarunt.*

Ephialtes, *Periclis familiaris.*

Demades *nautæ* F. *Demoſthenis æmulus.*

Demades *Laciades, à priore adoptatus.*

Lycurgus *Lycophronis* F.

Cephalus, *qui primus procœmia & epilogos induxit.*

Acuſilaus *Agathoclis* F. *ſub Galba Romæ moriens reliquit patriæ centū millia drachmarum.*

Herodes *Atticus, inuento theſauro ſtadium & theatrum Athenienſibus extruxit ſub Adriano & Antonino Impp.*

Leontius *uel Leo, pater Eudoxiæ Imperatricis.*

Poëſi.

Draco *tribus uerſuum millibus Hypothecas ſcripſit.*

Solon *in poëſi excellens.*

Hipparchus *tyrannus, poeta, poetarum cùm aliorum tum Homeri imprimis admirator, cuius rhapſodias collegit.*

Tyrtæus *Archimbroti* F. *elegiographus, ab Athenienſibus per ludibrium Laconibus, iam ter uictis à Meſſenijs, auxilium ex oraculo petentibus, datus, ludimagiſter luſcus atq; claudus, ita*

ſuis

ſuis carminibus animos iuuenum inflammauit, ut tandem Meſſenem expugnarint.
Philoſtratus Epaminundæ & Pelopidæ uitas & Theſeida ſcripſit.
Cyneſias dithyrambopœus, Pyrrhicham ſaltationem compoſuit.
Cteſiphon lyricus.
Philippides, Crates, Plato, Callias, Cratinus, Eupolis, Ariſtophanes, Theodorus, Myrtilus & Hermippus fratres, Eubulus, Pherecrates, Chæremon, Diphilus, Comici.
Theſpis, Phrynichus, Alcæus, Æſchylus, Philocles, Morſimus, Aſtydamas, Chœrilus, Sophocles, Euripides, Nicomachus, Antiphon, Soſitheus, Tragici.

Mechanicis.

STATVARII, Dædalus ex Erecthidarum familia, Metionides.
Phidias. Alcamenes, ſiue Alcman, Phidiæ diſcipulus.
PICTORES. Apollodorus Olymp. 95. Niceas Olymp. 112. Panæus Phidiæ frater, Metrodorus pictor, Carneadis auditor.

Militia.

PHRYNO Athenienſium dux contra Mitylenæos, de Sigeo & Achilleo oppido contendentes, à Pittaco uno è Septem dolo cæſus, Olymp. 43.
MEGACLES Alcmæonides archon Cylonem tyrannum cum ſocijs trucidauit, Olymp. 45.
Piſiſtratus Hippocratis F. Salaminem & Niſæam à Megarenſibus dolo recepit, Olymp. 50. Is tyrannidem poſt arripuit.
Harmodius & Ariſtogiton Hipparchum tyrannũ Piſiſtrati F. interfecerunt, Olymp. 65.
Cliſthenes Alcmæonides Pythiam induxit, ut Lacedæmonios de rebus ſuis ſe conſulentes ad Athenas liberandas hortaretur. Itaq; per Cleomenem Spartanorum regem obſeſſus Hippias, tandem ad Perſas fugere coactus. Eius æmulus Iſagoras.
Miltiades Cimonis F. Datim Perſarum ducem ad Marathonem ſuperauit, Olymp. 73.
Themiſtocles, uictoria contra Perſas nauali ad Salaminem clarus, an. primo Olymp. 75.
Ariſtides Iuſtus ad Platæas. Xanthippus ad Mycalem Ioniæ.
Cimon Miltiadis F. Perſarum ſpolijs & cæde multiplici illuſtris, Olymp. 77. an. tertio.
Leocrates Æginetas uicit, Olymp. 80.
Myronides Corinthios profligauit, Olymp. 80.
Pericles, Tolmides Callias, Phormio, eadem ætate. Inde Agnon, Xenophon, Phanoſtratus, Laches, Chabrias, Clinippides, Paches, Cleon, Demoſthenes, Nicias, Hippocrates, Ariſtides, Symmachus, Nicoſtratus, Alcibiades, Lamachus, Eurymedon, Thraſyllus, Thraſybulus.
Theramenes Quadringentorum oligarchiam an. ſecundo Olymp. 92. ſuſtulit.
Leotrophides & Timarchus, Megarenſes ſuperant. Adimantus, Conon & Philocles, à Lyſandro ad Ægos potamos ſuperati an. quarto Olymp. 93. Conon metu iudicij ad Euagoram Cypri regem profugit, præpoſitus inde claſſi Perſarum contra Lacedæmonios.
Thraſybulus exul Thebanorum ope XXX. tyrannorũ dominatũ euertit, an. 2. Olymp. 94.
Iphicrates, Demophon, Chabrias, Phocion, Timotheus Cononis F. Cteſicles, Hegilochus, Leoſthenes, Chares, Lacrates, Antiphilus.

Olympiodorus *Macedonas è Muſæo eiecit, Olymp. 122.*

Reges.

Cecrops *Ægyptius, anno mundi 2407. ab Actæo rege ob fortitudinem & prudentiam nuptijs filiæ & principatu ornatus, regnauit per annos* L.
Cranaus *Cecropis gener* IX.
Amphictyon *Deucalionis F. Cranao ſocero pulſo* X.
Erichthonius *Neptuni F. Amphictyone pulſo. Sparta condita.* L.
Pandion *Erichthonij F.* XL.
Erectheus *Pandionis F. A quo Erecthidarum regia familia.* L.
Cecrops II. *Erecthei F.* XL.
Pandion II. *Cecropis F. Sub eo Dædalus faber.* XXV.
Ægeus *Pandionis F.* XLIIX.
Theſeus *Aegei F.* XXX.
Meneſtheus *Petei F. Erecthei regis pronepos, ope Tyndaridarum, abſente Theſeo, regnum occupat* XXIV.
Demophoon *Theſei F. regnum recuperat. Troia capta.* XXXIII.
Oxyintes *Theſei F. mortuo fratre.* XII.
Aphidas *Oxyintæ F.* I.
Thymœtes *Oxyintæ F. nothus Aphidāte fratre interfecto, ultimus familiæ Erecthidarū.* IIX.
Melanthus *Meſſenius ab Heraclidis domo pulſus, Athenis exulans, Xantho Bœotorum hoſtium duce cæſo, Thymœte rege abdicāte. Ab eo Melanthidarum familia regia.* XXXVII.
Codrus *Melanthi F. primo bello Lacedæmonio pro patria deuotus.* XXI.

Archontes Perpetui.

Placuit inde Regum poteſtatem imminuere, & referendis rationibus obnoxium reddere, an. Mundi 2891. Dicti proinde pro Regibus Archontes. Eorum obſcura tempora atq; facta, ſed tamen

Medon *Codri regis F. primus, annis* XX. *A quo principalis Medontidarum familia.*
Æſchylus *penultimus, per an.* XXIII. *Cuius anno ſecundo ludi Olympici inſtituti, quarto quoq; anno celebrandi.*
Alcmæon *Aeſchyli F. ultimus, per annos duos.*

Archontes Decennales.

Mortuo Alcmæone placuit Atheniēſibus decēnales Archōtas eſſe. Olymp. VII. primus fuit CHAROPS Æſchyli F. ultimus è ſeptem ERYX.

Archontes annui.

Hactenus Regnum & Principatus: deinceps Democratiæ principes creari cœpti, Archontes nouem annui, uidelicet Rex, Archon, Polemarchus, & Theſmothetæ ſex. Ab Archonte autem anni denominabantur. Inter eos præcipui nominis

Creon *primus, Olymp. 24. anno tertio.*
Draco *legiſlator, anno 4. Olymp. 39.*

Solon

Solon *legiſlator, anno 3. Olymp. 46.*
Comias *Olymp. 53. an. 3. Piſiſtratus tyrannidem occupat.*
Themiſtocles, *Olymp. 71. an. 1. Piræi fundamenta iacit.*
Phæippus, *Olymp. 72. an. 3. Dates in Marathone cæſus.*
Ariſtides, *eiuſdem anno 4.*
Callias, *Olymp. 75. an. 1. Athenæ incenſæ. Victus Xerxes ad Salaminem.*
Xanthippus, *eiuſdem an. 2. Victi Perſæ ad Platæas.*
Adimantus, *eiuſdem an. 4. Græci ad Athenienſes à Spartanis deficiunt.*
Demotion, *Olymp. 77. an. 3. Bellum primum in Perſas, duce Cimone.*
Tlepolemus, *Olymp. 79. an. 2. Bellum ſecundum in Perſas.*
Euthydemus, *Olymp. 82. an. 3. Bellum tertium contra Perſas. Perſæ ciuitates Græcas Aſiæ liberas dimittunt.*
Euthydemus, *Olymp. 87. an. 2. Belli Peloponneſiaci initium.*
Celarchus, *Olymp. 91. an. 4. Occidione cæſi in Sicilia Athenienſes.*
Callias, *Olymp. 92. an. 1. Quadringentorum oligarchia inſtituta.*
Alexias, *Olymp. 93. an. 4. Oligarchia XXX. tyrannorum, à Lyſandro introducta.*
Pythodorus, *Olymp. 94. an. 1. quem annum ob diſſolutam democratiam uocant ἀναρχίαν.*
Euclides, *eiuſdem an. 2. Thraſybulus Piræeum occupat.*
Laches, *Olymp. 95. an. 1. Socrates cicutam bibit.*
Diophantus, *Olymp. 96. an. 2. Bellum ſociale Lacedæmonium.*
Theodorus, *Olymp. 98. an. 2. Pax Antalcidæ.*
Charondas, *Olymp. 110. an. 3. Victi à Philippo ad Chæroneam Athenienſes.*
Cephiſodorus, *Olymp. 114. an. 2. Bellum Lamiacum contra Antipatrum. Oligarchia tertia.*
Archippus, *Olymp. 115. an. 3. Oligarchia quarta à Caſſandro Macedoniæ obtruſa. Demetrius Phalereus curator ciuitatis inſtitutus.*
Anaxicrates, *Olymp. 118. an. 2. Liberati per Demetrium Poliorcetem Athenienſes.*
Diphilus, *Olymp. 112. an. 4. Pulſi Athenis Macedones præſidiarij.*

Tyranni.

Cylon, *Piſiſtratus, XXX. tyranni, Demetrius Phalereus, Lacharis.*

INQVILINI CLARI

Literis.

Abaris *Hyperboreus Olymp. IV. pro cõmuni ſalute omnium populorũ Athenis ſacra fecit.*
Epimenides *Cretenſis peſtilentia affectam ciuitatem liberauit, Olymp. 47.*
Anacharſis *Scytha cum Solone de legibus inſtituendis contulit.*
Anaxagoras *Clazomenius, XX. æt. anno philoſophari Athenis cœpit, ſub Callia Archonte, per annos XXX. In exilium inde miſſus.*
Archelaus *illius diſcipulus, Mileſius, primus ex Ionia Phyſicam Athenas inuexit.*
Cebes *Thebanus*, Heracleotes *Ponticus*, Phædon *Eleus*, Ariſtippus *Cyrenæus*, Euclides *Megarenſis, Socratis auditores.*

Lacydes Alexandri Cyrenæi F. nouæ Academiæ auctor.
Theodorus ἄθεος. Diogenes Sinopenſis.
Crates Thebanus, Diogenis diſcipulus.
Zenon Cittieus, Stoicæ diſciplinæ auctor.
Cleanthes Aſsius, Cratetis diſcipulus.
Chryſippus Solenſis, Cleanthis ſucceſſor.
Spherus, eiuſdem condiſcipulus.
Ariſtoteles Stagirites.
Theodectes Phaſelites, Ariſtotelis diſcipulus.
Tyrtamus Ereſsius, Euphraſtus primò, deinde Theophraſtus dictus.
Nicomachus Ariſtotelis F. & Strato Lampſacenus, Theophraſti diſcipuli.
Dicæarchus Siculus, Ariſtotelis auditor.
Xenophanes Colophonius, Archelai auditor.
Parmenides Eleates, Xenophanis.
Meliſſus Samius, & Zeno Eleates, Parmenidis.
Leucippus Eleates, Zenonis.
Heraclides Ponticus, Speuſippi diſcipulus.
Iſocratis auditores, Iſocrates Apolloniates, eius in ſchola ſucceſſor: Philiſcus Mileſius, Thraſymachus Carthaginenſis.
Adrianus, Herodis Attici ſucceſſor ſcholæ.
Philagrius Cilix, coæqualis Herodis Attici.
Genethlius Palæſtinus.
Libanius ſophiſta Antiochenus, præceptor Nazianzeni, Chryſoſtomi & Baſilij.
DD. Baſilius Cæſarienſis et Gregorius Nazianzenus, nobile Chriſtianorum amicorum par, Athenis ut eruditionis, ſic amicitiæ fundamenta iecerunt.
Boëthium Athenis philoſophiam didiciſſe, ex Theodorici regis Epiſtolis liquet.

Pictura, Statuaria, Architectura.

Huc omnes ij, quotquot præclara ſua opera Athenis reliquere.

FAMILIAE.

REGIÆ duæ familiæ, Erecthidarum ab Erectheo (è qua Dædalus architectus fuit) & Melanthidarum à Melantho Meſſenio exule, cuius poſtremus fuit Codrus: unde familia Codridarũ, & à filio Medõte (qui primus Archon perpetuus fuit) Medontidarũ, per an. 586.

Alcmæonidarum illuſtris familia ab Alcmæone Megaclis F. qui quòd legatos Crœſi regis Delphos proficiſcentes hoſpitaliter tractaſſet, ab eodem in Lydiam uocatus, quantum potuit auri ex theſauris regijs efferre, muneris loco obtinuit. Ex ea prodijt Megacles archon, qui Cylonios ſocios ad aras trucidauit: eoq; nomine Alcmæonidæ ἐναγεῖς & ἀλιτήριοι ſunt dicti, hoc eſt, Piaculo obſtricti. Cùm Piſiſtratus tyrannidẽ inuaſiſſet, exilio ſolũ uertêre, ſuisq; ſumptibus fanum Delphicũ reparauere. Exinde Pythiã muneribus corrupit Cliſthenes, uti Lacedæmonios cùm publicè tum priuatim ad liberandas Athenas hortaretur.

Calliarum

Calliarum *familia, Alcmæonidarum æmula, licet utraq; Piſiſtratidis inimica.*
Piſiſtratidarum *familia, tyrannide à Piſiſtrato Paraliorum duce occupata illuſtris.*

NAVES.

TRIREMIVM *Sacræ quidẽ duæ ſolæ, uſq; ad Antigoni tẽpora, ad munera publica quælibet celeriter obeunda deſtinatæ, tum in bello gerendo, tũ in prætoribus è bello, ſi opus eſſet, ad iudiciũ retrahendis.* Salaminia, *eademq́; Delia, qua Theſeus quõdam in Cretam deportatus, ſumma religione ſemper refecta, uſq; ad Demetrij Phalerei ætatẽ peruenit, quotannis ornata in Delum ea, quæ ad ſolenne pertinent ſacrificium, deuehebat: per quos dies ſupplicium capitale de aliquo ſumere nefas erat.* Paralus *altera, eius conſcenſores Parali, officij cauſa quatuor obolos ceperunt, & maiorem anni partem domi traduxerunt.*

PECVNIÆ PVBLICÆ, reſpectu

κτήσεως.

ΤΕΛΗ, *Vectigalia ciuitatis, ex publicis poſſeßionibus, metallifodinis, nemoribus, item quæ portorij artis lucríue nomine exigebantur. Ex metallifodinis uigeſima quarta: ex portorio modò decima, modò quinquageſima proueniebat: eas Telonæ, id eſt, publicani redimebant, ſuoq́; periculo reip. repræſentabant. Ab inquilinis item* μετοίκιον *exigebatur, à uiris quidem* XII. *à mulieribus ſex drachmæ, ſimiliter etiam à ſeruis manumißis. A meretricibus itidem* πορνικὸν τέλος.

ΦΟΡΟΙ, *Tributa ſocijs ciuitatibus indicta poſt uictoriam Salaminiam de Xerxe, Ariſtide auctore, per cauſam belli, ſi quando aliàs à Perſis inferretur, à Græciæ finibus auertendi. Ærarium in Delo conſtitutum primùm: poſt Athenas translatum. Ad mille talenta annua aſſurgebat.*

ΕΙΣΦΟΡΑΙ, *Collationes tributorum, quæ belli cauſa extra ordinem ciuib. & inquilinis indictæ ſunt à Senatu & populo.*

ΕΠΙΔΟΣΕΙΣ, *Oblationes, uoluntaria munera, quæ difficilibus Reip. temporibus in Senatum referebant, modò pecunias, modò triremes.*

ΤΙΜΗΜΑΤΑ, *quæ à ciuibus aut à cæteris iudicialis mulctæ nomine exigebantur: quarum decima erat Mineruæ ſacra, quinquageſima uerò alijs dijs atq; Eponymis heroibus, reliqua erat populi.*

χρήσεως.

Pecuniæ *publicæ aliæ alijs uſibus erant attributæ, tribus tamen præcipuis. Nam uel Vtilibus, tum Pacatis,* τῆς διοικήσεως, *in opera & operas & mercedem publicam: tum Bellicis,* Στρατιωτικὰ. *uel Iucundis, in ludos & ſpectacula,* Θεωρικά.

ATHENARVM *Partes* FORMALITER *conſideratæ*. CAP. XXIX.

VTI *corporis humani partes uel* Materialiter *conſiderantur, ut ſimilares, aut diſsimilares: uel* Formaliter, *ratione officij, cùm omnes ex æquo ſint organicæ, animæ ſcilicet agentis organa & inſtrumenta: quantumuis ſingulæ ſuum munus uel peculiare, uel cũ cæteris partibus commune habeant;* Ita quoque magni illius Reipub. *corporis partes perpẽdi poſsũt atque debent, tum reſpectu*

- Ordinis, *quem inter ſe uidentur habere.* Reſpublica, *hominũ multorum & uariorum in unum & eundem locum coeuntium certis legib. adſtricta ſocietas in certas claſſes diuiditur, ratione habita bonorum atq; malorum tum*
  - Animi, *cùm alij ingenij bonitate*
    - Excellãt, *& uel in*
      - Theoricis.
      - Practicis.
      - Mechanicis.
    - Non *excellant.*
  - Corporis, *quo ad*
    - Sanitatem:
      - Sani.
      - Ægri.
    - Ætatẽ:
      - Pueri.
      - Adulti:
        - Iuuenes.
        - Senes.
    - Sexum:
      - Viri.
      - Mulieres.
  - Fortunæ, *ſecundùm*
    - Opulentiam: *Diuites, Pauperes.*
    - Habitatione: *uel*
      - Incolæ: *ſiue incolãt*
        - Vrbem.
        - Agrũ, *& uel*
          - Litus, *Paralij.*
          - Mõtes, *Diacrij.*
          - Cãpos, *Pediæi.*
      - Hoſpites.
    - Patriam: *uel*
      - Ciues.
      - Peregrini.
    - Genus: *uel*
      - Nobiles.
      - Ignobiles.
    - Libertatem: *uel*
      - Liberi.
      - Serui.
- Officij. *Quemadmodum in unoquouis homine* Animæ *eſt imperium, Corporis miniſteriũ, cùm illa functiones uarias per huius organa uaria obeat: functiones autem uel toti conferant, uel parti, quarum illæ publicæ, hæ priuatæ dicuntur:* Ita quoq; *in* Repub. *uaria ſunt officia, à uarijs facultatibus promanantia, quorũ alia priuato tantùm, alia publico nomine ſuſcipiuntur,* Politica *iccirco dicta, uti illa* Oeconomica. In *genere* Επιμέλειαι *uocãtur, & qui illa obeunt* Επιμεληταὶ *ſeu* Curatores, *ſuperiores alij et digniores, alij inferiores, qui tamen mutuas ſibi inuicem præſtãt operas, & ad totius* Reip. *conſtitutionem conferũt. Cerebrum quidem partib. reliquis uim animalem ſubminiſtrat, ſed à corde uiciſsim uitam, ab hepate alimentũ accipit: in* Oeconomia *pariter &* Politia *uiciſsitudinem officiorum principalium & ſeruilium dari neceſſe eſt: ut proinde ſæpe qui uno modo præeſt, alio modo ſubſit & pareat, ſubiecto unus, ſed ratione ad diuerſas claſſes reducendus.* Vide I.

I. De officijs igitur publicis agamus tum in
- Genere: reſpectu nimirum uel
  - Cauſarū: uidelicet
    - Materiæ. Vide II.
    - Formæ. *Officij forma eſt, publico nomine occupari. Iā quia compoſita imitantur naturam ſuorum ſimplicium: Politica etiā certa proportione reſpondebunt Oeconomicis, Oeconomica uerò ſingularib. hominis cuiuſq; officijs. Erunt ergo Officia Politica, quæ hominibus ratione politica conueniunt, alia quidem uti*
      - Ψυχικὰ, *& ueluti Herilia. Animæ gradus uarij ſūt, ſed perfectiſsimus Humanæ naturæ, quæ per Intellectū eſt & eſſe dicitur. Porrò Intellectus ut Oculus eſt in Cognoſcendo, & Regula in Agēdo cuilibet homini: ita quoq; multorum in unum ueluti corpus coeuntium ſocietates dirigit. Adeoq́; ij qui intelligētia cæteris antecellunt, ex naturæ inſtituto præeſſe debēt alijs: ut in ſocietate Oeconomica Vir uxori, Pater liberis, Dominus ſeruo: in Politica uerò Magiſtratus ſubditis. Officium ergo hoc* Ἀρχικὸν *dici poteſt, &* Ἀρχὴ *ſiue* ἐπιμέλεια ἀρχικὴ, *&* ἐπιστασία.
      - Σωματικὰ, *& ueluti Seruilia. Corporis aliæ alijs partes digniores. Proinde etiam Officia alia alijs honoratiora, quæ tamē omnia Animæ imperio ſubijciūtur. Itaq; Officium* Διακονικὸν *dici poteſt, &* Διακονία, *&* Ἐπιμέλεια ὑπηρετικὴ, *&* ὑπηρεσία.
    - Efficientis. Vide III.
  - Accidentium. Vide IV.
- Specie, *de Officiorum ſcilicet ſpeciebus Formalibus, quas geminas conſtituimus, uidelicet*
  - Ἐπιστασίαν MAGISTRATVVM *generaliter.* Vide V.
  - Διακονίαν MINISTRORVM *publicorum.* Vide VI.

II. Officium

II. Officiũ ferens publicum in Rem agit propter Hominẽ, & uiciſſim in Hominẽ propter Rem: & uel diſtinetur

- Vno aliquo officio, eoq; uel
  - Profano, tum
    - Domi. Agit in
      - Homines.
        - Omnes, ut qui omnib. ciuibus quomodocunq; præeſt.
        - Aliquos. Vide *aa.*
      - Res. Vide *cc.*
    - Foris, uel
      - Extra bellum, ut Præcones & Legati.
      - In bello. Agit in
        - Homines. Officiũ militare in
          - Genere: quo ad
            - ἐξέτασιν:
              - ἐξετασταὶ τῶν ξένων.
              - ἐπιστάτης, ad belli apparatum.
            - χρῆσιν: ut Prætores, & Polemarchus.
          - Specie: reſpectu
            - Peditum, ταξίαρχοι.
            - Equitum, Hipparchi, & Phylarchi.
            - Nautarum, Trierarchi.
        - Res. Vt in
          - Naues uel
            - Comparandas, iidem.
            - Emittendas & ſubducendas, Ἀποστολεῖς.
            - Conſeruandas, ἐπιμεληταὶ τῶν νεωρίων, Curatores naualiũ, in deducendis, purgandis, inſtruendis triremibus.
          - Arma. Ἐπιστάτης.
          - Pecunia. Cuius
            - ἐξέτασιν curabant
              - Domi ταμίαι στρατιωτικῶν.
              - Foris inter ſocios ἑλληνοταμίαι.
            - χρῆσιν præficiebantur alij in militia
              - Terreſtri,
              - Nautica, Quæſtores militares, Trierarchis attributi, qui in tabulas referebant.
  - Sacro. Vide *dd.*
- Pluribus officijs ſimul, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſi generis. Quod officium ueluti compoſitum dici poteſt, & ad diuerſos ſimplicium ordines referri debet, etſi ferè à digniore, uel etiam ab euidentiore fit denominatio. Sic frequenter in paruis ciuitatibus, ob hominum paucitatem, iiſdem diuerſa tribuuntur munera.

aa. Homines

ad. **Homines** *conſiderati ſecundùm*

- **Animum.** *Vide bb.*
- **Corpus:** *quo ad bona corporis*
  - **Primaria.** *Sunt qui agant in homines reſpectu*
    - **Sanitatis** *Præfecti ſanitati.*
    - **Actionis,** *tum*
      - **Senſus.**
      - **Motus.** *Vt Gymnaſijs præfecti publicis.*
    - **Formæ.**
  - **Secundaria.** *Vt eſt*
    - **Ætas.** *Qui curam habent*
      - **Infantum.**
      - **Puerorum,** παιδονόμοι.
      - **Adultorum.**
    - **Sexus:** *tum*
      - **Virorum,** οἰνόπται.
      - **Mulierum,** γυναικονόμοι.
- **Fortunas:** *quo ad*
  - **Opulentiam.** *Qui curam habẽt fortunarum*
    - **Pupillorum.**
    - **Ciuium.**
  - **Dignitatem.** *Qui agunt in*
    - **Magiſtratus in**
      - **Genere.** *Magiſtratuum*
        - **Electores.**
        - **Iudices.** λογισταὶ *&* εὔθυνοι.
      - **Specie:** *ut in*
        - **Senatum.** *Prytanes, Proedri, Epiſtatæ.*
        - **Iudices.** *Archontes & Paredri.*
    - **Priuatos.**
  - **Amicitias** *ſiue ſocietates tum*
    - **Populares**
      - **Publicas.** *Præfecti*
        - **Tribubus.**
        - **Curijs.**
        - **Gentibus.**
        - **Populis.**
      - **Priuatas.**
    - **Peregrinas.** *Fœderib. præfecti.*
  - **Inimicitias,** *tum*
    - **In** *foro Accuſando uel Defendendo, ut Rhetores, Cauſidici.*
    - **Extra** *forum. Cuſtodes urbis.*

- bb. Officium *præſtant alij alijs ſecundum*
  - Cognitionem. V.G. *uel*
    - Iudicando: *ut* Præcones.
    - Explorando. Ἐπίσκοποι.
  - Actionem *uel*
    - Practicam. *Agunt in homines uel*
      - Probitatis et Honeſtatis conſeruandæ, propagandæue cauſa, tum
        - Vniuerſim: *Leges*
          - Inueniendo, Νομοθέται.
          - Suadendo, Σύνδικοι.
          - Conſeruando, Νομοφύλακες.
        - Particulariter
          - Conſilia *inueſtigando, Conſiliarij.*
          - Iudicia *exercēda: lites & controuerſias tum*
            - Præueniēdo, *per aliarū rerū, tū potiſsimū uenaliū inſpectionem: quo ad*
              - Res, *quæ et quales, in*
                - Genere. Ἀγορανόμοι.
                - Specie. *Curatores Farinæ, Panum,* σιτοφύλακες: *item Frumenti,* ἐμπορίου ἐπιμεληταί.
              - Modum. *Menſurarum atque ponderum inſpectores,* μετρονόμοι.
            - Dirimendo, *Componendo. Sic Iudices Atheniēſium alij*
              - Domi
                - Vrbis, *& cauſarū uel Ciuilium, uel Criminalium.*
                - Piræei *inter Mercatores: ut* Ναυτοδίκαι, *et* Ἐπαγωγεῖς.
              - Foris, XL. *uiri.* δικασταὶ κατὰ δήμους.
      - Improbitatis *& Turpitudinis obſeruandæ, accuſandæ, coercendæ, puniendæ: quo ad* λῆψιν, *capiendo: quo ad* φυλακήν, *cuſtodiendo, uinciendo: quo ad* χρῆσιν, *puniendo: tum in*
        - Capitalibus, XI. *uiri.*
        - Non *capitalibus: ut Cenſores, ut* σωφρονισταί.
    - Mechanicam.

cc. Publicæ quidem res ſunt uariæ: proinde etiam officia uaria. Verſantur ergo alij circa

- Poſſeſsiones & Agros, reſpectu
  - Κτήσεως, ἐν λήψει & φυλακῇ: ut Ἀγρονόμοι & ὑλωροί. In iiſdemq́; uindicandis, Σύνδικοι.
  - Χρήσεως: ut Πωληταὶ dicti.
- Pecuniã, quo ad
  - κτῆσιν, ἐν λήψει & φυλακῇ, ut puta
    - Ordinarij præfectitum
      - Recipiendis, Exigendis, Cuſtodiendis
        - Vectigalibus
          - Ciuium. Ἐκλογεῖς, Exactores: Ἀποδέκται, Receptores.
          - Sociorum, ἑλληνοταμίαι.
        - Multis, Πράκτορες.
      - Deſcribendis, memoriæ cauſa, &
        - Recipiendis, ἐπιγραφεῖς.
        - Receptis, ἀντιγραφεῖς.
    - Extraordinarij, Ζητηταί.
  - χρῆσιν, uel
    - Vtilem, ταμίαι τῆς διοικήσεως.
    - Iucundam, οἱ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ.
- Alimenta. Σιτῶναι.
- Naualia.
- Ædificia ſiue opera publica in
  - Genere, ἀστυνόμοι.
  - Specie,
    - τειχοποιοί.
    - ἐπιστάται ὑδάτων.
    - ὁδοποιοί.
    - λιμενοφύλακες.
- Munera publica. Tales λειτουργίαι
  - Choragorum.
  - Gymnaſiarcharum.
  - Epulonum.
  - Εἰσφερόντων, quibus belli cauſa tributa extra ordinem indicebantur.
- Excrementa. Καθαρμοί.

dd. Officia ſimiliter ſacra alia
- Domi deſtinantur
  - Actionibus
    - Sacrificioru͂. Alij na͂que
      - Principes, qui
        - Pręſunt:
          - Viri: ut
            - Rex.
            - Archon.
            - Polemarchus.
          - Mulieres. Regina.
        - Agunt. Sacerdotes
          - Viri, omnis generis, pro Deorum & Sacrorum uarietate.
          - Mulieres, ut γεραραὶ Dionyſij.
      - Miniſtri, qui uel
        - Comparant, βοῶναι.
        - Adducunt, μειαγωγοί.
        - Iudicant, ne quid fraudis ſacris inſit, ἱεροποιοί.
    - Ludorum. Athletæ & Agonothetæ.
    - Pomparum. Tum
      - Viri.
      - Mulieres, ut Κανηφόροι Virgines.
  - Rebus: ut
    - Locis. Templis ſcilicet uel
      - Ædificandis. Ædiles.
      - Cuſtodiendis. ναοφύλακες.
    - Locatis. Vt
      - Simulacris.
      - Pecunijs. Ταμίαι τῆς θεοῦ καὶ θεῶν, ſiue τῶν ἱερῶν χρημάτων.
- Foris. Tales erant in
  - Genere quidem θεωροί, ad oracula præſertim miſsi.
  - Specie uerò Πυλαγόραι, ad conſeſſum ſacrum Amphyctionum ablegari ſoliti.

III. Officio-

- **III. Officiorum publicorũ differẽtiæ aliæ reſpectu cauſæ Efficiẽtis, hoc eſt eius qui officium iſtud**
  - **Dat.** *Hic conſideramus &*
    - **Principem,** *hoc eſt eum A quo ἐπιστασίας qualiſcunque munus obtinetur. Officij ergo, quod obtinet, auctorem quis in ea Repub.*
      - **Non** *habet, cùm ipſe ſummũ locum obtineat, Primus iccirco uocandus.*
      - **Habet:** *& uel eũ qui in ea Repub. eſt*
        - **Supremus** *ſummum imperiũ. Sic munus Magiſtratuum eſt à ſuprema poteſtate, à principe in Monarchia, à populo in Democratia.*
        - **Non** *ſupremus. Sic à Magiſtratibus officia certa alia uel cum imperio uel ſine imperio dari conſueuerunt.*
    - **Inſtrumentalẽ.** *Officiũ cõferiur alteri qualecunq; uel*
      - **Delatum,** *hoc eſt, cũ certamine uel*
        - **Simplici per**
          - **Electionem.**
          - **Sortitionem.**
        - **Mixto.**
      - **Commiſſum,** *abſq; certamine.*
  - **Accipit, & Exercet.** *Officia igitur uariant reſpectu eorũ qui præſunt uel*
    - **Numeri,** *cùm alia conueniant*
      - **Omnibus.** *V.G. in Democratia*
        - **Suffragiũ** *ferre in concione.*
        - **Militare** *pro Repub.*
        - **Tributum** *conferre.*
      - **Aliquibus** *certis, delectis.*
    - **Ætatis.** *Officia alia*
      - **Iuuenum.** *Militare.*
      - **Senum.** *Conſulere.*
    - **Opulentiæ** *Officia alia*
      - **Diuitùm.** *Sic εἰσφοραὶ & λειτουργίαι Athenis diuitibus tantùm imponebantur.*
      - **Pauperum.**
    - **Generis** *Alia*
      - **Nobilium,** *Patriciorum.*
      - **Ignobilium.**
    - **Profeſsionis.** *Alia*
      - **Doctorum.**
      - **Indoctorum.** *Alia*
        - **Agricolarum.**
        - **Mercatorum.**
        - **Opificum.**

- V. Accidentium quoque meritò officia uariant. Reſpectu nimirum
  - Motus ſiue Effectus, officium aliud
    - Abſolutum.
    - Non abſolutum, ſed Conditionatum, quo præditus alios etiam reſpicere cogitur, à quibus dicta factáue ſua cenſeantur, & uel confirmentur, uel corrigantur, uel reſcindantur.
  - Loci. Officia alia
    - Domi, Vrbana.
    - Foris,
      - Prouincialia.
      - Municipialia.
  - Temporis, tum
    - Ortus. Officiorũ aliorum creatio
      - Certa & Ordinaria.
      - Incerta & extra ordinem.
    - Durationis. Officium durat uel
      - Sēper: uel in
        - Iiſdē dũ uiuũt. Perpetua officia.
        - Diuerſis. Viciſsitudinaria.
      - Non ſemper. Quam Commiſsionem quidam appellant.
  - Qualitatis externæ
    - Ornamentorum. Officiũ uel
      - Cum dignitate: & Dignitatis atque Honoris appellationem obtinet. ſiue iam dignitas illa ſit
        - Tacita, in Cultu & Reuerentia & Obſequio poſita.
        - Aperta, quæ conſiſtit in
          - Comitatu Lictorũ, Viatorum.
          - Supellectile: ut Sellæ curules.
          - Veſtitu.
          - Armis. Athenienſes ephebi ſcutum & haſtā à pop. accipiebant, militiæ indicia. Cōſules Rom. faſcibus et ſecuribus armabantur.
      - Sine dignitate. Quale apud Thebanos uiarum ſternendarum munus, quod per contemptum ſibi datum, Epaminondas ſuæ uirtutis ſplendore deinceps honoratiſsimũ reddidit.
    - Emolumentorum. Officium aliud
      - Vtile.
      - Inutile.

V. MAGI-

V. MAGISTRATVS *conſideratio alia quo ad*

Genus. *Etſi uel ex principiis philoſophorum ſententia difficile eſt uniuerſim de Magiſtratu certi quippiã pronũciare, periclitemur tamẽ in* Rep. Palladia, *ſaltẽ nõ inuita Pallade: ueniã interea audaciæ à* Iurecoſ. *petẽdo, ſubſidiũ & auxiliũ à* Philoſophis *& implorãdo, & mutuãdo.* Αρχῶν *in genere,* ἀπὸ τοῦ ἄρχειν, *qui imitatione* Dei Poſſit, Sciat *et* Velit *alijs præeſſe.* Officiũ *principale* Parti Reip. *principi conuenit, ſimilitudine ab humano corpore mutuata. Cuius* Medici *quidẽ ex functionibus ad uitã neceſſarijs quatuor partes principes conſtituũt,* Cerebrũ, Cor, Hepar, *atq;* Teſtes: *ſed* Ethici *philoſophi, qui uitã humanã in* Ratione *ſola reponũt,* Animæ *humanæ principatũ* ἐν τῷ ἡγεμονικῷ *ſiue* λογικῷ *reponũt.* Quotquot *ergo* Officia *publica ſpeciẽ quandã* ἡγεμονίας *præ ſe ferunt, illa principalia ſtatuere, &* Αρχῶν *generali nomine cum* Ariſt. *dignari poſſumus. Cùm autem* τὸ λογικὸν *in homine duplex ſit, alterum per ſe,* ὡς ἔχον, *alterum per accidens,* ὡς ἐπιπεῖθον: Appetitus *quidem* ἔχειν λόγον *dicitur* Obediendo, Intellectus *uerò* Dominãdo. Porrò *dominium practici* Intellectus *(de eo enim hîc tantùm agimus) duplex eſt.* Per ſe *quidem in eo, quod ei maximè conuenit, in* Theoria *ſcilicet ſiue* Cognitione *tum* Agendorum, *quæ* βούλευσις *&* Conſultatio *dicitur, (cuius finis eſt* βουλὴ *ſiue* Conſilium *quodcunq;, publicæ uel honeſtati uel utilitati inſeruiens) tum* Actorum, Bona *&* Iuſta *ſint, necne, quæ* Κρίσις *&* Iudicatio *uocatur, cuius finis eſt* Iudicium. Iam *uerò reſpectu alterius, ſic dominium* Intellectus *ſpectatur in* Praxi *ipſius* Appetitus, *quem* Ratio *moderatur per* Επίταξιν *ſiue* Imperium *eorum quæ facienda ſunt, uel non facienda. Cùm autem ea quæ ſub ſenſum cadũt, notiora ſint ijs quæ ſub rationem: iccirco* ἐπιστασία Intellectus *uel* Conſulentis *uel* Iudicantis, *tanquàm minus euidens, minus quoq; uulgo celebris eſt, quàm* ἐπιστασία Intellectus Imperãtis Appetitui: *& propterea licet* τὸ ἄρχειν *primariò conueniat* Intellectui *ſecundùm* Inuentionẽ *&* Iudicium, Imperium *tamen propter euidentiã ſuam ſorores geminas, ætate licet maiores, ſplendore ſuperat.* Vt *ergo principales actiones tres ſunt,* Conſulere, Iudicare, Imperare: *ita cuicũq; nulla harum inerit, licet dignitate multum antecellat, pars tamen* Reip. *principalis dici non debet.* Cuicunq; *uerò una ex his inerit, eatenus principalis pars appellanda erit.* His *fundamentis* Ariſtoteleis *poſitis,* τὸ κύριον τῆς πολιτείας *diuidere poſſumus in* ἀρχὴν *tum* Theoricã *tum* Practicam. Theoricæ *(quam, propterea quòd ſine imperio &* ἐπιτάξει *eſt,* ἀρχὴν μὴ ἄρχουσαν *appellabimus, ut & philoſophicum genus, & à uulgo tamen introductã differentiam retineamus) munus eſt uel ea quæ* Agenda *ſunt* Inuenire Conſultando: Τὸ βουλευτικὸν, *cui miniſtrat is qui* Mandat *&* Cogit *ad agendum ea quæ uiſa ſunt.* Vel *ea quæ* Acta *ſunt, aut etiamnum fiunt,* Iudicare, Examinando: Τὸ κρίνον, *ſiue illud ſit* Δικάζον *propriè inter eos qui lites exercent, ſiue ſimplici inſpectione conſtet, qualis* Cenſorum *erat &* Præfectorum *iuuentutis.* Huic *autem* Iudicio *famulatur is, qui ſentẽtiæ executionem uel alteri mandat, uel ipſemet aggreditur.* Practicæ *uerò munus eſt* Επιτάττειν, *hoc eſt,* Imperare *ea quæ uel agenda uel patienda ſunt ab alijs.* Hanc ἀρχὴν ἄρχουσαν *dicere poſſumus.* Ariſt. *uulgò* ἀρχὴν *abſolutè nominari innuit, generis appellatione ad ſpeciem euidentiſſimam traducta.*

Species. *Vide ſignum* B.

B. MAGISTRATVVM *differentiæ aliæ*

- **Simplices** *uel*
  - **Eſſentiales** *ſumptæ à*
    - **Materia,** *hoc eſt, ab iis quibus præſunt, tum* Perſonis, *tū* Rebus, *conſideratis uel ratione*
      - **Quātitatis.** *Præſunt uel*
        - **Omnibus.** *Sic* Rex *populo, ſic* Dux *militibus.*
        - **Aliquibus** *& uel*
          - **Vnis:** *ut* Pædonomus *pueris.*
          - **Diuerſis:** *ut qui ſimul & pueris & adultorū litibus: ut* Areopagitæ.
      - **Qualitatis** *ſecundùm*
        - **Animum:** *utputa* Præfecti *Doctis,* Mechanicis.
        - **Corpus:** *reſpectu*
          - **Ætatis:** *ut* Pædonomi.
          - **Sexus:** γυναικονόμοι.
        - **Fortunæ:** *ratione*
          - **Opulentiæ.** *Præfecti* Pupillis, Mendicis.
          - **Amicitiæ.** *Alij* Magiſtratus Pacis: *alij* Belli, Militares.
    - **Forma.** *Ἀρχῆς triplex functio, ſi quidem conſideretur*
      - **Per** *ſe, uel eſt ἀρχὴ*
        - **Perfecta,** *ſiue* Triplex, *quādo ſcilicet poteſtatem habet &* Cōſulendi *&* Iudicandi *et* Imperandi.
        - **Imperfecta:** *& uel*
          - **Simplex,** *cùm poteſtatem habeat tantùm, uel*
            - **Cōſultandi.**
            - **Iudicādi** *uel* Abſq; *cōtentione: ut* Cenſor morum: *uel cum* Contentione, *inter litigantes.*
            - **Imperandi.**
          - **Duplex** *cùm ius cōſultādi uel*
            - **Habeat** *coniūctū cum iure*
              - **Iudicādi,** *non tamē* Imperādi.
              - **Imperādi,** *nō tamē* Iudicandi.
            - **Non** *habeat, ſed tamē ius* Iudicandi *ſimul &* Imperandi *habeat.*
      - **Per** *accidens, cùm principalis functio alia ſit*
        - **Minus** *euidens,* Cōſultandi *ſcilicet &* Iudicandi. *Proinde* Senatores *&* Iudices, *niſi* Imperium *habeant iunctum,* Magiſtratuum *appellatione nō dignantur: non ſecus ac ſi quis* Architectum *ex* Opificū *numero eximat.*
        - **Euidens,** Imperandi *nimirum, quæ proinde ἀρχῆς appellationem apud* Græcos, *ſicuti apud* Rom. Magiſtratus, *ad ſe pertraxit.*
    - **Efficiente.** Vide *aa.*
  - **Accidentales.** Vide *cc.*
- **Compoſitæ** *ſeu mixtæ.* Vide *ee.*

aa. Diffe-

aa. Differentiæ Magiſtratuũ ab Efficiente ſumptæ, hoc eſt, ab eo qui ἀρχὼ

- Largitur. Alius enim eſt
  - Princeps. *Vide ſignum bb.*
  - Inſtrumentalis. Obtinetur magiſtratus uel
    - Naturâ, *ob bonũ aliquod*
      - Corporis, *ut propter* Formã *uel* Robur.
      - Fortunæ, *uel*
        - Generis *hæreditaria ſucceſſione.*
        - Nobilitatis.
        - Opulentiæ.
    - Volũtate, *uel*
      - Libera: eáque uel
        - Certa per Rationem
          - Adoptionis.
          - Electionis. αἱρετὴ ἀρχή.
        - Incerta *et fortuita, per* Sortem, κληρωτὴ ἀρχή.
        - Datur *quædã ex utriſq; mixta ſpecies.*
      - Coacta: *per*
        - Dolum.
        - Vim.
- Adminiſtrat *& exercet. Hic enim uariare poteſt & quo ad*
  - Animum: *ſi ſit*
    - Doctus.
    - Indoctus.
  - Corpus: *ſecundùm*
    - Ætatem: *Iuuenis, Senex.*
    - Sexum: *Vir, uel Mulier.*
  - Fortunas: *reſpectu*
    - Opulentiæ: *ſi Pauper, Diues.*
    - Dignitatis: *uel*
      - Naturâ: *ſi Ignobilis, Nobilis.*
      - Adſcititię: *utputa Equeſtris, Doctoralis.*
    - Collegij: *utrum collegas Habeat, Nõ habeat.*

 bb. Is qui

bb.

Is *qui* Magiſtratum *alteri cõfert, in ſimplici* Reip. *forma cognitu facilis: in mixta uerò (ut ſunt pleræq;) difficilis, niſi quòd à baſi ipſius* Reip. *denominatio eſt facienda. Sic in* Rep. *Spartana, ut quàm maximè ex* Regno *&* De*mocratia &* Ariſtocratia *compoſita uideretur, popularis tamẽ forma præcellebat, cùm* Ephori *è populo electi, in omnes alios magiſtratus ius ſummum haberent.* Magiſtratum *ergo quis cõſequitur ab alio, ab homine ſcilicet uel uno, uel pluribus.* Neq; *uerò* Deum *hîc excludimus, ſed cauſas ſecundas tanquam propiores magis conſiderandas putamus.* Sunt *quibus* Imperium *diuinitus cõtigit: & tamẽ, cùm* Deo *uel adiuuãte uel ſaltem permittente fiant omnia, illud non niſi uel coactis uel deceptis uel uolẽtibus ſubditis exercere potuerunt, adeoq; & eorundem uel tacito uel manifeſto aſſenſu poteſtatem hanc uidentur obtinuiſſe.* Magiſtratũ *igitur cõſequitur aliquis ab alio uel*

- Volen*te, eoq; uel*
  - Extra *præſentẽ* Reip. *formam conſtituto, et uel*
    - Domeſtico. *Saulus ab Iſraelitis liberis regnũ,* Pittacus *à* Mi*tylenæis tyrannidem accipit. Qua acceptata, forma* Reip. De*mocratica in* Regnum *et* Tyrã*nidem commutatur.* Itaq; *à ſuis quidem accepit, ſed non in eodem genere* Reip. *conſtitutis.* Po*loni regem eligunt, non ut in regio, ſed in democratico uel ariſtocratico* Interregno.
    - Externo. *Sic* Rex Babyloniꝰ Sedeciam *regem facit.*
  - In *præſentis* Reip. *forma comprehenſo: cuius ipſe pars eſt uel*
    - Suprema, *utputa uel* Princeps *in* Regno, *uel* Populus *in* Demo*cratia, uel* Senatus *in* Ariſtocra*tia.* Poteſtatem *à ſummo delatã quidam propriè* Magiſtratum *uocant, legeq; delatum dicunt, quoniam ab eo, uel ijs, quorum uoluntas legis uim habet.*
    - Non *ſuprema, ſed ſupremæ tamen propinqua.* Ab *his dignitates* Delegari, Dari, *&* Com*mitti, non* Deferri, *quidam putant, adeoq;* Magiſtratuum *nomine indignos cenſent.*
- Nolente, *& uel*
  - Coacto *per* Vim.
  - Decepto *per* Dolum.

ec.

ACCIDENTALES Magiſtratuū differētiæ à

- **Motu ſine Effectu.** Sic ius habet principale qualecunque à quocunq; acceptū, alius
  - **Abſolutum,** αὐτοκράτωρ dicitur, in magiſtratu conſtitutus uel
    - **Summo,** propriiſſimè. Sic Magiſter cuiuſcunq; politiæ αὐτοκράτωρ, in regia repub. Rex, in populari Concio, in Ariſtocratia Senatus.
    - **Nō ſummo,** (quem quis facta à priore illo, à quo omnis motus defluit, deriuatione, Magiſtratum appellare poſſet) quod ius acceptū ferat uel poteſtati
      - **Sūmæ.** Sic Magiſtratus interdum à ſummo imperio poteſtatē abſolutam accipit
        - **Conſultandi.**
        - **Iudicandi.** Tales erant εὔθυνοι apud Athenienſes, Ephori apud Spartanos.
        - **Imperandi** Sic Athenis interdū Prætores αὐτοκράτορες creabantur.
      - **Nō ſummæ.** Sic Dictator apud Rom. αὐτοκράτωρ erat, poteſtate non à populo ſed à Senatu accepta.
  - **Non abſolutum,** ſed limitatum, ad eoq; alium ſuperiorem reſpicit uel Conſultando (ſic Senatus conſulta Athenienſium à concione confirmari oportebat) uel Iudicando, uel Imperando.
- **Tempore.** Magiſtratus alij quo ad
  - **Ortum**
    - **Ordinarij,** certo & conſtituto tēpore, quod certū & conſtitutum motum metiatur, creari ſoliti.
    - **Extra ordinem.**
  - **Durationem uel**
    - **Æterni:** iiq; rurſus uel iis quibus dātur
      - **Perpetui,** ad extremum uſq; uitæ ſpiritum.
      - **Non perpetui,** ſed Viciſſitudinarij, quādo perſonæ tantum mutantur, dignitate eadem manente.
    - **Tēporanei,** ad certū tempus uel
      - **Expreſſum,** tum Annorum, Menſium, Dierum, Horarum.
      - **Non expreſſum,** ſed tantum ratione Motus, qui in tempore fieri debet, circumſcriptum. Sic belli cauſa Dictator dictus, eo confecto magiſtratum deponebat.
- **Loco.** Alij
  - **In urbe,** ſeu Metropoli ipſa. Vrbani magiſtratus, qbuſdā Imperia dicti.
  - **Extra urbem, uel**
    - **Subditorum.** Prouinciales, Poteſtates dicti quibuſdā.
    - **Ciuium**
      - **Deductorum.** Coloniarum.
      - **Nō deductorū,** Municipales Magiſtratus.
- **Qualitate.** Vide ſignum dd.

dd. Magiſtratus alij reſpectu
- Ornamentorum Inſignia uel
  - Habētum
    - Tacita: Maieſtatis ſcilicet, Cultus, Obſeruantiæ, Obſequij.
    - Aperta: utputa
      - Comitatus.
      - Veſtium.
      - Supellectilis.
      - Armorum.
  - Non habent.
- Emolumentorum ſunt
  - Vtiles.
  - Inutiles, & Honorarij tantùm.

ee.

COMPOSITÆ ſpecies pro uaria ſimplicium combinatione multiplices poſſunt afferri. Et ea quidem magnam obſcuritatem in dijudicandis officijs principalibus affert: præſertim quando in unā eandemq́; perſonam & principalia diuerſi generis, & inſuper etiam ſeruilia officia coincidunt. Exempli cauſa, ad Magiſtratuum à Romanis propriè dictorum intelligentiam, ſpecies poteſtatis politicæ mixtas deducamus, ab ipſo Motu ſiue Effectu initio ſumpto, eidemq́; & Forma ſua & Efficiente etiam applicata. Aut ergo cōſultandi, iudicandi, imperandi, poteſtate præditus eſt quis
- Summa, quomodocunq; comparata. Hanc Summam poteſtatem & Summum imperium appellandum putant, non autem Magiſtratum. Appellent ergo Magiſtrum, niſi quid uetat.
- Non ſumma. Eamq́; rurſus (reſpectu Efficiētis) obtinuit uel ab alio
  - Sūmo atq; primo, ſiue perfectā ſiue imperfectam: eāq́; ratione Formæ rurſus uel
    - Occultam, ſine Imperio ſcilicet, Conſultando & Iudicando tantùm. Quibus ipſis non Magiſtratuū, ſed Dignitatum appellationem conuenire arbitrantur.
    - Manifeſtā, cum Imperio & Iuriſdictione. Et hunc eximiè & propriè Magiſtratum dici uolunt. Eumq́; rurſus ex accidente diuidunt in Magiſtratus
      - Maiores.
      - Minores.
  - Non ſummo, nimirum à Magiſtratu tantùm. Quos ipſos non Magiſtratus, ſed Delegatos tantùm appellari contendūt, etiamſi ἀρχῆς formam apertam Imperāndo exerceant.

VI. ΔΙΑΚΟΝΙΩΝ *conſideratio alia*

- **Generalis.** *Officia publica ſeruilia ſeu Miniſteria appellamus, quæ nec Cōſultandi, nec Iudicandi, nec Imperandi poteſtatem habēt, ſed aliorū tātùm uel Cōſilijs uel Iudicijs uel Imperijs obediūt atq; miniſtrant. Quòd ſi interdum in uno eodemq; homine & διακονικὸν & ἀρχικὸν officium concurrit (ut in XI. uiris & executio ſententiæ Iudicum, & cognitio cauſarum quarundam) ratione à ſe inuicem diſtingui debent. Miniſtrant ergo & publica officia ſeruilia ſubeunt alij reſpectu*
  - **Hominū,** *quo ad facultatem Animalem*
    - **Internam** *memorandi, Scribæ.*
    - **Externam**
      - **Sen-** *tiendi,*
        - **Videndo,** *Exploratores, Inſpectores.*
        - **Audiendo,** *Auditores.*
      - **Mouē** *di. V.G. reſpectu motus*
        - **Vocalis** *linguæ,*
          - **Inter-** *pretes.*
          - **Præco** *nes.*
        - **Localis**
          - **Manuum,** *in*
            - **Bonis** *Comparandis, Præparandis, Retinendis.*
            - **Malis** *Abigendis, Coercendis, Prohibēdis, Tollendis: ut Milites, Lictores, Carnifices.*
          - **Pedū:** *ut Nuncij, Viatores.*
  - **Rerum:** *tum*
    - **Vtilium,** *Comparando, Conſeruando: cuiuſmodi ſunt Reip. Poſſeſſiones, Agri, Syluæ, Ædificia, Pecuniæ, Fructus, Arma.*
    - **Inutilium.** Καθαρμοί.
- **Specialis.** *Miniſteriorum publicorum ſpecies aliæ ſumuntur à*
  - **Cauſis.** *Vide* VII.
  - **Acciden** *tibus: utputa quo ad*
    - **Motum. Locum. Tempus.**
    - **Qualita-** *tē, reſpectu*
      - **Vtilita-** *tis. Alia miniſteria*
        - **Vtilia** *quæ per ſe appetuntur.*
        - **Inutilia,** *ijs Honores tanquam eſca adiunguntur.*
      - **Dignitatis.** *Miniſterium uel cum dignitate iūctum, uel Non iunctū.*

- VII. Differentiæ ſumuntur à
  - Materia. *Sic famulantur alij*
    - Omnibus. *Aliquibus.*
    - Doctis. *Indoctis.*
    - Mulieribus. *Viris.*
    - Pueris. *Adultis.*
    - Militibus.
  - Forma. *Miniſterium aliud*
    - Simplex, *& unicum.*
    - Compoſitum *cum officio alio uel*
      - Seruili.
      - Principali, *cum Magiſtratu ſcilicet. Sic ferè abiectiſsimis officijs authoritatis cauſa addere ſolent ius aliquod cognoſcendi, uel imperandi: & uiciſsim ſummis officijs ſeruilia quædam ueluti corollaria adiunguntur.*
  - Efficiente: *hoc eſt, ab eo à quo*
    - Obtinetur. *Sic officiũ reſpectu*
      - Principis *cõferẽtis, uel confertur à*
        - Supremo.
        - Non *ſupremo, à magiſtratu uel*
          - Maiore.
          - Minore.
      - Inſtrumenti, *uel*
        - Defertur
          - Sortitione.
          - Electione.
        - Committitur.
    - Exercetur. *Is quo ad*
      - Corpus, *uel*
        - Sanus. *Æger.*
        - Robuſtus. *Debilis.*
        - Iuuenis. *Senex.*
      - Fortunas, *uel*
        - Pauper. *Diues.*
        - Ignobilis. *Plebeius.*

HAEC *quidem hactenus uniuerſim de Forma Politiæ, quæ in Magiſtratuum & Subditorum mutua affectione poſita eſt, dicta ſint, prolixius forte quàm deceret, ſed in re controuerſa admodum, & ne ab ijs quidem, ad quos tamẽ inprimis pertinebat, uel intellecta uel explicata ſatis, Ariſtotelea methodi lumen ſaltem accendere uoluimus, de quo alienũ quoq; in quocunq; tandem diſciplinæ genere lumen accendere non foret operoſum. Nunc ad Athenienſem Politiam reuerſi, conſtitutionẽ illius quadruplicem, Religioſam ſcilicet, Academicam, Politicã, & Oeconomicam ſingillatim exequamur, rudi minerua ea delineantes, quæ exemplis aliorum & exornari & illuſtrari queant.*

RELI-

RELIGIO ATHENIENSIVM ETHNICA IN GENERE.

Materia.

Mineruam *coluere. Hinc Panathenæa ſacra Ericthonius intulit, quinto quoq; anno celebrãda Theſeus ſanxit: uirgines κανηφόροι, quæ in pompis ciſtas ad deam ferrent.*

Neptunum *ſimiliter. Ei ſacra Poſidonia. Butes ſacerdos, Erecthei frater, à quo Butadæ & Eteobutadæ.*

Iouem. *Ei Pandia, Dialia & Dijpolia.*

Cererem & Proſerpinã, *ob frumenti uſum commonſtratum. Ei Theſmophoria, & Myſteria, & Initia magna dicta, Erectheus Eleuſine inſtituit: parua uerò Theſeus, ut ijs Herculẽ hoſpitem ſuum initiaret. In myſterijs peragendis Eumolpidæ, Hierophantæ, Daduchi, Ceryces, Myſtæ, & Epoptæ nobilitati.*

Apollinem *& Dianam. Ei Boedromia ſacra, & Metagitnia.*

Dionyſium. *Ei Dionyſia, altera uere, altera hyeme. Eorũ partes, Pithœgia, Choæ, & Chytræ.*

Sacra alia Metœcia & Synœcia, *à Theſeo inſtituta in honorem deæ, cùm Atticos ex agris in unam urbem compulit.*

Apaturia *à Melantho, uicto per fraudem Xutho.*

Inferiæ *mortuorum.* **Sacra** *priuata Tribuum, Populorum.*

Forma.

SACRA in tribus conſiſtebant, in Sacrificijs, Pompis atq; Ludis.

Sacrificia, *θυσίαι, ſolennis cum uictimarum oblatione uotorum pro Rep. ſuſceptio. Horum alia Patria, & uel δημοτελῆ, ad quæ communi nomine ciuitas uictimas dabat: uel δημοτικὰ, ad quæ ſinguli priuato nomine populi. alia Aſcititia ſiue ἐπίθετα.*

Pompa *erat ornata uirorum mulierumq; turba, cum rebus ad ſacra pertinentibus ad Myſteria in Eleuſinem & Dionyſia & Panathenæa longo comitatus agmine cum magna cæremonia mitti ſolita.*

Ludi, *ἀγῶνες, publica ſpectacula in deorum honorem edita, alia quidem Scenica ſiue Muſica & Dionyſiaca, in ſcena & per ſcenicos artifices: alia Gymnica, in curriculo, & potiſſimum per athletas.*

Efficiens. Alius

INSTITVENS. Sub *Pandione Ceres & Dionyſius primùm in Atticam uenerunt. Vtrique ob communicatam ſerendi putandiq; rationem ſacra inſtituta.*

Erectheus *eius F. uictis Eleuſinijs Myſteria maiora Cereris Eleuſiniæ Athenas induxit, ſacra Boedromia inſtituit.*

Theſeus *Oſchophoria, Metœcia, Panathenæa magna, & Myſteria parua inſtituit.*

Cùm *Demetrius Poliorcetes liberatis Athenis Myſterijs Cereris magnis & paruis initiaretur, neq; ijs intereſſe multorum inter ſe menſium ſpacio diſiunctus poſſet, Athenienſes ritum patrium permutarunt, eaq; inter ſe continuatis menſib. celebrarunt, anno quarto Olymp. 119.*

EXERCENS, & Adminiſtrans Officia ſacra uaria. Rex *procurabat* Myſte*ria, Lenæa, &* Ludos *in* Lampade *dictos,* Panathenæa *ſcilicet* Hephæſtia *&* Promethea, *inſuper & patria ſacra, & gentibus ac ſacerdotibus omnibus ius dicebat.*

Archon *Dionyſia & Thargelia inſtruebat, patria item, imprimis autem Ludos ſcenicos, ita ut & chorum concederet, & iudices tragœdis ſortiretur.*

Polemarchus *Dianæ agreſti & Enyalio ſacrificauit, & ludos funebres in bello cæſis curauit, & Harmodij manib. parentauit, & ut cæſorum liberi de publico alerentur, prouidit.*

Athlotheta *ludis gymnicis,* Agonotheta *ſcenicis præerat. Athlothetæ deni ex ſingulis tribubus ſorte delecti ei curationi per quadriennium, ſi probarentur, præerant.*

Pompas, *quia fermè inſtructo celebrabantur exercitu, omnes ij qui rem militarem adminiſtrarunt, prætores, taxiarchi, hipparchi, phylarchi curarunt.*

Sacerdotum *magnus numerus, uarij ordines, ſingulis dijs, ex Gentib. ſorte mandata.*

Miniſtri *ſacrorum.* ἱεροποιοί, *qui ſacrificantes obſeruabant, ne quam fraudem facerent, an uictima idonea eſſet:* βοῶναι, *qui boues ad dies feſtos coemebant:* μειαγωγοί, *qui* μεῖον, *id eſt, uictimam ad Curiales adducebant, tum cùm puerorum profeßio inibatur.*

Ταμίαι τῆς θεοῦ καὶ θεῶν, *Quæſtores ſacri deæ & deorum decem ſorte lecti ex quinque modialib. ciuibus qui decimam partem pecuniæ mulctaticiæ Mineruæ, quinquageſimam uerò ſingulis dijs & eponymis præſente Senatu accipiebant.*

Epulones *quinetiam, &* Gymnaſiarchi, & Choragi *inter ſacra officia locum habent, de quibus ſub Politicis Liturgijs paulò poſt.*

Θεωροί, *qui pro patria ad ſacra extra fines, aut ad ſacros ludos alióſue ſolennes mercatus, aut ad oracula mittebantur. Eorum princeps* ἀρχιθεωρός.

Πυλαγόραι, *qui in Pylæam ad ſacrum Amphyctionum conſeſſum (ad Thermopylas, ex quibuſdam Græciæ populis ab Amphyctione rege inſtitutum) mittebantur, uel ſacrorum uel conſiliorum cauſa. Iis adiuncti fuere* ἱερομνήμονες, *qui ſacrorum ſcribarum munus explentes, res in concilio actas in publicas referebant tabulas.*

Regis *uxor ſacris quibuſdam arcanis præerat.*

Γεραραὶ XIV *mulieres, ſacra ſecreta Dionyſio facientes.*

Κανηφόροι *Virgines ciſtas in pompis cum rebus ſacris geſtabant.*

ETHNICA IN SPECIE.

Myſteria.

Panathenæa.

Dionyſia.

Sepulturæ.

Corpora *non cremabant, ſed funebri ueſte terræ mandabāt. Singulæ tribus ſuas areas habebant, in quib. eorum qui bello cecidiſſent reliquias colligebant. Prætores decem, quòd in nauali prælio ad Arginuſas ciuium cadauera non inquiſiuiſſent, capitali ſupplicio affecere. Extra urbem ſepeliebant, in Ceramico aut Academia. Cadauerum ſitus uerſus Occaſum, cùm reliqui*

liqui Græci uerſus Orientem ea uerterent. Quo argumento uſus Solon, Salaminem inſulam Athenienſium eſſe, non Megarenſium, iudicib. Lacedæmonijs comprobauit. Cenotaphijs eorum, qui in Attica ſepulti non erant, icrion, hoc eſt, ſurrectum lignum apponere ſolebant.

RELIGIO CHRISTIANA.

D. Paulus Athenas Theſſalonica ueniens, occaſione aræ, Ignoto deo ab Epimenide Cretenſe olim, dum peſtilentiam ob ſcelus Cylonium obortam expiaret, extructæ, Chriſtum prædicat, contra philoſophos diſputat, multos conuertit, & inter eos quoq; Dionyſium Areopagitam. Scripſit ibi priorem Epiſtolam ad Theſſalonicenſes.

Eccleſiæ Athenienſis Incerta hiſtoria. Seculo poſt Chriſtum XIII. archiepiſcopi Athenienſis Michaelis fratris ſui meminit Nicetas Choniates hiſtoricus.

¶ATHENIENSIVM SCHOLA.

MATERIA.

Doctores & profeſſores philoſophi omnis generis, Academici grauiſsimi, Stoici ſubtiliſsimi, Peripatetici politiſsimi: ſed qui nullo ſtipendio publico conducerentur, ex gratuita Auditorum ſtipe quæſtum facientes, quem Iſocrates etiam lacrymans accepiſſe memoratur, neceſsitatis maiorem quàm liberalitatis in re maximè liberali uim eſſe conqueſtus.

Studioſi ex tota Græcia, deinceps etiam ex Italia eò confluebant. Euclides, quòd capitale eſſet Megarenſibus in urbem uenire, noctu ex agro Megarenſi in Athenienſem muliebre ueſte amictus per aliquot ſtadia proficiſci cõſueuerat, ut philoſophiæ parentẽ Athenis audire poſſet.

Auditorum alij γνήσιοι erant, alij ἐξώτεροι: illi perpetui, & certam mercedem pacti, hi nec perpetui, necdum in fidem accepti. Nota eſt uox Zenonis, cùm animaduerteret quendã quotidie per poſticum, uti ne nomen ſuum profiteretur, irrepere ſolitum: Dogmata illum ſuffurari cum ſilentio, dicentis, quæ alijs cum clamore & oſtentatione aliquando eſſet uenditurus.

EFFICIENS. AVCTORES, INSTAVRAres, Euerſores.

Liberatis à Demetrio Poliorcete Athenis, & Demetrio Phalereo Caſſandri præfecto pulſo, philoſophi omnes urbe Athenarum exceſſerunt, Sophoclis lege lata, ne quis philoſophus ſcholam haberet, niſi Senatui & pop. placuiſſet: ſin minus, morte mulctaretur. Paulò poſt tamen lege abrogata, & Sophocle ob uiolatas leges damnato, redierunt.

Adrianus Imp. pecunias, frumentum annuum, & uniuerſam Cephaleniam ſcholæ Athenienſium largitus eſt, eorumq; ſtudia uehementer auxit. Dion & Sex. Aurelius Victor.

MOTVS. Vtputa Receptio.

Sub Conſtantino & Iuliano Impp. Profeſſores adoleſcentes ſtudiorum cauſa aduentantes per ſuos emiſſarios ad ſe pertrahere conabantur. Sic Eunapium nauclerus in Proæreſij domum deduxit: Libanium econtra Diophanti rhetoris auditores uenati ſunt, ne Proæreſium audiret. Eunapius in eorum uitis. Has Practicas uulgò in Italia uocant.

Eos qui in diſcipulorum numerum reciperẽtur, ſequentibus temporib. ſolenni ceremonia inaugurari ſolitos, ex Baſilij magni & Nazianzeni tyrocinio colligere licet, cuius hic in Monodia

Baſilij meminit. Sed & Eunapius in uita Proæreſij de ſemetipſo ſcribit, cùm æger Athenas ueniſſet, & ualetudinem inſperatò recepiſſet, à contubernalibus Proæreſij in balneum deductum, & in numerum auditorum, ſed abſq; ſalibus & dicterijs, receptum fuiſſe. Quem morem in Germanicas Academias cacozelia quadam Athenienſium in Depoſitione cornuum, quam uocant, introductum crediderim.

Auditio.

Xenophontem Grylli F. primum Socratis ſermones ſcriptis excepiſſe, cùm memoria niterentur cæteri, Laertius auctor eſt.

Iuriſdictio.

Ciuili magiſtratui ſubiectam fuiſſe ſcholam Athenienſem, ut Anaxagoræ exilium & Socratis exitium omittam, Areopagitarum iudiciũ de Menedemo & Aſclepiade philoſophis pauperibus ſatis indicat: à quibus cùm pro officij ſui ratione ocij philoſophici rationẽ exigerent, ubi nocturna opera, quam cuidam molitori duarum drachmarum mercede locabant, uictum illos ſuum exercere cognouerunt, C C. drachmis uirtutis nomine donarunt. Athenæus.

Zenoni Cittiæo ob morum & doctrinæ integritatem pop. Athenienſis columnas duas, alteram in Academia, in Lyceo alteram erexit, corona aurea donauit, ſepulturam publico ſumptu in Ceramico conſtruxit.

LOCVS.

De hoc ſub Gymnaſijs ſuperiore loco actum.

¶ ATHENIENSIVM POLITIA.

INCOLARVM CLASSES.

Ciues.

CIVIVM diuiſio prima & antiquiſſ. in φυλὰς, id eſt, Tribus quatuor, à Cecrope, uarijs nominibus inſignitas ab alijs, ab Erectheo uerò Armatorum, Opificum, Agricolarum & Caprariorũ claſſibus circũſcriptas. Quæq; tribus rurſus in tres Curias, quas & τρίττυας & ἔθνη & φρατρίας appellabant. Curiam rurſus quamq; in partes tricenas, quas γένη, id eſt, Gentes dixerunt. Itaq; Gentes 365. Curiæ XII. Tribus quatuor erant in toto Athenienſi populo, anni Temporibus, Menſibus, Diebus correſpondentes.

Altera Ciuium diuiſio in δήμους, hoc eſt, κώμας, in populos ſeu uicos CLXX. cùm nemo eſſet, qui non ut aliquam tribum, ſic aliquem ex populis Atticis obtineret, ſiue ibi, ſiue in urbe domicilium haberet.

Tertia à Cranao rege introducta: ita ut alij eſſent Πεδιαῖοι Campeſtres, Oligarchiæ ſtudioſi: Διάκριοι Montani, Democratiæ: Πάραλοι ſeu Maritimi Reip. mediæ. Vnde factiones ad Piſiſtratum uſque.

Quarta, à Theſeo inſtituta, in εὐπατρίδας ſeu Patricios, dignitate, γεωμόρους Ruſticos, uſu, & δημιουργοὺς ſiue Opifices multitudine præſtantes.

Cliſthenes ex quatuor tribubus fecit decem, quarum hæc nomina ab Heroibus mutuata, quos iccirco Eponymos dixere, Cecropis, Erectheis, Pandionis, Ægeis, Oeneis, Acamantis, Leonis, Hippothoontis, Antiochis, & Æacis. Tribuum quamq; in aliquot Curias, curias in Gentes diuiſit: Populos quinetiam omnes in ſingulis tribubus deſcripſit.

Ciues anno ætatis XIIX. apud curiales probabantur, & ex pueris excedentes, in ephebos, atque adeo in uiros adſcribebantur, & ex lexiarchicarum tabularum, in quas referebantur, auctoritate ius bonorum ſuorum adipiſcebantur. Ab eo anno aut fortunis aut corpore Reip. ſeruire incipiebant, ut uel περίπολοι uel λειτουργοὶ fierent, atque ab iis initiis ad altiores gradus bonorum aſcenderent.

Peregrini.

PEREGRINORVM alij μέτοικοι, Inquilini, qui cùm Athenis domicilium haberent, & eadem cum ciuibus ueſte uterentur, lege tamen Solonis opus in foro facere prohibebantur, & tributum quoddam, μετοίκιον dictum, pendebant. Alij ἰσοτελεῖς, qui iiſdem planè quibus ciues priuilegijs fruebantur, omnium onerum immunitate, niſi quòd magiſtratuum non erant participes.

Nullus peregrinus, licet ciuitate donatus, ſe pro ciue gerere poterat, niſi prius in tribum populumq; coniectus eſſet: neq; pueri indigenæ ciuium munera obire, niſi certa ætate apud curiales popularesq; profeſsi eſſent. Profeſsio prior, δοκιμασία dicta, XV. anno ætatis fiebat. Altera an. XIIX. quo ex pueris in ephebos, itq; adeò in uiros adſcribebantur: & ab eo anno Reip. inſeruire incipiebant.

Officia Politica Profana.

Officia publica diuidit Sigonius tum in Magiſtratus uel Conſiliorum, qui præeſſent ſcilicet Tribubus, Curijs, Gentibus, Populis, Senatui, & Concioni: uel Iudiciorum, ut ferè erant Archontes: tum in Præfectos negotiationi & nundinationi, quales fuere Agoranomi, Metronomi, Sitophylaces, Nautodicæ: tum in Curatores publicos, Pecuniæ publicæ, Frumenti, Murorum, Aquarū, Viarum, Fontiū, Ædificiorū: tum in Inſpectores morum, legum atq; magiſtratus: tum in Liturgos ſeu præbitores publicos, qui ſuo patrimonio Rempub. iuuerunt in choreis, gymnaſijs, epulis, triremibus: denique in eos qui lingua & eloquentia ſua Reip. prodeſſent, ut Syndici, Rhetores Legati Præcones. Nos Sigonij catalogum retinebimus. Qui uolet hanc ueluti ſyluam ad ordines officiorum à nobis paulò antè deſcriptos referre, citra negotium poterit.

Tribubus præpoſiti antiquitus ΦΥΛΑΡΧΟΙ decem, à populo creati, auctore Cliſthene. Iis poſtmodum ad rei bellicæ adminiſtrationem traductis, tribuum curam ſuſcepere ἐπιμεληταὶ φυλῶν, Curatores tribuum, qui tribum conuocabant, eiuſq; negocia & ærarium procurabāt.

Curiarum præfecti, ΦΡΑΤΡΙΑΡΧΟΙ, idem ius in curias, quod illi in tribus, habebant, in tabulas curiales nomina puerorum referebant.

Itidem GENTIVM curatores.

Populis præfecti ΔΗΜΑΡΧΟΙ, eadē poteſtate à Cliſthene inſtituti, qua ſub regib. Naucrari ornabantur. Deſcriptiones fundorū in ſingulis populis conficiebant, tabulas lexiarchicas cuſtodiebant, populos conuocabāt, & ſuffragium eis dabant, collationes & impenſas ſuffragio ſubijciebant, exigebant tributa & cenſus, & in ærariū (quod quæq; tribus ſuo Eponymo ſacrū habebat) referebāt, nautas edebant, ſepulturas ex lege curabant eorū qui negligerentur.

Senatui *Quingentorum* PRYTANES *quinquaginta præfuere,* PROEDRI *nouem,* EPISTATÆ *duo, unus ſenatus, alter populi, in ſortem omnes coniecti: qui conuocarunt, diuiſerunt, priuatos legatosq; audierunt, in ſenatum & concionem produxerunt, conſilia retulerũt.* Epiſtata *ſenatus bis idem legi non poterat: claues ærarij, quod in arce erat, cum publico anulo cuſtodiebat: & propterea unum tãtùm diem in imperio erat, ne diuturnitate imperij abuſus tyrannidem occuparet.*

Iudiciorum *foris ut reliqui ferme magiſtratus omnes præfuerunt, ita principatum eorum tulerunt nouem* ARCHONTES, Rex *ſcilicet,* Archon, Polemarchus, *& ſex* Theſmothetæ. *Lecti ſorte, in ſenatu quidem excutiebantur per* ἀνάκρισιν, *in iudicio uerò probabantur per* δοκιμασίαν. *In regia porticu iureiurando adigebantur, ſe leges ſeruaturos, neq; donum accepturos, alioquin auream* Delphis *ſtatuam repenſuros. In arcem aſcẽdentes eadem iurabant, & myrto coronabantur. Hi ergo & iudicum numerum, & ſua cuiq; iudici fora ſortiti ſunt, & quo quæq; fora die iudicare deberent, præſcripſerũt: deinde maiorem litium partem apud ſe intentam audierunt, in ipſa fora introduxerunt, alias tamen alij: publicas quidem fermè* Rex *&* Theſmothetæ, *priuatas autem archon quidem inter ciues, polemarchus uerò inter ciues & peregrinos, maximè cùm* Athenienſes *omnes ſuos ſocios priuatarum litium cauſa* Athenas *uenire coegerint, tum propter ſportularum fructum, quo pauperes iudices alebantur, tum propter ſumptum in claſſem ad ſocias ciuitates mittendam euitandum.*

Regi *autem &* Archonti *&* Polemarcho PAREDRI *bini ſingulis in conſilio affuerunt, eorum quibus aßidebant arbitrio lecti, (à* Senatu *tamen* D. *& à* Iudicio *probati) qui eis ius ſuggererent, ſi iudiciorum imperiti etiamnum eſſent.*

PRÆTORES *urbani quæſtiones omnes ad rem bellicam attinentes domi exercuerunt.* XL. *uiri de uerberibus & ui quæſtiones exercuere, item de ſumma quæ* X. *drachmas non excederet, ſingulos populos obeuntes, iudicabant.* Δικασαὶ κατὰ δήμους, *è ſingulis populis deligebantur.*

AGORANOMI, *ſorte delecti quinq; in* Piræeo, *totidem in urbe, inſpectores uenalium fori, modeſtiæ item, & ne qui uel uendentes uel ementes mendacium dicerent.*

METRONOMI XV. *decem in* Piræeo, *quinq; in urbe, menſuras uendentium curabant.*

SITOPHYLACES, *uti frumentum, farinæ & panes iuſto precio uenderentur, decem in urbe, quinq; in* Piræeo.

EMPORII *præfecti,* ἐμπορίου ἐπιμεληταὶ, *frumenti aduecti duas partes in urbem mercatores deferre cogebant.*

NAVTODICÆ, *lites nauclerorum & mercatorum introducebant, de peregrinitate quinetiam iudicabant.*

ΕΠΑΓΩΓΕΙΣ, *dicas menſtruas de collectis & mercatorum negocijs, procraſtinationem non patientib. introducebant.*

ΠΩΛΗΤΑΙ, *Venditores decem, qui omnia, quæ à ciuitate uendebantur, ut uectigalia, metalla, redempturas, & quæ publicabantur, adminiſtrabant.* Emptores *dicebantur* τελῶναι, *exactores & collectores* ἐκλογεῖς.

ΕΠΙΓΡΑΦΕΙΣ, *qui æſtimatis cuiuſq; bonis, quantum cuiq; & ciuium & ſociorum tributi nomine præbendum eſſet, inſcribebant.*

ΑΠΟ-

ΑΠΟΔΕΚΤΑΕ decẽ à Cliſthene ſorte lecti, uectigalia & collationes ciuiũ, ſimilesq́; pecunias alias Senatu ſpectante in tabulas publicas referebant: lites de his rebus contractas iudicabãt, contrauerſas in forum introducebant.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΙΣ in quoq; Prytaneo rationes publicorum redditũum populo ſubducebant.

ΕΛΛΗΝΟΤΑΜΙΑΕ, præfecti tributis ſociorum, quæ in uſum belli contra Perſas, auctore Ariſtide, poſt uictoriam naualem de Medis partam, quotannis primo uere, cùm Dionyſia agerentur, conferri ſolebant.

ΠΡΑΚΤΟΡΕΣ, qui reliquam pecuniam mulctatitiam ciuitatis nomine in tabulas referebant, ἐγγραφᾶς dictas.

ΖΗΤΗΤΑΕ, Inquiſitores decem, à Senatu extra ordinem interdum inſtituti, ſi pecuniæ publicæ omnes non eſſent ab apodectis uel quæſtoribus exactæ.

SYNDICI poſt XXX. tyrannorum dominatum euerſum creari cœpti, ut de bonis ciuium publicatis cognoſcerent, & ἀπογραφὰς, hoc eſt, lites audirent, quas intendunt ij qui publici quippiam alios retinere contendunt.

ΤΑΜΙΑΣ τῆς διοικήσεως, uel ἐπιμελητὴς τῶν κοινῶν προσόδων, Quæſtor populi ſeu curator publicorum redditũum, in quinquennium creari, atq; iterum & tertium refici ſolitus, cum infinita propè congerendæ & diſtribuendæ pecuniæ publicæ poteſtate, in quoſuis ſumptus publicos, ſed & in mercedem quæ Senatui & Concioni dabatur. Adiunctus huic erat ἀντιγραφεὺς τῆς διοικήσεως, qui hos omnes ſumptus in alias tabulas tranſcripſit.

ΤΑΜΙΑΕ τῶν στρατιωτικῶν, Quæſtores militarium pecuniarum, quæ in uſus militiæ ex publica adminiſtratione quærebantur.

ΟΙ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ, Theoricis pecunijs, quæ in ſpectacula erogabantur publica, quæq́; pauperibus ad locum duobus obolis in theatro redimendum dabantur ex publico, præfecti.

SITONÆ, frumentum Reip. nomine alibi emebant & reponebant.

Opera publica, cùm ad dignitatem tum ad ſalutem Reip. pertinentia, ASTYNOMI decem curabant, quinq; in urbe, totidem in Piræeo, nimirum uias in urbe, & militares ex agro in urbem, & ædificia, & aquas.

ΤΕΙΧΟΠΟΙΟΙ, Murorum curatores, extra ordinem, pro re nata à tribubus ad muros ueteres reficiendos unà cum quæſtoribus aliquot editi.

ΕΠΙΣΤΑΤΑΕ ὑδάτων, qui aquas in urbem perducendas curabant.

ΟΔΟΠΟΙΟΙ, qui uias ſtrauerunt.

ΚΡΗΝΟΦΥΛΑΚΕΣ, Fontium cuſtodes.

ΕΠΙΣΤΑΤΗΣ, ad belli apparatum lectus.

ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΕΣ, magiſtratus legibus uti cogebant, & in concione ſedentes cum Proedris, ne quid aduerſus leges & remp. populi ſuffragijs ſciſceretur prohibebant. Strophio albo inſignes, & προεδρίᾳ in ludis aduerſus Archontes.

ΣΟΦΡΟΝΙΣΤΑΙ decem, moribus iuuenũ præpoſiti, noctu etiam urbem obibant, ne quid per petulantiam fieret.

ΓΥΝΑΙΚΟΚΟΣΜΟΙ XX. mulieribus parum modeſtis præfecti, tum alibi, tum uerò in nuptijs & ſacrificijs.

ΟΙΝΟΠΤΑΙ, uirorum cœtus & conuiuia & ſumptum inſpectabant.

ΛΟΓΙΣΤΑΙ *decem, totidemq́; ΕΥΘΥΝΟΙ, magiſtratus & curationes omnes repoſcendis ra-tionibus in officio manere cogebant: illi quidem de pecunijs iniuſtè ablatis, hi uerò de edictis iniuſtè interpoſitis inquirentes.*

XI VIRI, *qui nocentes homines ante iudiciũ cuſtodiebant, poſt iudiciũ ex lege ſupplicio afficiebãt, ab Themiſtocle & Ariſtide inſtituti, ſinguli ex denis tribubus, cũ ſcriba undecimo. Ad eos itẽ fures et graſſatores in facinore deprehẽſi adducebãtur, & in Parabyſto iudicabãtur.*

CHORAGI, *quia in Dionyſijs & Panathenæis chorum duxerunt, uel pyrrhichiſtarum, uel uirilem, uel puerilem, uel cyclium. Choro uictum ſuppeditabant, coronas aureas, ueſtes, ornamenta & inſignia promebant, magiſtros chori alebant, ad chorum in ludo erudiendum. Certabant inter ſe chori. Qui uictor eſſet iudicatus, eius choragus tripodem præmij loco ferebat, eumq́; magna cærimonia dedicabat. Choragi puerorum, curam habebant ludorũ literariorum, quò pueri uentitabant, annos ſupra XL. nati.*

GYMNASIARCHI *oleum ijs qui ſe palæſtra exercere uellent miniſtrarunt.*

EPVLONES *in ſacris, in communi ciuitatis lęticia, tribulibus ſuis epulum præbuerunt.*

TRIERARCHI, *armamenta triremibus & uictum remigibus dabant, farinam, cæpe & caſeum.* COLLATORES *autem pro ratione cenſus pecunias conferebant ijs qui pro patria in acie dimicarent.*

ΣΥΝΔΙΚΟΙ, *ad leges ſuadendas electi.*

ΡΗΤΟΡΕΣ *decem ſorte lecti, Solonis inſtituto, ut in Concione & Senatu cauſam publicam repoſcente defenderent. Mercedis loco, quotieſcunq; dixerunt, drachmam acceperũt. Συνήγοροι eò dicti, & merces ipſa συνηγορικόν.*

ΠΡΕΣΒΕΕΣ *Legati ad exteras gentes miſsi de bello, pace, fœderibus, populi iudicio lecti. Iudicio repetundarum obſtricti erant, niſi cum liberis mandatis miſsi eſſent, πρέσβεις αὐτοκράτορες idcirco dicti.*

ΚΗΡΥΞ *legatos antecedere ſolebat cum ſymbolo, quod illi κηρύκιον dixere. Sæpe tamẽ etiam ſolus mittebatur.*

Officia Militaria.

ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ, *Prætores decem, ex tribubus ſingulis ſinguli à populo in comitijs quotannis declarati, ſæpius etiam continuato honore refecti. Creati patrium iuſiurandum præſtabant, in quo illud erat inprimis, bis ſe quotannis in Megaridem inuaſuros (ob Anthemocritum præconem ab ijs necatum principio belli Peloponneſiaci.) Hi uniuerſo exercitui, (& claſsi etiam) imperarunt, ita tamen ut ſinguli ſingulorum dierum imperium obtinerent. Rationibus autem reddendis obnoxij erant, niſi αὐτοκράτορος nomen à populo eſſent conſecuti. Adiunxere his undecimum* POLEMARCHVM, *qui parium ſententiarum momenta ſuo ſuffragio tolleret. Progreſſu temporis mutata officia, ita ut Polemarchus domi ad ius inter ciues & peregrinos dicendũ retineretur, & Prætores decem non omnes ſemper ad bellum, ſed modò unus, modò plures, pro rei periculo, mitterentur: reliqui domi urbanis quibuſdam uacarent officijs, ad rem tamẽ militarem ſpectantibus. Sic Prætores duûm generum inſtituti, alij ἐπὶ τῆς διοικήσεως, qui domi manerent: alij ἐπὶ τῶν ὅπλων, qui armatis præeſſent foris, mutatis ſubinde uicibus. Munus illorum fuit exercitum conſcribere & dimittere.*

ΤΑΞΙΑΡ-

ΤΑΞΙΑΡΧΟΙ *deni itidem ex ſingulis tribubus, militares ordines inſtruebant, pedites in prælium mittebant, item & cibaria indicebant.*

HIPPARCHI *duo uniuerſo equitatui præerant. Prætorum tamen mandato & auctoritati ſubijciebantur.*

PHYLARCHI *deni ſingularum tribuũ equitatui præerant ſinguli, et Hipparchis parebãt. Equites conſtituendi & dimittendi ius habebant.*

TRIERARCHI *ſinguli ſingulis triremibus, atq; eius triremis remigibus imperabant. Prætoribus parebant, triremes omni genere armamentorũ remigumq́; ornabant & inſtruebant.*

QVÆSTORES *militares trierarchis attributi, qui pecuniæ rationes in commeatum & ſtipendia ſociorum naualium conficiebant.*

ΑΠΟΣΤΟΛΕΥΣ *claßis emittendæ curã habebat:* Επιμελητὴς τῶν νεωρίων, *eiuſdẽ ſubducendæ.*

ΕΞΕΤΑΣΤΑΙ τῶν ξένων, *Cõquiſitores peregrinorum: qui apud ſocios copiam peregrinorum, qui ferendis apti armis eſſent, conquirerent.*

ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ, *Inſpectores, ad eorum, quorum fidem ſuſpectam haberent, actiones ſpectandas explorandasq́; uoluntates mißi.*

MAGISTRATVS IN GENERE.

REGNI *ea fuit ratio, ut hæreditarium eſſet, primò ſub* Regis, *deinde ſub* Archòntis perpetui, *tandẽ etiã ſub* Archontis decennalis *poteſtate. In Areopago iudicabant* Areopagitæ, *in Palladio* Ephetæ CC. *Præerat Rex, uel Archon, aut eiuſdem amici delecti. Inter Magiſtratus connumerabantur* Polemarchus, *belli præfectus.* Colacretæ *itẽ, hoc eſt publicarum ſacrarũq́; pecuniarum cuſtodes ſiue Quæſtores.* Naucrari *ſingulis tribubus quatuor duodeni præerant, ſingulis curijs quaterni, qui tributa & impenſas ſuffragijs ſubijciebant.* Phylarchi *deniq; quatuor, ſingulis tribubus præfecti.*

DEMOCRATIA *ut duplex fuit, ita duplex eiuſdem ratio. In* Priore *populo uniuerſo concio & iudicia, at magiſtratus & ſacerdotia ſolis patricijs parebant. Pro uno archonte decennali nouem archontas annuos inſtituebant, ex cuncta ciuitatis nobilitate delectos, inter quos erant Rex, Archon, Polemarchus & Theſmothetæ ſex. Ab Archonte tempora & anni nominabantur, qui iccirco Eponymus dictus eſt. Solon archontum poteſtatẽ nimis amplam reſtrinxit, Areopagitarũ adauxit: populũ in quatuor claſſes ratione cenſus diſtinxit: locupletibus magiſtratus mandari uoluit, pauperibus conſilia de utilibus, & iudicia de iuſtis exercenda commiſit.*

Poſteriore *pulſis Piſiſtratidis per Cliſthenem tribuum auctus numerus, in easq́; ſerui & peregrini deſcripti: oſtraciſmus in excellentiores uirtute excogitatus, conſilio præuertendæ tyrannidis. Ariſtides magiſtratus infimæ etiam plebi communicauit, ut lege eiuſdem ex omni cenſu magiſtratus creari poſſent. tamẽ ut plurimum plebes infima eos tantùm ambijt, unde fructum utilitatemq́; perciperet: reliquos diuitibus reliquit. Pericles mercedẽ ad iudicandum & ad locos in theatris ludorum cauſa emendos eidem aßignauit. Itaq; poſt Medica trophæa inſolentißimus factus eſt populus. Themiſtocles cùm ad rei maritimæ ſtudium ciues totos cõuertiſſet, eaq́; ratione imperij Græciæ ueluti fundamenta iecisſet, Vrbi Piræeum portum iunxiſſet, populi uires aduerſus optimates, trãslata in urbem remigum naualisq́; turbæ multitudine, confirmauit.*

Modus. Cenſura.

MAGISTRATVVM *Athenienſium reſpectu electionis alij fuerunt*

Ordinarij: *ijq́; rurſus uel*

Χειροτονητοὶ, *ſiue* Editiτij, *quos populus uniuerſus legitimè cõuocatus à Theſmothetis, ſolenni die* ἀρχαιρεσίας, *in comitijs porrectione manuum conſtituebat: ut* Prætores, *&* Hipparchos, *& quoſuis alios, in quibus rerum uſus & exercitatio aliqua requirebatur.*

Κληρωτοὶ, *qui à toto populo in fanum Theſei per Theſmothetas conuocato Sortibus ductis creabantur.*

Extra ordinem, *quos ex Senatus populiq́; decreto tribus aut populi ex ſuo quiq; corpore prodiderunt:* αἱρετοὶ *dicti, Delecti, ut omnes operibus publicis perficiendis præfecti, murorum curatores, uiarum ſtratores.*

Antequam *magiſtratum inirent, rationem uitæ morumq́; in foro apud iudices reddebant, an impudicus, aut ærarius, quos Solon à magiſtratibus arcebat. Ea iudicij forma* Δοκιμασία *dicebatur. Item cùm magiſtratu abijſſent, rationem geſti magiſtratus apud Logiſtas referebant, quæ* εὔθυνα *uocabatur. Inſuper uerò in prima Prytaneæ concione magiſtratus parum probè ſe gerentes abrogabantur.*

Numerus.

Pleriq; *magiſtratus deni, pro ratione X. tribuum.*

Ornatus.

Inſigne *magiſtratus erat corona, uel ſtrophium album.*

SENATVS IN GENERE.

Quingentorum & Areopagitarum, duæ ueluti anchoræ concionis populi fluctuantis, à Solone inſtitutus Senatus.

SENATVS QVINGENTORVM

Lectio.

Ex *quatuor tribubus ſingulis centum Solon legit. Cliſthenes ad D. uſq; auxit, è ſingulis tribubus quinquaginta. Nomina eorũ, qui ambirẽt, æneis tabellis inſcripta in urnam conijciebant,* Πινάκιον *dictam, in alteram uerò fabas totidem, ex quibus L. albæ erant, reliquæ nigræ. Sortitione facta, cui alba contigiſſet, is ſenator erat. Inde decem Prytanes ſeu præfectos Senatus legebant, quorum ſinguli XXXV. diebus (quæ decima eſt anni pars. nam reliqui quatuor dies, qui annũ Atticum conſtituebant, magiſtratibus creandis erant dicati, in quibus urbs ſine magiſtratu erat) præeſſent, et quem ordinẽ ſors cuiq; tribui dediſſet, eum uel primũ uel medium uel poſtremum in gerenda Prytanea ſua ſeruaret. Legebantur inde Proëdri, qui à tribu Prytaneatum gerente ad Senatum, & rurſus à Senatu ad populum, ut ibi præſiderent, mittebantur, ex ſingulis reliquarum tribuum nouem ſenatoribus lecti. Epiſtatæ itidem his ſubſtituti, ut ſi primi fortè aut mortui aut reiecti eſſent, (uita illorũ parùm probata) ipſi extemplò ſuffici poſſent.*

Officium.

Officium.

Quingenti *decreta ad populum perferenda ipſi prius examinabant. Quod* προβούλευμα *dictum. Si quid populus ſciuiſſet, reſcindi poterat, niſi à Senatu prius fuiſſet præconſultum. Senatus ipſe poterat aliquid ſtatuere abſq; populo. ſed quod in annum tãtùm ualeret: ſin uerò à populo eſſet confirmatum, perpetuò ualebat.*

Introitus.

Primo *anni die, menſe Hecatombeone, in ſenatũ uenientes* ἀσιτήρια *dictum ſacrificium faciebant, & pro Rep. uota concipiebant.*

Adminiſtratio. Officium.

Prytanes *Senatus conuocandi poteſtatem habebant, ſingulis diebus. Audiebant Senatum aditutos, in loco qui Tholus dictus eſt, ubi quotidie uerſabantur. Epiſtatæ fortaßis officium fuit, totius collegij nomine ea quæ in Senatu diſcutiẽda forent proponere. Ea erant de bello faciẽdo, de parandis pecunijs, de tributis, de re nauali, de ſacris, de quotidianis negocijs, de* ἀδυνάτων *ſtipe, de mulctis eorum qui in ijs rebus, de quibus nullæ extant leges, deliquiſſent. Relatione facta, ſententiæ à ſingulis, & quidem ſurgentibus Senatoribus dicebantur. Dictis ſententijs decretum ſcribebatur uel à Prytane, uel etiã à Senatore quouis. Eo recitato, Prytanum aliquis de eo ſuffragium Senatoribus permittebat. quod illi dicebant* ἐπιψηφίζειν. *Suffragia eis erant fabæ albæ & nigræ: illæ ad iubendum, hæ ad uetandum. Id ſi Senatorum maior pars ſciuiſſet, pro rato habebatur, eiq; nomen & eius qui ſcripſerat, & eius tribus quæ tum Prytaneatum gerebat, affigebatur.*

Pœnæ, & Præmia.

Senatores *parum ſanctè ſe gerentes, è Senatu à reliquis dimouebantur, frondibus inſcriptis eorum nominibus. Quod* ἐκφυλλοφορῆσαι *dicunt.*

Senatus *præmium, ſi egregiè ſe geßiſſet, & inprimis ſi triremes nouas aliquas feciſſet, corona fuit, quàm à populo petere poterat. Sed & mercedis loco quãdã pecuniæ ſummã accipiebat.*

AREOPAGITARVM SENATVS.

Officium.

Hic *omnes Reip. partes quaſi ex alta ſpecula intuebatur, & de cauſis inſuper capitalibus grauioribus quærebat. In mores quinetiam ciuium animaduertebat, ſed iuuenum præcipuè. Sacerdotia itidem procurabat.*

Electio.

Numerus *Senatorum indefinitus fuit. In eum tãtùm legebatur, qui ex nouem archõtibus fuiſſet, & geſti ex ſententia magiſtratus rationem populo comprobaſſet.*

Functio.

Dignitas *erat perpetua.*

Nouem *archontes Areopagitis proponebant.*

CONCIO.

Qui.

Concio *totius populi conuentus, eorum ſcilicet qui in tabulis concionalibus ſcripti eſſent.*

Sed quinquagenarij tantùm ſuffragij ius habebant.

De quibus.

Agebant de magiſtratibus regendis uel abrogandis, de ſacris, de delationibus: de rebus publicis & priuatis liberè dicebant: præcones & legati audiebantur.

Vbi.

Locus ordinarius uel Forum, (unde ἀγορᾶς nomen traxit) uel Pnyce, locus antiqua ſimplicitate non in theatri magnificentiā ædificatus, à conſultorū aut ſubſelliorum denſitate dictus, uel Theatrum Dionyſij.

Quando.

Concionum aliæ Ordinariæ, ſtatis cuiuſq; prytaneæ diebus, nempe XI, XX, & XXX. cuiuſq; mēſis, de rebus certis, à Prytanibus tātùm habebātur, ἐκκλησίαι propriè: aliæ Extraordinariæ, κατεκκλησίαι & σύγκλητοι ἐκκλησίαι, ut res et occaſio obtulit, etiam à Prætoribus cogi poterant.

Functio.

Cogebant eam Prytanes ijdem qui Senatum.

Cogebatur populus in concionem, obſtructis interdum omnibus uijs quæ in forum non ferent: uenalibus item è foro remotis, & uelis tabernarijs laxatis, ne in ijs tempus tererent. Fune coccino tincto per forum extenſo miniſtri duo turbam cogebant: qui tincti erant, multam pendebant.

Πρόγραμμα præferebatur, ante quàm concio cogeretur, id eſt, res de qua agendū eſſet proſcribebatur, ut omnibus in concionem uenientibus pateret.

Proedri nouem ex reliquis tribubus ſingulis ſortibus lecti, res de quibus agendum erat proponebant. Epiſtatæ populo ſuffragium dabant.

Conſidebant in primis ſedilibus Prytanes, Proedri & Epiſtatæ. Concionis initium ab expiatione, mactato porculo in honorē Cereris, & ſanguine eius tinctis ſubſellijs. κάθαρμα & καθάρσιον uocabant. Vota inde nuncupabātur per præconē, bona ominatione precantem, ut populo de rebus à Dijs conſiliū traderetur. Cū uotis etiā execratio iūgebatur, in eum qui contra Remp. ſenſiſſet quicquā, dixiſſētue, ipſe cū genere domoq; ſua à dijs euerteretur. Sacris peractis, Proedri qua de re populus cōſuleretur proponebāt: de qua ſi Senatus præcōſultū extaret, rogabant an id ſatis eſſet, an ſuffragatio populi etiā eſſet adiungēda. quæ προχειροτονία dicebatur. Si hoc placuiſſet, præco Proedrorū iuſſu ciues omnes quinquagenario maiores ad dicēdā de Rep. ſententiā inuitabat, qui neq; in parētes impij, neq; deſertores, neq; impudici eſſent. Dictis ſentētijs, deinceps decretū ſcribebatur, populiq; ſuffragijs permittebatur, interrogante per præconem Epiſtata populū, & ad ſciſcendū aut antiquandū ſuo ſuffragio populum inuitante. Suffragiū fuit χειροτονία. Hæc ψηφίσματα dicta. Si populo in concione ſedente διοσημία, hoc eſt Iouis ſignū, intempeſtiua ſcilicet tempeſtas quædā cooriretur, concio ſoluebatur.

Præmia.

Merces à Cleone conſtituta ſingulis tres oboli.

IVDICIA FORENSIA.

Electio.

Iudices ſorte legebantur. Cùm literis quinq; fora notarentur, in aliam urnam nomina competitorum conijciebãtur. Lecti iureiurando adigebantur. In ſuum ſe quiſq; forum die præſcripto conferebat.

Qui.

Populo iudicia permiſit Solon in Foris iudicialibus, de ijs quæ cõtra legũ præſcriptum, aut in remp. aut in priuatum aliquem deſignata fuiſſent.

AREOPAGITÆ de cæde & uulnere de induſtria, de incendio, de ueneno, de parricidio, de proditione iudicabant: ter tantùm in menſe, legitimis diebus, quarto ſcilicet, tertio & ſecũdo abeuntibus, in campo Marcio, extra ordinem etiã in Regia porticu. Actionem intendebat accuſator apud Regem dictum: is acceptam litem ad Areopagum introducebat, atq; unà cum eo depoſita corona iudicabat. Antequam actionis fieret initium, accuſator & reus grauiſſ. iureiurando obſtringebãtur. Inde bis utriq; cauſam orare, reo uerò poſt primam dictionem ſolum etiam uertere permittebatur. Iudices, ſedentibus ijs in duobus ſcabellis argenteis, altero Contumeliæ, altero Impudentiæ, noctu & ſub dio ſummo ſilentio cauſas audiebant, adempta oratoribus commouendorum animorum omni per præconem facultate. Sententias ferebant non tam ex uerbis oratorum & teſtibus, quàm ex ſua ipſius, quam de facto præceepiſſent, conſcientia: & quidem occultis ſuffragijs, id eſt, calculis aut perforatis aut ſolidis, ab ara acceptis, & tacitè in ſitellam immiſſis, utebantur.

EPHETÆ de inconſulta cæde centum inſtituti primùm à Demophoonte, L. Athenienſes, totidẽq; Argiui. Draco uerò unũ et quinquaginta ex optimis eligi uoluit, qui L. an. exceſſiſſent, Athenienſes tantùm, ex qualibet tribu quinos, qui non tãtùm in Palladis, ſed etiam in Cereris foris, Prytaneo ſcilicet, Delphinio & Phreattio, de cæde iudicarent.

HELIASTÆ iudices quingenti in Heliæa foro omnium maximo, & ſi grauior res incideret mille & unus, itẽ mille quingenti conueniebant, quaſi è duobus tribúsue foris, triginta annis maiores, integræ famæ. Ita quoq;, numero licet diſpares, in Parabyſto, Trigono et Metychio.

De quibus.

ACTIONES Forenſes aliæ

PVBLICÆ, κατηγορίαι propriè dictæ, de criminibus publicis, in quibus actio cuique ciui conceſſa erat, cum eo tamen, ut ſi quintam ſuffragiorum partem non ferret, drachmas mille penderet, neq; ei in poſterum uel γράφεσθαι uel ἀπάγειν uel ἐφηγεῖσθαι liceret. Harũ rurſus Actionum publicarum alia dicebatur

1. Γραφὴ, cùm aut publicè, aut perinde atq; in publicis, quis alium iudicio perſequeretur. Crimina erant uaria: ut

Cædes Vulnus de induſtria. Incendium. Veneficium.

Βούλευσις, uel Inſidiæ mortis intentatæ: uel ſi quis contra ius ut ærarij debitor ab altero inſcriptus eſſet.

Sacrilegium, Impietas. Proditio, Pecunia ab hoſtibus accepta.

Εταίρησις, Impudicitia. φθορὰ, Corruptela, inſidiæ liberis pueris factæ. Adulterium, Αγάμιον, Neglectæ nuptiæ.

Ἀστρατεία, Neglecta militia, ſi miles conſcriptus in caſtra non ueniſſet. Λειποστράτιον, ſi exercitum deſeruiſſet. Λειποτάξιον, deſertus ordo, ſi pedeſtri militia relicta in equeſtrem ſe contuliſſet. Timiditas. Λειποναύτιον, Deſerta nauis. Ἀναυμάχιον, Neglecta pugna naualis. Abiectio ſcuti.

Ψευδεγγραφὴ, Falſa relatio, ſi falsò debitorem magiſtratui aliquem indicaſſet. Συκοφαντία, Calumniatio. Ψευδοκλητεία, Ementita citatio, ſi quis ſe alterũ in ius citaſſe ementiretur.

Δῶρα & δωροδοκία ſi quis ſe muneribus corrũpi paſſus eſſet. Δεκασμὸς, ſi quis muneribus iudicia corrupiſſet.

Ξενία, Peregrinitas, ſi quis natus ex ambobus parentibus peregrinis ſe pro ciue gereret. Δωροξενία, ſi de peregrinitate accuſatus, iudicia corrupiſſet donis.

Ὕβρις, Contumelia, ſi quis liberũ tanquam ſeruum aut uinxiſſet aut uerberaſſet.

Ἀγράφιον, Deletum nomen, ſi ærarij debitor antequàm ſatisfeciſſet nomẽ ſuum de publicis tabulis deleuiſſet. Ἄγραφον μέταλλον, Non profeſſum metallum, ſi quis nouum metallum aggreſſus, ne uigeſimam partem populo penderet, illud non profiteretur.

Ἀλόγιον, Non redditæ rationes rerum quas tractaſſet.

Παρανόμων, Violatæ legis, ſi decretũ ſcribẽs leges de ijs ferendis latas tranſgreſſus eſſet.

Δοκιμασία, Probatio magiſtratuum, an idonei ad imperandum: Oratorum, an impudici, an in parentes impij, an prodigi: Equitum, an ſatis culti.

Εὐθύνη, Repetundæ, aduerſus magiſtratus de pecunijs & delictis commiſsis, item aduerſus legatos, παραπρεσβεία.

Προβολὴ aduerſus eos qui malè erga populũ affecti eſſent, qui eum decepiſſent, qui ſycophantæ eſſent, qui in feſtis cõtumeliam aut iniuriam alteri feciſſent.

Ἀπογραφὴ. Cùm quis publici aliquid alterum retinere arguebat, oſtendens unde & quàm multas haberet pecunias.

Ἀπόφασις, Cùm alter alterius bona apprehendebat, eoq́; facto eum ad fortunarum & publici muneris permutationem inuitabat.

2. Φάσις, Detectio eorum qui in metallis aut emporijs exercendis deliquiſſent, aut qui uectigalia auertiſſent, omnes deniq; occultorum delictorum patefactiones.

3. Ἔνδειξις, Actio de delicto confeſſo, quod non iudicium, ſed pœnam deſideraret: item in eos qui ab aliquo ſiue loco ſiue actione legibus repellerentur.

3. Ἀπαγωγὴ, Cùm quis, quem abſentem ἐνδεικνύναι liceret, eum præſentem in ipſo furto deprehenſum abduceret. Is periculo mille drachmarum ſe obijciebat, niſi crimen probaſſet.

4. Ἐφήγησις, Cùm quis ad facinoroſi ædes, quem propter imbecillitatẽ abducere non audebat, magiſtratum ducebat.

5. Ἀνδρολήψιον, In eos qui confugientes ad ſe homicidas dedere recuſaſſent.

6. Εἰσαγγελία, Eorũ criminum, de quibus neq; magiſtratus, neq; leges latæ eſſent, qui-

bus

bus adduci in iudicium poſſent, ſed ad ſenatum aut populum primùm deferrentur. Et *hæc ſola actio ex prædictis, uel non damnato reo, mulctæ fuit expers.*

PRIVATÆ, Δίκαι *nomine generis dictæ, de criminib. priuatis, in quibus actio ei tantùm qui læſus eſſet dabatur.* Cuiuſmodi *ſunt*

Κακηγορία, Conuicium, *ſi quis in alterum non dicenda dixiſſet.* Mulcta D. *drachmæ.*

Αἰκία, Verberatio, *ubi quis prior manus iniurioſas alteri intuliſſet.* Βία, *Vis uel uirgini uel quibuſuis alijs illata.* παροινία, Ebrietas.

Βλάβη, Damnum, *ut ſi quis ueſtes uel coronam corrupiſſet.* Volens *duplum, inuitus ſimplum pendebat.*

Κάκωσις, Mala *tractatio, permiſſa fuit puellis hæredib. aduerſus maritos, parentib. aduerſus filios, & pupillis aduerſus tutores, cùm malè ab ijs habiti eſſent.*

Ἀποπομπή, *Repudium.*

Κλοπή, Furtum *qualecunq;.* Παρακαταθήκη, Depoſitum. Χρέος, Debitum.

Συμβόλαια, Commercia *uel inter priuatos mercatores, uel inter ciuitates de dando & accipiendo iure.*

Συνθῆκαι, Pacta *de locatione, uel mutuo, item de iudicij ratione, ut de re arbitro permittenda.*

εἰς δατητῶν αἵρεσιν, Diuiſorum *electio, in eos qui rem communem diuidere recuſarent.*

Μίσθωσις οἴκου, Domus *locatio.*

Σιτὸς, Victus *qui à maritis debebatur uxorib. poſtquam ab ijs diſceßiſſent aut dimiſſæ eſſent, nec dotem recepiſſent.*

Ἐνοίκιον, Inhabitatio, *de domo locata.* Καρποί, Fructus, *de agro locato: utraq; de fructu.* οὐσία, Proprietas, *de proprietatis iure.* ἐξούλη, Deiectio, *cùm quis poſſeßione cedere cogitur, de poſſeßionis iure.*

φορὰ ἀφανὴς, Exportatio *occulta, aut* μεθημερινή, Diurna.

βεβαίωσις, Præſtita *uenditio, ſi rem uenditam uenditor non præſtaret.*

εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν, Manifeſtatio, *ut ea, de quibus eſſet controuerſia, in apertum producerentur.*

ἐξαίρεσις, Vindicatio, *quam is qui in ſeruitutem aliquem abduxerat uindici intendebat.*

ἀποστάσιον, Violatum *patrocinium, concedebatur manumiſſorib. ſi manumißi à ſe defeciſſent, & alium patronum adoptaſſent, conuicti in ſeruitutem reuocabantur.*

ἀπροστάσιον, Neglectum *patrociniũ, aduerſus inquilinos, qui patronos ciues* Athenienſes *ex more non adoptaſſent.*

Ἐπιτροπή, Tutela.

Κλῆρος, Hæreditas. Actio ἐπιδικασία & διαδικασία *dicta.* Cuius *partes duæ:* ἀμφισβήτησις, *de hæreditate controuerſa, quia filius mortuo extaret uel genitus uel adoptatus:* παρακαταβολὴ *uerò, nullis extantib. liberis, uel propinquitatis uel teſtamenti iure agebatur: ſic dicta, quòd decimam partem bonorum deponere cogerentur, amiſſuri, niſi litem obtinuiſſent.* Eadem ἀντιγραφὴ *dicitur.* His *affines lites* Ἐπικλήρου, *puellæ pupillæ, fratris experte, quæ patrimonij hæres erat, non nothus filius.* Item ἐπιπροίκου, *quæ fratribus prædita hæreditatis partem loco dotis eſſet aſſecuta.*

Deniq; ἐπιδίκου, puellæ hæredis, de qua controuerſia eſſet, cùm eſſet in matrimonio collocanda.

Ψευδομαρτυρία, Falſum teſtimonium, in eos qui in iudicio aut falſum teſtem produxiſſent, aut falſum teſtimonium dixiſſent, aut alio falſi genere iudicem circũueniſſent, quæſtio inſtituebatur, ἐπίσκηψις dicta. Huic coniuncta κακοτεχνία, ultio eius qui teſtes falſos produceret. Λειπομαρτυρία, deſertum teſtimonium, ſi quis de re, cui gerendæ affuiſſet, ſe teſtimonium dicturum profeſſus fidem fefelliſſet.

Functio.

Reus *primùm citabatur per citatorem, ſeu κλητῆρα, (quæ πρόσκλησις dicitur.) Deinde conceptis uerbis actionem intentabat, intentionẽ in tabellam deſcriptam magiſtratus ipſius aut paredro aut ſcribæ dabat. Lite intenta iudex actorem diligẽter prius excutiebat, an litem uellet perſequi, teſteſue haberet, egeretne alicuius præſentia. Quæ ἀνάκρισις dicebatur. Aiente eo, actionem recipiebat, eamq; in forum introducebat.*

Introducta *in forum actione ſubſidia multa reo erant legib. comparata, quibus aut iudicium à ſe depelleret, aut in aliud tempus differret, aut eodem iudicij laqueo aduerſarium ſuum impeditum & conſtrictum teneret: nimirum Exceptio, Dilatio, Recriminatio, Mutua litis intẽtio.*

Quòd *ſi nullum horum remediorum tentaſſet, ſed recta uia iudicio occurriſſet (quod εὐθυδικίαν uocabant) iuſiurandum præſtare cogebatur actor, uera ſe crimina obiecturũ, quæ προωμοσία erat: uiciſſim reus, ſe non iniurioſè acturum, quæ ἀντωμοσία fuit. Pecunias item deponebant ante iudicium. Victus iudicio, pro utroq; perſoluebat. Qui de ſumma C. drachmarum uſq; ad mille contendebant, tres drachmas: qui de mille uſque ad X.M. triginta deponebant. Hæc Prytanea dicebatur. Diuerſa erat παράστασις, & παρακαταβολή, & ἐπωβελία.*

Teſtium *duo genera, oculati μαρτυρία præſtabant, auriti ἐκμαρτυρία. Si qui uiderat teſtimonium dicere renueret, mille drachmas pendebat.*

Hæc *omnia, quæ ad iudicium litemq; pertinebant, ante iudicium in tabulas literasq; referebantur, pacta, ſacramenta, in ius uocationes, teſtimonia, & ſimilia: eorumq; exempla, ἀντίγραφα dicta, in capſulam, ἐχῖνον uocatam, incluſa diligenter obſignabantur.*

His *peractis, utriq; litigatori hora ad dicendum ſtatuebatur, eaq; clepſydra notabatur. In tres partes dies diſtribuebatur, διαμεμετρημένη ἡμέρα iccirco dicta. Vna actori dabatur, altera reo, tertia iudicibus. Iuſſu archontis miniſter (ἐφύδωρ dictus) amphoram utriq; infundebat, tres choas poſteriori orationi.*

Perorata *cauſa, cùm nihil addendum reo uideretur, petebant ut iudices ſuffragia de ſe ferrent. Tum magiſtratus qui iudicio præſidebat ſuffragiũ iudicibus dabat. Suffragia primùm fuere marinæ conchæ, quas poſteà ex ære cõfectas σπονδύλους dixere: deinde fabæ albæ, aut ſolidæ in urnam ligneã (κύριον dictam) abſolutionis, nigræ aut perforatæ in urnam æream (ἄκυρον uocatam) condemnandi cauſa mitti ſolitæ. Lata ſuffragia à magiſtratu dinumerabantur. Nec plura tantùm, ſed & paria ſuffragia uim ad abſoluendum habuere. Si capite damnatus reus eſſet, XI uiris tradebatur, ut ſupplicium de eo ſumerent. Si pecunia mulctatus, apud Practores aut Quæſtores deæ inſcribebatur. Si inſcriptam ſoluere nequiſſet, in uinculis habitus, atq; infamia notatus, cùm ipſe à Rep. tractanda remouebatur, tum eandem filijs conditionem moriens relinquebat.*

IVDICIA ARBITRORVM.

Singulis *annis ex unaquaq; tribu* XLIV. *ſupra* LX. *annum nati legebantur. Et hi rurſus uel noua ſorte lecti, ſi litigatoribus placuïſſet, iniurati aut finem liti imponebant, aut ab ijs prouocatio ad iudices dabatur. uel* Compromiſſarij *dicti, à litigatoribus ex toto arbitrorum numero lecti, quib. ſe iuratus permittebat, nec ab eorum ſententia diſcedere fas erat.*

LITVRGIÆ.

Quicunque *in quatuor claßibus præter cæteros diuitijs abundarent, pro ſuperioribus magiſtratibus, qui ipſis potißimum patuere, opes ſuas ad* Reip. *tempora conferre debuere,* LITVRGI *ſiue* Præbitores *dicti, ut aut pacis ornamentis conſulerent,* χορηγοὶ γυμνασίαρχοι, ἑστιάτορες *ſiue* Epulones: *aut belli ſubſidijs inſeruirent,* τριήραρχοι & εἰσφέροντες, *id eſt, collatores. iiq; primi in ciuitate honores fuerunt.*

Decimooctauo *ætatis anno iuuenes nomen profitebantur, profeßi ad publicos honores uel inuiti adigebantur, ita quidem ut ſingulæ tribus aut populi ſingulos præbitores ederent: altero tamen anno duntaxat, ita ut dimidium tēporis uacationem haberent in choragijs, trierarchijs, epulationibus & gymnaſiarchijs: collationes uerò non niſi impendente aut urgente bello aliquo.*

Reliquorum *munerum immunitates dabantur à populo,* Trierarchiarum *uerò &* Collationum *ne* Harmodij *quidem &* Ariſtogitonis *poſteris.*

Ne *quis excuſatione tenuitatis* Liturgiarum *onus defugeret,* Solon ἀντίδοσιν *excógitauit, hoc eſt muneris & fortunarum cum altero permutationem.* Pòſt *placuit, ut tota ratione mutata,* MCC. *ex uniuerſis claßib. legerentur, qui cùm cæteros diuitijs antecellerent, ſoli etiam* Liturgias *obirent.* Singulæ *ſcilicet tribus* CXX. *ditißimos è ſuo corpore pendebant.* Hi *in duas partes diuiſi, duas ſexagenas conſtituebant in quaq; tribu, quas* Symmorias *appellabāt, quæ numero* XX. *erant in omnibus tribubus.* Rurſus MCC. *illos in duas partes,* DC *hominū ſingulas partiebantur: utramq; rurſus in denas. ſic erant quatuor* Symmoriæ. *ſingulæ* CCC. *hominum.* Inter *quas una erat trecentorum ditißimorum, qui ante alios conferebāt, & reliquos dicto audiētes habebant.* Singuli *autem triceni, qui erant quadripartiti, proprium rhetorem & prætorem habebant: ſed ita ut rhetores & prætores ſecundorum trecentorum cederent rhetorib. prætoribusq; primorum.* Cæterum *cùm* Trierarchiæ *propter ſumptuum magnitudinem multas inueherent mutationes, ita ut interdum tres, uel decem, uel plures uix unam triremem, per* συντελείας *ſiue contributiones inſtruere poſſent:* Demoſthenis *ſuaſu à* MCC. *ad* CCC. *ditißimos trierarchia deuoluta eſt, lege tamen* ἀντιδόσεως *integra, ut ſi quis trecentorum alium ſe opulentiorem edere poſſet, illum ſuo loco inter* CCC. *referret, non repugnantem: inficientem uerò ad commutanda ſecum bona compelleret.*

MILITIA ATHENIENSIS.

IN *concione haſta & ſcuto à populo acceptis, in fano* Agrauli *militari ſacramento adſtringebantur iuuenes ſeſe* Reip. *militaturos per an* XLII. *qui anni ab* Archonte *eponymo ſinguli nomen accipiebant, uti etiam ſtipendia ipſa militum.* Proinde Solon, *cùm* Piſiſtratus *tyrannidem inuaſiſſet, haſtam & ſcutum in foro abiecit, functum ſe ſuo munere, dum per ætatem liceret, innuens, nunc iunioribus ſeſe locum dare.*

PRIMA

PRIMA *militia Tyronum fuit, qui* XIIX. *anno ætatis in lexiarchicas relati tabulas, ſcuto & haſta in concione populi acceptis, terræ* Atticæ *cuſtodiam per biennium obibant, à luſtranda regione icc irco* ΠΕΡΙΠΟΛΟΙ *dicti.*

MILITIA *pedeſtris* τῶν ὁπλιτῶν, *id eſt,* Armatorum, *qui ſuo ſumptu omnia imperatæ militiæ munera obibant, ſecundùm* Solonem: *qui non paréret, ius dicendæ ſententiæ in concione non haberet.* Pericles *primus de militum ſtipendio tulit.* Cōſcribebatur exercitus ἐκ τοῦ καταλόγου, *ex ijs tabulis, in quibus per tribus ciuium omniū nomina ſcripta erant: adeoq; tributim armabantur & pugnabant.*

EQVESTRIS *militia olim perexigua, ita ut* Naucrariæ *ſingulæ (quæ numero erant* 48.) *binos tantùm equites præberent.* Victo *demū* Xerxe, CCC. *primùm equites, totidemq; ſagittarios inſtituerunt: pòſt ad* MCC. *auxerunt.* Equitibus *his ſtipendium ex ærario ad emēdum ornandumq; equum aßignabant,* καταστάσιον *dictum, quod poſtquam equites eſſe deſijſſent, phylarchis repetentibus reddebant.* Nemo autem mereri equo poterat, *niſi* δοκιμασίᾳ *antè excuſſus.*

NAVALIS *militia tenuis olim, ita ut uix ſingulæ naucrariæ ſingulas triremes exhiberent.* Themiſtocle *primùm auctore uectigalia metallorum* Lauriorum *in claſſem centum triremium collata, quòd* Darium *minimè quieturum præuideret.* Xerxe *poſt ad* Salaminem *ea claſſe ſuperato, qua uictoria uniuerſæ* Græciæ *ſalutem & libertatē attulit, ſuaſit uti ad præſentem claſſem* XX. *quotannis triremes adijcerentur, & triplex* Piræei *portus, ante* Xerxis *aduentum ſe archonte inſtitutus, abſolueretur.* Ea *ratione factum, ut* Lycurgus *tandem,* Demoſthenis *æqualis, rei militaris apparādæ præfectus,* CCCC. *nauiū claſſem expleret.* Naualem *turbam, ut ſpe præmiorum undiq; confluerent, immunitate donandam curauit.* Pericles *ſtipendia quinetiam aßignauit, ut qui naues conſcendiſſent, per octo menſium ſpacium ſtipendium ferrent, ternorum in dies ſingulos obolorū.* Nautæ *ex populis per demarchos edebātur.*

OECONOMIA ATHENIENSIS.

CONIVGII *quæ ratio.* Mariti *in uxorem quæ poteſtas.* Licuiſſe *ad frequentandam ciuibus urbem, poſt* Peloponneſiacum *bellum, quo uehementer exhauſta fuit, plures uxores ducere,* Socratis *philoſophi docet hiſtoria, qui binas eodem tempore habuiſſe fertur,* Myrtò Ariſtidis *F. & famoſam illam* Xanthippen. *Spurij deteriore conditione legitimis, ita ut ne* Gymnaſiis *quidem ijſdem uterentur, in* Cynoſarge *extra urbem exercebantur.* Themiſtocles *ad tegendum dedecus natalium auctor fuit reliquæ iuuentuti promiſcuè etiam* Cynoſarge *utendi.*

PATRIVM *ius in* Liberos *quod.* Quæ Hereditatum *ratio.*

DOMINORVM *in ſeruos poteſtas quæ: quæ uiciſſim obſeruantia.* Seruorum *acquiſitio, inſtitutio, officia.*

AGER

Ager Atticus *Reliquus*.

CAP. XXX.

CURIÆ paruæ Atticæ, quæ paſsim, uti ſors, incoluntur.
Halimuſij *habent Cereris legiferæ & Proſerpinæ fanum.*
Zoſter, (*quòd Latona, cùm non longè pariundi tempus abeſſet, zonam ibi ſoluerit, etſi non peperit*) *templa habet*
Mineruæ.
Apollinis. Dianæ. Latonæ.
Proſpaltij *Ædem Cereris & Proſerpinæ.*
Anagyraſij *delubrum matris Deûm.*
Cephalenſes *Caſtoras colunt, ſub Magnorum Deorum appellatione.*
Praſienſes *habent*
Apollinis templum, quò Hyperborei primitias ſuas mittunt, inde in Delum transportandas.
Erichthonis monumentum.
Lamprenſes *oſtendunt*
Cranai regis ab Amphyctione genero pulſi & cæſi cum copijs, monumentum.
Potamus. *Ionis Xuthi F. ducis contra Eleuſinios monumentum.*
Phlyenſes *habent aras*
Apollinis *Dionyſodoti.* Dianæ *Luciferæ.*
Bacchi *Floridi.* Nympharum *Iſmenidum.*
Telluris, *quam Magnam deam uocant.*
Myrrhinuſijs *eſt*
Templum. In eo aræ
Cereris *Aneſidoræ.* Iouis *Cteſij.*
Mineruæ *Tithones.* Proſerpinæ *primigeniæ.*
Dearum *Seuerarum.*
Colænidis Dianæ ſignum, à Colæno qui ante Cecropem regnauit.
Athmonenſes *Dianam Amaryſiam colunt.*
Acharnæi *uenerantur*
Apollinem *Agyæum.* Herculem.
Mineruæ *Soſpitæ aram.*
Equeſtrem *Mineruam.* Bacchum *Canentem.* Bacchum *Hedereum, quòd ibi primùm hederæ planta uiſa ſit.*
Marathon *curia pari ſpacio ab Athenis & Caryſto Eubœæ oppido diſtat. Spectanda ibi*
Campus *celebris*
Prælio Athenienſium contra Perſas, quos Herodas uocant.
Tumulo Athenienſium, qui in pugna illa ceciderint.
Miltiadis Cimonis F. ducis ſepulcro.

Nocturnis ſpectris.
Aræ ſacræ
Marathoni.
Herculi.
Fons Macaria, à Macaria Herculis filia, quæ mortem ſibi conſciuit, ut penes Theſeum, Herculis liberos contra Euryſtheum defendentem, uictoria ex oraculo eſſet.
Lacus cœnoſus, in quo Perſæ fugientes plurimi periere.
Præſepia Artaphernis equorum, & in ſaxo tabernaculi ueſtigia.
Amnis è lacu effluens: ad cuius caput aquæ pecori aptiſsimæ: inferiores ſalſæ, & marinis piſcibus refertiſsimæ.
Brauron non multum à Marathone diſtat, quò Iphigenia cum Diana Taurica primùm appulit, eaq; ibi relicta Argos uenit. Eſt ibi uetus Dianæ ſignum.

MONTES ATTICI.

In MEDITERRANEIS
Pentelicus lapicidinis nobilis. Habet Mineruæ ſignum.
Parnes, apris & urſis abundans. Ibi
Iuppiter Parnethius ex ære.
Ara Iouis Semelei. Item altera Iouis Pluuij uel Innoxij.
Hymettus apum paſtionibus celeberrimus. Sunt ibi
Iouis Hymettij ſignum.
Iouis Pluuij & Apollinis Præſagi aræ.
Anchesmus paruus. In eo ſignum Iouis Ancheſmij.
Prope Marathonem mons eſt, & in eo ſpecus, aditu anguſto. Intus uerò
Cellæ. Lauacra caprarum.
Stabulum Panos, cum ſaxis, caprarum propemodum formam referentibus.
LITORALIA Cycladas & Ægeum mare ſpectantia exhibent
Sunium promontorium cum Mineruæ Suniadis templo.
Coliadem promontorium. Illic
Fragmenta Perſarum deletæ claſsis eò per æſtum deletis.
Fana
Veneris Coliadis.
Dearum Genetyllidum, quæ Phocenſibus Gennaidæ dicuntur.
Laurium metallis nobile.

OPPIDA ATTICA.

RHAMNVS in litore progreſsis, LX. ſtadia à Marathone. Ibi Nemeſis fanum eſt. Signum Phidias fecit ex Pario marmore, illuc deuecto à Perſis, trophæum ante uictoriam parantibus. In capite corona cum ceruis et Victoriæ ſigillis. Læua fraxini ramum, dextra phialam tenet.
OROPVS urbs. Habet
Templum Amphiarai, & ſignum è candido lapide. In quo per noctem oracula per ſomnia captant.

Aram

Aram *eiuſdem, in quinq; partes diſtributam, uarijs dijs.*

Fontem *templo proximum, in quem qui morbo oraculi monitu leuati fuerint, aurum ar gentúmue ſignatum inijciunt.*

AMPHIARAI *templum* XII. *ſtadijs ab* Oropo. *Illic* Thebis *fugiens cum curru terræ hiatu abſorptus eſt.*

INSVLÆ ATTICÆ non longè à litore.

PATROCLI *deſerta, à* Patroclo, *præfecto* Ptolemæi Lagi, *ualle & muro munita, cùm A thenienſib. contra* Antigonum Macedoniæ *regem opem ferret* Olymp. 129. *an. tertio.*

HELENÆ, *ſupra* Sunium. *Ad quam poſt* Ilij *euerſionem* Helena *appulit.*

SALAMIS. *In ea*

Vrbs *ad* Athenienſibus *ob perfidiam, bello contra* Caſſandrum, *deleta. Superſunt*

Fori ruinæ.

Aiacis templum cum ſtatua ex ebeno.

Saxum non longè à portu, in quo Telamon *conſedit, cùm nauem, qua filij* Aulidem *ad* Græcorum *claſſem delati ſunt, oculis proſequeretur.*

Flos *illic primùm enatus fertur poſt mortem* Aiacis, *lilio minor, ijſdem quibus hyacinthus inſcriptus literis.*

Dianæ *templum.*

Trophæum *uictoriæ* Themiſtoclis *contra* Perſas.

Templum Cychrei *herois, qui commiſſo contra* Perſas *prælio inter naues ſub ſerpentis forma apparuit.*

PSYTTALIA, *ante* Salaminem. *In quam cum* CD Perſæ *deſcendiſſent, deleta* Xerxis *claſſe ad unum cæſi.* Panos *ſigna habet rudia.*

ELEVSINIVS AGER uerſus Atticam.

VIA *Sacra, quæ* Athenis Eleuſinem *ducit, cis* Cephiſum, *hæc occurrunt:*

Anthemocriti *fæcialis* Athenienſiũ *monumentũ, à* Megarẽſib. *cõtra ius gẽtium occiſi.*

Moloſsi *ducis* Athenienſium *in* Eubœam *tumulus.*

Vicus Scirus, *à* Sciro *uate* Eleuſiniorum *contra* Erectheum.

Cephiſidori *monumentum, qui, à* Romanis *impetratis auxilijs,* Perſei Macedonis *opes fregit.*

Heliodori Alienſis *ſepulcrum.*

Themiſtoclis, *pronepotis magni illius, monumentum.*

Lucus Lacij Herois.

Curia Lacidarum.

Nicoclis Tarentini *citharœdi monumentum.*

Ara Zephyri.

Cereris & Proſerpinæ *templa.*

Phytali *ſepulcrum, qui* Cererem *hoſpitio accepit, donatus ab ea fici ſtirpe, teſte inſcriptione ſepulcri.*

Theodori *tragici inſignis monumentum.*

Mneſimaches & Pueri *ſimulacra,* Cephiſſo *crinem ſuum detondentis, prope flumen:*

VIA *ſacra trans* Cephiſum. *In ea ſpectantur*

Iouis *Meilichij uetus ara, ubi Theſeus à cæde Sinis latronis ab auo materno propinqui purgatus dicitur.*

Theodectis *Phaſelitis tragici, & Mneſithei medici ſepulcra.*

Cyamitæ *herois templum, fabarum inuentoris.*

Pythionices *meretricis monumentum pulcerrimum ab* Harpalo *excitatum.*

Apollinis *fanum, à Cephali poſteris ædificatum, cùm ex oraculo prope Pœcilium montem currentem triremem offendiſſent, hoc eſt, draconem celebri ſe lapſu in latebras demittentem.*

Veneris *ædes.*

Aluei *Rheti dicti, ſalſi, fluminis curſu ſimiles, Cereri & Proſerpinæ ſacri, quorum piſces à ſolis ſacerdotibus capiuntur, qui fines ſunt agri Eleuſinij & Attici.*

Trans *Rhetos* CROCONIS *locus,* Regia *dictus.*

Hippothoontis *monumentum heroicum, à quo tribus nomen habet.*

Zarecis *monumentum, qui Muſicam ab Apolline didicit.*

Caprifici *nomine dictus locus, ubi Pluto rapta Proſerpina deſcendiſſe fertur.*

Ad *hunc Cephiſi alueum, maximè concitato curſu delatum, Theſeus latronem Procruſtem occidit.*

ELEVSINE.

VRBS *ab heroe Eleuſine nomen habet. Cõmiſſa inter Eleuſinios & Athenienſes pugna, Eleuſinij ſe ſuaq́; omnia in poteſtatem Athenienſium tradidere: Initia tamen ipſi retinuere.*

Ædes *ibi ſpectantur*

Triptolemi.

Dianæ propyleæ.

Neptuni patris.

Puteus *Callichorus, ubi primum chorum Eleuſiniorum fœminæ in honorem Cereris inſtituerunt.*

Rharij *campi, frugum primis ſeminibus iactis celebres. Memoriæ cauſa ordeum ex eo ipſo tantùm ſolo demeſſum in omnibus ſacris ad molas & liba adhibent.*

Area *Triptolemi, cum ara.*

ELEVSINIVS AGER uerſus Bœotos & Megarenſes.

VIA *Eleuſine in Bœotiam ſpectandi*

Eleutherenſes *campi, cum Liberi patris ſigno.*

Specus & *Fons aquæ frigidæ. In eo Antiopem narrant geminos expoſuiſſe, paſtorem eoſdem aqua lauiſſe.*

Eleutherorum *muri & ædium ruinæ.*

VIA *Eleuſine Megaram euntibus, occurrit*

Puteus *Floridus, ſupra quem Ceres anus ſpecie aſſumpta conſedit, eiq́; Meganiras tanquam Argiuæ filium educandum dedit.*

Meganiræ *ſacellum.*

Tumuli

Tumuli *Argiuorum qui ad Thebas cecidere, Theſeo Adraſtum in regnum reducente.*

Alopes *mon. à patre Cercyone interfectæ, quòd eo loci Neptuno* Hippothoontē *peperiſſet.*

Cercyonis *palæſtra, ubi omnes lucta ſuperatos occidit, à Theſeo tandem ſuperatus.*

MEGARA ELEVSINI FINITIMA.

MEGARA *olim Athenienſibus paruêre. Cæterùm ubi Ægeo natu maximo regno Athenienſiū ceſſit Niſus, ipſi Megara obtigerunt. Regnante Codro Peloponneſij ea Athenienſibus ademere. Hinc Megarenſes ex Atticis Dorienſes facti. Nomen habuere uel à templo Cereris primùm apud ſe erecto, uel à Megareo Neptuni filio, qui Niſo uenit in auxilium contra Minoē, ibiq; ſepultus eſt, cùm primùm Niſa uocaretur.*

Theagenis *tyranni aquæductus præclarus, aquam Sithnidum nympharum deducens.*

Ædes *uetus. In qua ſpectantur*

- *Imagines Rom. Impp.*
- *Dianæ Soſpitæ ſignum ex ære, Strongylionis opus, quòd illic Perſæ Mardonium ſecuti per noctis tenebras ſagittas omnes inani ſpecie hoſtilis agminis diuinitus obiecta profudiſſent, & luce facta inermes à Megarenſibus oppreßi eſſent.*
- XII. *Dij, Praxitelis opus.*

Lucus *Iouis Olympici, cum templo inſigni. In eo*

- *Iouis ſignum, ob Peloponneſiacum bellum non expolitum. Os auro & ebore, reliquū corpus è gypſo & fictili materia, Theocoſmi Megarenſis opus, Phidia adiuuante. In Iouis capite Parcæ & Horæ inſiſtunt.*
- *Triremis æneum roſtrum, bello Salaminio de Athenienſibus captæ.*

CARIA *arx, à Care Phoronei F. dicta. In ea ſunt*

- *Bacchi Nyctelij ædes.*
- *Veneris Epiſtrophiæ ſacellum.*
- *Noctis oraculum.*
- *Iouis Pulverei delubrum, ſine tecto.*
- *Æſculapij & Hygeæ ſigna, Bryaxis opus.*
- *Cereris templum nobile, Megaron dictum, à Care ædificatum.*

AB *arce deſcendendo ad Septentriones occurrit*

- Alcmenæ *monumentum, ibi ex oraculo conditæ.*
- Olympij *Iouis ædes.*
- Rhûs *uicus, in quem ex imminentibus oppido montibus aqua defluebat, aliò deriuata à Theagene tyranno.*
- Hylli *Herculis F. monumentum.*
- Iſidis *ædes.*
- Apollinis *Agrei & Dianæ Agrotheræ ædes, ab Alcathoo Pelopis F. dedicata, occiſo leone Cytheronio.*
- Hippolytæ *reginæ monumentum ibi præ animi mœrore mortuæ, uictis Amazonibus ab Athenienſibus.*
- Terei *ſepulcrum, qui ſibi Megaris manum intulit. Sacrū ei faciunt annuum, calculis pro farre utentes. Vpupa ibi primùm uiſa.*

ALCATHOI *arx altera* Megarenſium. *Aſcendendo*

Megarei *monumentum occurrit, qui* Cretico *bello ab* Onchesto *ijs ſubſidio uenit.*

Deorum Prodomeon, *id eſt,* Præſtructorum *focus, quibus rem diuinam fecit* Alcathous, *murorum fundamenta iacturus.*

Lapis *iuxta focum, ad quem citharam depoſuit* Apollo, *muros facienti* Alcathoo *operã nauaturus.* Percuſſus *lapide, reddit ſonum quem fides ſolent.*

Mineruæ *templum cum ſigno inaurato:os, manus, pedes, ex ebore.*

Mineruæ Victoriæ *ædes.*

Mineruæ Æantidis, *ab* Aiace Alcathoi F. *dedicata ædes.*

Apollinis *ædes priſca laterculis extructa, ab* Hadriano Imp. *candido lapide reſtituta.*

Cereris Legiferæ *templum.*

Callipolidis *mon. ob turbata in ara ligna, cùm de fratre ab apro* Calydonio *interemto nuncium patri* Alcathoo *attuliſſet, ſtipite capiti impacto interfecti.*

IN *uia ad* Prytaneum *ſpectatur*

Inûs mon. lapidum maceria cinctum, & ſponte natis oleis conueſtitum. Ei annua ſacra faciunt.

Iphigeniæ heroicum mon.

Adraſti mon. ex ſenio mortui.

Dianæ templum, ab Agamemnone *ædificatum, cùm* Calchantem Megaris *ad expeditionem* Troianam *ſecum ducere uellet.*

IN *Prytaneo uiſuntur*

Menippi Megarei F. *mon.*

Echepolidis Alcathoi F. *mon.*

Anaclethra *ſaxum, ubi* Ceres *poſt longos errores filiam euocauit. Annuatim ſacra ibi faciunt fœminæ.*

MONVMENTA *intra urbem hæc ſunt:*

Æſymnium, *multorum heroum commune, ab* Æſymno *conditum, cùm cæſo* Hyperione Agamemnonis F. *ob tyrannidem, in libertatem ſeſe uindicaſſent, & ex oraculo* Plurium *conſilio uti iuſsi eſſent. Vnà cum curia,*

Alcathoi *heroum.*

Pyrgûs Alcathoi *uxoris mon.*

Iphinoës Alcathoi F. *uirginis.* Cui *puellæ ante nuptias mittunt inferias, crinisq; primitias detondent.*

Aſtycrateæ & Mantûs *ſepulcrum,* Polyidi *filiarum.*

LIBERI *templum,* Dionyſion, *à* Polyide *dedicatum, cùm* Alcathoum *à cæde filij luſtrauit. Simulacrum totum præter os occultatur.*

VENERIS *delubrum.* In *eo ſigna ſunt*

Veneris *uetuſtiſsimum,* Praxidis *dictæ.*

Pithûs *deæ, & deæ* Paregoræ, *id eſt, conſolatricis,* Praxitelis *opera.*

Scoparum, Amoris, Appetitus, Cupidinis.

FORTVNÆ *ædes,* Signum *Deæ,* Praxitelis.

DELV-

DELVBRVM Muſarum. Lyſippus Muſas & Iouem fecit.
CORÆBI ſepulcrum, cum inſcriptione & belluæ confectione.
ORSIPPI mon. qui delapſo ſubligaculo, primus Olympiæ uicit nudus. Eius exemplum ſecuti deinceps cæteri ſubligacula abiecerunt.
E' FORO ſi redeas in uiam occurrit
Apollinis Præſtitis ædes. Signa ibi Apollinis, Dianæ & Latonæ, Praxitelis.
AD portam Nymphada, in ueteri gymnaſio lapis eſt Apollinis, Carini, pyramidis forma.
LVCINÆ ædes.
NISAEA, nauale dicitur. Ibi
Cereris Ouiferæ templum, à primis opilionibus dictum.
ARX Niſæa. In cuius imo cliuo ad maritimam oppidi partem Lelegis mon.
MARE MEGARICVM.
INSVLA non magna Niſeæ uicina, quo Creticam claſſem appulit Minos, bellum Niſo inferens.

MEGARICVS AGER.

In Montanis, PAGAE oppidum. Via militari occurrit
Saxum, ſagittis confixum à Perſis noctu, diuino errore agitatis.
Dianæ Soſpitæ ſignum æneum, Megarenſi par. Aegialei Adraſti F. mon.
Item ÆGISTHENAE oppidum. Ibi
Melampodis templum eſt, cui ſacra faciunt.
Auſonoës Cadmi filiæ mœrore confectæ mon.
VIA Megaris Corinthum uiſuntur
Terlephanis Samij tibicinis mon. à Cleopatra Philippi Macedonis filia extructum.
Caris Phoronei F. mon. conchite lapide ex oraculo exornatum, qui apud ſolos Megarenſes inſigni candore & mollitie cæditur: marinæ in eo conchæ uidentur.
VIA Sciron dicta, à Scirone latrone primùm munita, ut expeditis hominibus æqua eſſet: ab Adriano Imp. dilatata, ut per eam duo obuij currus agi queant.
Saxa in uiæ anguſtijs. Moluris petra, unde ſeſe in mare præcipitauit Ino cum Melicerta, Leucotheæ iccirco & Palæmoni conſecrata.
Saxa Infamia dicta, Moluridi adiacent: unde Sciron hoſpites deijcere ſolebat, à marina teſtudine conficiendos. A' Theſeo eodem loci præcipitatus.
In montis iugo Iouis Apheſij fanum, (quòd Aeaco, Aeginæ Ioui Panellenio ob ſiccitatẽ ſacra faciente, calamitas fuerit remota) cum Veneris, Apollonis & Panos ſignis.
Euryſthei mon. ibi ab Iolao occiſi.
Apollinis Latoi ædes, ad fines Megarenſium & Corinthiorum, ad quos Hyllus Herculis F. cum Echemone Arcade ſingulari certamine congreſſus eſt.

METHODI

METHODI APODEMICAE LIB. IIII.

DE PARTICVLARIVM quorundam Obſeruatione.

HACTENVS in Vniuerſali Locorum ſimul & Locatorum à Peregrinante obſeruandorum conſideratione ſumus uerſati. Corollarij loco ueluti ſemina Particularis theoriæ iaciamus, quæ exercitatione & experientia aliorum in iuſtum aliquando uolumen, non tam mole quàm utilitate ſua metiendum, excreſcere queant. Et Particularis quidem Rei ſpecimen, Loci primùm in Gymnaſij deſcriptione, Locati deinceps in Statua Coleonij exhibeatur: Actionis uerò Particularis in Arte typographica, cui literati omnes omnia & ea quidem ſumma debent.

LOCI *Particularis, utputa* GYMNASII *Obſeruatio.* CAP. I.

ETSI Partis minimæ eadem planè quæ maximæ obſeruationis capita eſſe debent, & proinde Nomen Gymnaſij primùm: deinde Materia cum Hominibus, Locis atq; Locatis: tertiò Forma, & ſub ea Situs, Ambitus, Figura, Diſpoſitio tum naturalis, tum artificioſa, & Oeconomia qualiſcũq;: ſubinde Efficiens Conditor, Ampliator, Poſſeſſor: mox Finis: tandem Motus Actiui ſimul & Paſsiui perpendi deberent: ne tamen nimia diligentia κακιζότεχνοι euadamus, Materiali partium enumeratione, earundemq; Formali diſpoſitione in præſens contenti, cætera ex limpidiſsimis fontibus, quos Hier. Mercurialis, ἰητρὸς εὐσχημονέστατος, Patauinæ ſcholæ Anteceſſor, in præclaris illis de arte Gymnaſtica libris reſerauit, hiſtoricę medicæq; rei ſtudioſis petenda relinquemus.

GYMNA-

GYMNASII DISPOSITIO.

GYMNASII ad quatuor mundi plagas directè poſiti, quadrati, ſed poſtremis angulis ad ſtadij theatrum effigiandum obtuſis, in oblongum ueluti hemicyclum extenti, Partes præcipuæ, ordine ſe mutuo conſequentes hæ ſunt:

I. AMBITVS, *hoc eſt, Via intra Gymnaſij muros, circumquaq; libera, per* Orientalem *portam ingreſſo ſeſe offert primùm. In eo uerſus*

Meridiem

Rectà progredienti ad

Læuam, Porticus *prima cum* Columnis.

Dextram, Palæſtræ *parietes.*

Declinanti ad Occaſum

Siniſtra, Porticus *cum columnis.*

Media, Xyſtus *dictus,* Simplex, *porticus ſtadiata, ad* Stadium *propè excurrens, margines habẽs denûm pedum ſingulos, uerſum parietes* Palæſtræ *&* Columnas, *in medio excauata, uti gradus bini ſint in deſcenſu ſeſquipedali.*

Dextra Palæſtræ *parietes & ianuæ* Cellarum: *inde etiam parietes* Platanonis.

Septentrionem

Rectà progredienti ad

Dextram, Porticus *prima cum* Columnis.

Siniſtram, parietes Palæſtræ.

Declinanti ad Occaſum

Siniſtra, Palæſtræ *parietes & ianuæ cellarum, inde etiam* Platanones.

Dextra porticus ſecunda extra Palæſtram Duplex, *latitudine ampliſſ. & ſtadiata, ad* Stadium *uſq; protenſa.*

II. PALAESTRA, *exercitijs & balneis deſtinatus locus multiplex, à præcipuo exercitij genere nomen habens, quòd ibi ſeſe lucta & pugillatu potiſſimùm exercerent. Rectà ab* Orientali *porta ingredienti offert ſeſe*

Spacium *ſiue area media, uel quadrata uel oblonga,* Periſtylium *à columnarum ambitu dictum, ad ſubminiſtrandam cellis & porticibus lucem, & ad deambulandum, aliáſue actiones obeundas, quæ nec in* Palæſtra, *nec in alto puluere, nec in porticibus aut uijs fieri commodè poterant.*

Latus *aliud*

Orientale. Quod habet

Siniſtra

Porticus ſimplices, ijsq;

Exedras adiunctas.

Dextra

Porticus ſimplices.

Exedras.

Frigidam lauationem in uerſura porticus ad latus Septentrionale.

Meridionale habet
- *Anterius,* Porticus *ſimplices.*
- *Medias* Exedras.
- *Poſterius* Habitationes *&* Cellas *miniſtrorum & inſtrumentorum uariorum.*

Septentrionale,ut Meridionale,*habet*
- *Anterius* Porticus *duplices.*
- *Media loca exercitijs & balneis deſtinata, nempe*
  - Coniſterium
  - Ephebæum.
  - Elæotheſium.
  - Frigidarium.
  - Propnigeum. Indeq;
    - Laconicum,*ſiniſtra.*
    - Sudatio concamerata,*media.*
    - Lauatio calida,*dextra.*
- *Poſterius deniq;* Habitationes *&* Cellas *miniſtrorum,armorum,uaſorum.*

III. PLATANONES,*Platanetæ,* Nemora,*iuſtis ſpacijs ad deambulandum conſitis arboribus,ibiq; ex opere ſignino ſtationibus deſignatis,inter duas porticus,* Xyſtum *meridionalem, &* Duplicem *ſeptentrionalem media,habent ad*
- Orientem,Palæſtram.
- Occidentem,Stadium.
- Meridiem,Xyſtum.
- Septentrionem,Porticum duplicem.

IV. STADIVM, *extrema Gymnaſij pars, poſt* Xyſtum *&* Platanonem*, ita figuratum, ut poßint hominum copiæ cum laxamento athletas certantes ſpectare.*

GYMNASII

GYMNASII PARTES.

- **GYMNASII partes aliæ**
  - **Cõmunes** *omni generi hominum. Loca alia*
    - **Aperta** *tum*
      - **Viæ** *inter*
        - Ædificia *&* *porticus*. VIAE *interius totum gymnaſium ambiebant, inter porticus etiam lucem præbebãt. Inter eas maximè inſignes* Xyſta *dicta* Latinis, Græcis *περιδρόμιδες & περίπατοι, hypæthræ ſcilicet ambulationes, in quas per hyemem athletæ è* Xyſto *ſereno cœlo prodeuntes exercebantur: in iiſdem quoq; curſus fiebat, unde diaulo & dolicho nomen*. Ab *iiſdem* Peripatetici *philoſophi dicti, quòd primus in* Lycei *peripato* Ariſtoteles *cum paucis philoſophari cœperit*.
        - Arbores. PLATANETVM. Vnde *illud*, Atq; *inter ſyluas* Academi *quærere uerum*.
      - Spacium *medium* Periſtylij *in* Palæſtra.
    - **Tecta.** PORTICVS *aliæ*
      - Simplices *pleræq;, ſimplicem columnarum ordinem habentes*.
      - Duplices. *Septentrionalis ſcilicet, ſtadiata, in quæ hyeme, aut etiam per tempeſtates æſtate, ſed extra ordinem, exercebantur*.
  - **Propriæ,** *quibuſdã. Loca alia uſibus dicata*
    - Publicis. *Vide ſignum* 1.
    - Priuatis, *hoc eſt, œconomicis, eorũ qui gymnaſij curam gerebant.* Palæſtræ *igitur ambitu comprehẽdebatur*
      - AREA *Periſtylij*.
      - Ædificia *uaria, uarijs uſibus deſtinata: partium reſpectu*
        - Rerum *ul*
          - Vtilium, *ut puta*
            - Alimentorũ
              - Cõſeruandorum:
                - CELLA *diſpẽſatoria*.
                - CELLA *uinaria*.
              - Præparandorũ. COQVINA.
            - Ligni LIGNARIVM.
            - Aquæ AQVARIVM.
          - Inutilium CLOACA.
        - Perſonarũ *quoad*
          - Habitandum. HABITATIONES.
          - Diſcumbendũ TRICLINIA.

- **I. Publicis uſibus dicata Loca tum**
  - **Animi,**
    - **Theoricis.** EXEDRAE, *ueluti ſcholæ philoſophorum, rhetorū, poëtarum, grammaticorū, medicorū, ab Oriente, Meridie & Septentrione.*
    - **Practicis.** EPHEBAEVM, *in quo ij, qui exerceri uel lauari uellent, paciſcebantur.*
  - **Corporis,** *quò ad Exercitia & Lotiones. Exuebātur enim primùm, inde luctatores & pācratiaſtæ in Vnctuario ungebantur, uncti puluere conſpergebantur, mox exercebātur: deinde ad Vnctuarium reuerſi à mediaſtinis & reunctoribus detergebantur ſtrigilibus ferreis: deterſi iterū ungebantur quidam, uncti etiā balnea ingrediebantur: loti denuò ungebantur nonnulli. Ob tam uarios motus loca alia ſtatuimus deſtinata*
    - **Actionibus,** *hoc eſt exercitijs, uel*
      - **Mediatè,** *nimirū uti præparent ſeſe. Sic namq;*
        - **Veſtiti** *exuebantur in* APODYTERIO, *ſeu γυμναστηρίῳ.*
        - **Nudi**
          - **Vngebātur** *in* ELAEOTHESIO, *ſeu ἀλειπτηρίῳ, hoc eſt Vnctuario.*
          - **Aſpergebantur** *arena Haphe dicta in* CONISTERIO.
      - **Immediatè,** *uti exercerēt ſe*
        - **Liberaliter uel**
          - **Pueri,** *in* EPHEBAEO, *ſecundùm Philandrum.*
          - **Adulti.** *Loca alia exercitiorum*
            - **Abſque organo,** *corporibus uel*
              - **Coniūctis,** *ut in Lucta & Pugillatu.* PALAESTRA.
              - **Diſiunctis,** *Curſu et Saltu.* XYSTVM, *muro medio diſtinctum, & propterea Peridromis dictum, locus hypæthrus, uia tantùm ſeiunctus à Stadio.*
            - **Cum organo,** *ut cum Diſco uel Sphæra.* SPHAERISTERIVM.
        - **Athleticè**
          - **Æſtate** *quidem,* STADIVM *apertū, ad extremum Occidentale latus.*
          - **Hyeme,** XYSTVS *ad Meridionale latus, hoc eſt, tecta porticus, ſtadiata: ubi etiam æſtate per tēpeſtates exercebantur.*
    - **Paſsionibus.** *Vide ſignum* II.

II. Patitur

- **II.** Patitur *corpus ab aere uel aqua, artificio certo corpori extrinſecus admotis. Loca proinde in Gymnaſio aut Thermis propriè dictis alia inſeruiebant paſſionis huius*
  - Adminiſtrationi:
    - Aquæ *ſcilicet*
      - Calidæ, LAVATIO *calida.* Galeno λȣτρον, Archigeni ζεστὸν.
      - Frigidæ, LAVATIO *frigida, alijs* λȣτρον, *ubi frigidæ aquæ lauacra, & præſertim* Piſcina, *aliàs* Baptiſterium *dicta, pro natationis uſu poſita erãt.*
    - Aëri
      - Calido, LACONICVM, Calidarium. Vitruuio & Celſo, Sudatio *calida uel aſſa, & ſicca.*
      - Tepido, TEPIDARIVM, *pro ijs qui tepore aeris aut aquæ, uel utriuſq; uti uolebant: item qui aut frigida aut calida lauari quærebant.*
      - Frigido, FRIGIDARIVM, *pro ijs qui ſtatim poſt egreſſum tepidarij aut calidarij aere frigido optabant frui, ne ab extremo ad extremum ſine medio tranſirent.*
  - Præparationi quo ad
    - Ignem, HYPOCAVSTVM, *fornax ſeu concamerata ſtructura ſubterranea, calidario, calidæ lauationi & uaſario ſuppoſita. Ante illud uia erat* Propnigeum, *quaſi* Præfurnium *Vitruuio dicta.*
    - Aquam, AQVARIVM, *cella calidæ lauationi & calidario adnexa, alueum magnum aquæ continens, inde per fiſtulas in frigidam & calidam lauationem deriuandæ.*
    - Vaſa, VASARIVM, *ubi uaſa cõſeruabantur balneorum uſibus neceſſaria.*
    - Veſtes *exuendas, & interea dum Thermis utuntur ſeruãdas,* CVRICEVM *dictum, fortè quòd ibi quoq; Tonſtrina eſſet. An hæc Apodyterij pars aliqua fuit?*

STATVAE COLEONIAE *conſideratio.*

CAP. II.

BARTHOLOMÆO Coleono *Bergomenſi Venetijs poſita ſtatua, in qua conſiderandæ*

- Cauſæ.
  - Materia: *Ænea, inaurata.*
  - Forma: *Equeſtris, coloſſo marmoreo inſiſtens.*
  - Efficiens:
    - Venetus *ſenatus.*
    - Architectus, *qui nomen ſuum inſcripſit.*
  - Finis. *Monumentum gratæ Reip. ob* Coleoni Prudentiam *&* Fortitudinem *&* Fidem *bellicam: tum etiam ob* Liberalitatem, *quandoquidem ampliß. fortunarum hæredem* S. Marcum *Venetum ſcripſerat.*
- Accidentia. Nempe
  - Tempus:
    - Poſt *mortem eius.*
    - Sub *quo* Principe.
  - Locus. *In area* D.D. Ioannis *&* Pauli.
  - Motus. *ignominioſè ab æmulis tractata, appenſa noctu ſcopa & ſacco, teſte* Corio.

ARTIS TYPOGRAPHICAE *Operum & Operarum conſideratio.* CAP. III.

TYPOGRAPHIA duobus modis, uti pleræque aliæ artes mechanicę, conſiderari poteſt: uel quatenus efficit aliquid, & ſic inter artes μιμητικὰς principatum obtinet: uel quatenus id quod effectum eſt alijs communicat, uendendo, & ſic αὐτοπωλική τις euadit & proprium Bibliopolæ munus ſubit. In imitando ratio habenda & παραδείγματος ſiue Exemplaris imitabilis, & Organi ſeu Typi imitantis, & Exempli ſiue εἰκόνος per imitationem expreſsi. Exemplar & Organa à uarijs artificibus ſuppeditantur, qui eatenus Typographorum famuli cēſeri debent, cùm humana omnia mutuæ ſeruitutis & imperij uinculis ſunt adſtricta. Sic Typographis miniſtrant Auctores operum edendorum, Chartarij, Membranarij, Atramentarij, Typorum artifices, tum cælatores, tùm fuſores Prælorum, Sphærarum, Loculorum, Metri, Nauicularum, Scaphiorum, Tabularum fabri, è materia qualicūque. Typographi uerò propriè dicti ij ſunt, qui exemplar imitabile certis inſtructi organis mirabili cōpendio exſcribunt (ut propterea reſpectu ſuperiorum ἀρχιτέκτονες cenſeri poſsint) adeóq; opus typographicū, Exemplum dictum, edunt: cuius in præſentia & reſpectu Operariorum, ueluti Efficientum, & reſpectu Operæ tanquam Effectus rationem habendam putamus.

OPVS

- OPVS typographicum eſt unicum, Liber typis expreſſus: ſed Operæ ad id efficiendum uariæ. quæ quidem conſiderari poſſunt uel ratione
  - Dignitatis. Sic aliæ uidentur eſſe operæ
    - Principes uel
      - Theoricæ. Corrector uulgò, nec male θεωρὸς, uel etiam ἐπίσκοπος: quandoquidē Exemplum Typis expreſſum cum Exemplari confert.
      - Mechanicę, quoniam imitantur uel
        - Exemplar Typis, quos cōponunt. Τυπικοί. Compoſitores uulgò.
        - Exemplum Charta quā pingunt. γραφεῖς, & ex Inſtrumenti ratione Impreſſores, Ergaſtularij.
    - Famulantes tum
      - Theoricis, Anagnoſtes, Lector.
      - Mechanicis, Mediaſtinus, abiectiſſimis quibusq; officijs addictus.
  - Ordinis. Quædam operæ requiruntur
    - Antequā opus edatur. Nimirum ut reſpectu
      - Exemplaris &
        - Prælegatur.
        - Dinumeretur per paginas futuro operi inſeruituras.
      - Exempli, quod edendum eſt. Vide A.
    - In ipſo opere. Duo ſunt munia præcipua. Alterum, ut
      - Forma incumbens marmori tingatur ſphæris.
      - Charta tympano affixa, & Formæ inιecta, curriculoq; ſub ipſum prælum deducta, impreſsione deſcribatur.
    - Poſt operis editionem, ut
      - Formarum characteres
        - Lauentur.
        - Reponantur in loculis.
      - Charta deſcripta
        - Singillatim
          - Exiccetur.
          - Plicetur.
        - Coniunctim
          - Colligatur.
          - Recenſeatur.

A. Exempli

- A. Exempli *edendi or- gana uaria, uariă præ- parandi ra tionem exi- gunt, alia reſpectu*
  - Materiæ: *uidelicet ut*
    - Charta
      - Numeretur.
      - Explicetur.
      - Humectetur.
    - Atramentum *teratur, diluatur.*
  - Formæ, *ut Typi*
    - Per *ſe, imitatione exemplaris, colligantur, ſiue componantur.* Et *hæ* Formæ *uulgò dicuntur.*
    - Per *accidens emen dentur.* Prob*as uul gus dicit, quòd ſint* Examina *&* Peri- *cula quædam.* E- *mendatio alia*
      - Formalis, Cor *rectorum &* Le *ctorum propria in ipſis probis, quando*
        - Corri- *guntur tum*
          - Primæ: *πρωτότυ- πα.*
          - Secūdæ: *δευτερό- τυπα.*
        - Conferuntur *cum Secundis Tertiæ.*
      - Materialis, *ipſorum Compoſitorum, qui Correctoris authoritatem & cenſuram ſequuntur in* Formis.
  - Efficientis *inſtrumenta- lis, nempe ut*
    - Prælum *ita præparetur, ut* Formas, *quas uocant, recipere poſſit & excudere.*
    - Sphæræ *conficiantur, corio lana ſuffulto, quibus atramentum typis illinatur.*

FINIS LIBRI QVARTI.

In
METHODVM APODEMICAM
INDEX.

A.

ABaris Scytha Athenas mittitur 2.135 cur αἰθροβάτης dictus 26
Abrahamus idololatriam fugit 16 in Cananæa remanet 42
Abrahami aduerſus reges Orientales expeditio 17
Acarnanes contra Athenienſes 48
Acarnanum iuuenum in ſpectandis ſacris curioſitas 48
Achabus obſeruat aram Damaſci 27
Achilles coquit in caſtris 60. 124
Aconiti pontici remedium & uirus 86
Acroceraunij Solymanno inſidiantur 134
Actius Pacuuium adit 11
Adoleſcẽs Spartanus uiam Pyleam noſcens corripitur 96
Adoleſcentib. pædagogi præficiendi 130
Adrianus Imp. ad Aetnam 84 Caſium montem conſcendit 75 tertia noctis uigilia orientẽ ſolem conſpicit. ibid. totum orbem percurrit 160 Pauſaniam & Arrianum ad peregrinationem allicit, ibid.
Adriani in itinere agilitas 133
Adultis quatenus peregrinari licitum apud Platonem 22
Aegeus ſeipſum præcipitat 44
Aegidius Carillus Italiam pacat 142
P. Aeginetæ peregrinat. 6.110 in Ægyptum è Græcia & Phœnice iter 156
Aegyptiæ fœminæ quales 56
Aegyptij medici 120
Aegyptij Syrmaiſmo utuntur 121
Aegyptiorum ædificia & ſepulcra 77
Aegyptiorum reges cur populi conſpectum fugerint 133
Aelianus Præneſtinus nunquã peregrinatus 45
P. Aemilius Macedonicum bellum conficit 48
Aeneæ errorum ſuorum narratio 48
Aeni aeris intemperies 89
Aennodius ad Anaſtaſiũ Imp. Manichæum 142
in Aeris intemperie quid agendum peregrinanti 53
Aeſculapij Epidaurenſis & Romani templa 2
Aeſculapij ſerpens Romam uehitur 98
Aetas quæ peregrinationi aptior, quæ minus 56.130
Aethiopiæ ſtagnum 84
Aethiopes à locuſtis uexantur 89
Aethiopum regina ad Solomonem 87
Africa monſtris ſcatet 86 nec aprum nec ceruum habet 86
in Africa mulæ pariunt 86
Agapetus Iuſtinianum Eutychianum conuertit 143
Agariſtiæ nuptiæ 7
Agathyrſorum lauticia 151
Ageſilai armorum munditiès 124
Agis ad Philippum Maced. legatus 141
Ἀκρόασις in peregrinante requiritur 47
Albati qui & unde dicti 12
Alcibiades tabellis chorographicis utitur 47 Siciliam deſcribit 79
Alcmæō à Crœſo quomodo donatus 35
Alemanni ſeu Alani 125 an Vandali. ibid. unde ſic dicti. ibid.
Alexander Anaximenis petitionem negando perficit 137 Athenienſes ad defectionem ſollicitat 14 eiuſdem cum piratæ profeſſionis 10 habitu Barbarico utitur 44
Alexander plauſtra regia incendit 60
Alexandrina ſchola 4
Alexius Rom. ſponſam prima

INDEX.

noƈte deſerit 13 caſtitatis ergò peregrinatur, ibid.
Alexij exequiæ ab Impp. cohoneſtatæ 13
Alfreda Etheluoldo primùm, deinde Edgaro nupta 140
Alimentorum in uia quæ ratio habenda 60
ἄλλο γένος κῶπες, prouerb. unde 26
Alpium incolæ ſtrumis obnoxij 88
Aluus quotidie habenda fluida 54
Amalarius Fortunatus legatus ad Imp. Græcum 137
Amaſis Apriem regem interficit 139 in legatione perfidus, ibid.
Amazonũ regina ad Alexandrum Magnum 10
Amici in peregrino ſolo compellandi 108
Amicitia contraƈta quomodo conſeruanda 109
Amicitiæ cauſa peregrinationis inſtitutæ præcepta 108
Anacharſis κοσμοπολίτης, ib. Solonem adit, ibid. Soloni conciliatur 49 à fratre interimitur 44
Anacharſidis peregrinatio multiplex 37
Ἀνάγνωσις quid 47 peregrinanti neceſſaria, ibid.
ἀνάπαυσις πόνῳ contraria 52
Anaxagoræ agri inculti 35
Anaximenes legatus ad Alexandrum 137
Andreas Alpagus linguam Arabicam diſcit 3 Auicennã primus tranſtulit. ibid.
Andreas Petrus Peruſinus chirurgus 121
Andreæ Veſalij obitus 33 peregrinatio Hieroſolymitana, ibid.
Androgeus Minois F. Athenas mittitur 4 ibidem cæditur ibid.
Andromachus Pœnorum legato minatur 143
Angari qui Perſis 125
Antagoras congrum coquit in caſtris 60.124 Thebaida ſcripſit 60
Antalcidas ad Artoxerxẽ proficiſcitur 9 pacem Antalcidiam conficit, ibid.
Antidius epiſcopus eodem die eſt Romæ & Turoni 19 Zoſimum Pp. ad pœnitentiam perducit, ibid.
Antigonus de congro Antagoram rogat 124
Antiochi Hieroſolymam obſidentis religio 50
Antipodes 127
Antiquaria peregrinatio 39
Antonius eremita libris caret 115.118
M. Antonius Euphronium ad Oƈtauium mittit 136 libertũ Auguſti cædit 140
Apelles Rhodum nauigat 9 Protogeni amicus fit, ibid.
Aphrodiſium flumen in Pyrrhea 84
Apis bos honoratur 98
Apitius in Africam cur profeƈtus 9.10
ἀποδημοῦσθαι ταχέως, βουλεύσθαι βραδέως 95
ἀποδημία quid propriè 25
Apollonius Tyaneus eodẽ die & Romæ & Puteolis inuentus 26
Apollonij Tyanei opera alexicaca 13 peregrinationum finis 4
ἀπομνημονευμάτων commentarij 114
Apoſtoli ſpicas euellunt 118 peram & zonam cur habere prohibeantur 118
Appius Herdonius Capitoliũ occupat 14
Apulis muſcæ infeſtæ 89
Aquæ cyathus quanti emptus 156
Ara ignoti Dei à quo extruƈta 118
Arabia ſuillo genere caret 86
Arabes Ger. epiſcopos in Hieroſolymitano itinere aggreſſi 48
Arca fœderis quanto ſpacio exercitum præceſſerit 31
Arcadum duorum Megaræ diuertentium hiſtoria 33
Archimedis opera Syracuſis 6
Archeſtrati peregrinationes guloſæ 10
Architeƈtis quò peregrinandum 104
Areopagus Athenarum 331
Areopagitarum eleƈtio 377 funƈtio, ibid. officium, ibid.
Areopagitarum ſenatus 377
Argonautæ in Colchidem 8

Argonau-

Argonautarum uellus aureum 107
Aripertus Lõgobard. rex exul quando regnum receperit 34
Ariſtagoras ob ueſtitũ repræhenditur 141
Ariſtionis legati ad L. Syllam 137
Ariſtippus in tempeſtate expalleſcit 153
Ariſtippi naufragium 111
Ariſtippi pro pædagogia pretium 131
Arma qualia in uiam aſſumenda 60
Arma ſtudioſorum 124
Armeniæ fons cum nigris piſcibus 86
Arrianus pontum Euxinum perluſtrat 5 ab Adriano Imp. ad peregrinationem pellicitur 160
Artinius primus aurum affert in Peloponneſum 15 hoſtis Græciæ habetur, ibid.
Aſcra ad inhabitãdum incommoda 89
Aſiatici morib. corruptiſsimi 96
Aſphaltites lacus 75
Aſſaſsini legatos Hieroſolymã mittunt 4 à fide cur defecerint, ibid.
Aſſyrij ad Ezechiam regem legatio 9
Aſtandæ qui Perſis 125
Athanaſij exilium 16
Athenæ Gallicæ 226 Græcæ 319 Heluetiæ 161 Italicæ 252
Athenarum ambitus 322 arx 328 ἄστυ 323 clima 322 coloniæ 334 conditores 333
Athenarũ conſideratio in genere 320 diſpoſitio 322 figura, ibid. incolæ 321 loca & locata præcipua 322
Athenarum lumina 91 mœnia 343 Munychia 331
Athenarum nauis ad Panathenæorum põpam fabricata 331
Athenarum nomen 321
Athenarum partes formaliter conſideratæ 350 materialiter conſideratæ 341 Phalerus 331 Piræeum, ibid. πόλις 328
Athenarum quatuor deſcriptio unde petita 159
Athenarum ſitus 322 ſuburbana 331.332 temperies, ibid. turris Timonis 333 uicinia 322 urbs 323
Athenienſis academia 332 militia 383 œconomia 304
Athenienſis gymnaſij conſideratio 393 diſpoſitio, ibid. partes, ibid.
Atheniẽſis populi concio 377 concionis functio 378 præmia ibid.
Athenienſis quingentorum ſenatus adminiſtratio 377 introitus, ibid. lectio 376 officium, ibid. pœnæ, ibid. præmia, ibid.
Athenienſis Reip. mutationes 339
Atheniẽſis urbis excidia 340 inundationes 341 obſidiones 340 peſtilentiæ 341
Athenienſes archontes perpetui, annui, decennales 346
Athenienſes barbari beneficium reſpuunt 68
Athenienſes ciues clari 344
Athenienſes familiæ 348 grammatici 344 inquilini clari 346 liturgi 383
Athenienſes magiſtratus in genere 375
Athenienſes mechanici 345 milites, ibid. naues 349
Athenienſes ob Laconum ſuperſtitionẽ periclitati Perſas ſoli aggrediuntur in Marathone 32
Athenienſes philoſophi 344 poetæ, ibid.
Athenienſes porticus 343 portus, ibid.
Athenienſes reges 346 rhetores 344 ſcholæ 342 tyranni 347
Athenienſia aſyla 343 gymnaſia 342 fora iudiciorum, ibid. fora rerum uenalium 343 theatra 342
Athenienſium æraria 343
Athenienſium arbitrorum iudicia 383

Athenienſium archontes perpetui 346
Athenienſium bella 336 bella ciuilia 335 Dionyſia 368
Athenienſium iudicum electio 379 functio 382 ephęborum militiæ indicia 358 erga Hipp. gratitudo 13
Athenienſium fœdera 335 iudicia forenſia 379 incolarum claſſes 370 legati à M. Catone relegãtur 137 legislatores 334 liberatores ibid. liturgiæ 383
Athenienſium magiſtratuum cenſura 376 modus, ibid. numerus, ibid. ornatus, ibid.
Athenienſiũ motus actiui 334 paßiui 339
Athenienſium muri 343 myſteria 368
Athenienſium officia militaria 374 politica profana 371
Athenienſium Panathenæa 368 pecuniæ publicæ 349 politia 370 pompa ad Hyperboreos 6
Athenienſium religio Chriſtiana 369 religio ethnica 367.368
Athenienſium ſchola 369 ſeditiones 335 Senatus in genere 376 ſepulturæ 368
Athletarũ peregrinationes 10
Atlãtica Platonis reperta 127
Atticus ager reliquus 385
Attici agri conſideratio generalis 315
Attici agri efficiens 315 forma, ibid. materia, ibid.
Attica oppida 386
Atticæ inſulæ non longè à littore 387
Attici montes 386
D. Auguſtini optio 5
Auguſtus adoleſcentem de matre rogitat 34 græcæ linguæ rudis 71
Aurigæ quomodo tractãdi 58
αὐτοκράτωρ qui 363
in Azaod duo ſepulcra 156

B.

Babylonij ſolo ſibilo à Deo uocantur 22
Babylonij legatio ad Ezechiam 14
Bacchus cur peregrinatus 12
Bacchi exercitus hedera coronatus 86
Barbararum gẽtium in Rom. imperium, incurſus 22
Baſileæ aeris temperies 170
Baſileæ ambitus 171 arces 225 circumſcriptio 171 clima, ibid. commoditas, ibid. concilia 182 conditores 181
Baſileæ diſpoſitio naturalis 171 artificialis 173
Baſileæ euerſores 181 expeditiones 183 figura 171 fœdera 182 horarum uarietas 185
Baſileæ incendia 185 incurſus hoſtiles 183 inundationes 184 loca & locata Vrbana 169 Suburbana, ibid. nomen 169 oppida 225 peſtilentiæ 183 ſeditiones ibid. ſitus 171 terræmotus 184 uicinia 171
Baſileæ uiri clari, ſiue ciues ſiue inquilini, literis, artibus mechanicis, armis 201 dignitate ſacra 202
Baſileæ maioris Academica politia 206 ædificia 199 arbores, ibid. areæ 196 armamentarium 199 aſyla 196 balnea 195 bibliothecæ 198 carceres 195 cauponæ, ibid. cœmiteria 196 curiæ 190 deambulacra 191 diuerſoria 195 domus urbanæ 193 eccleſiaſtica politia 204 fora 198 foſſæ pomærij 195
Baſileæ maioris generalis conſideratio 167 horrea publica uini & frumenti 198 inſcriptiones 199 labra fontium 198 loca & locata aquea in genere 200
Baſileæ maioris loca ignominiæ 195 loca pauperum, ibid. loca ſuppliciorum, ibid. mœnia 194 monaſteria 189 œconomica conſtitutio 218
Baſileæ maioris partium materialis conſideratio 186 picturæ 199 plateæ 190 politica conſtitutio 213
Baſileæ maioris politiæ forma 217 materia 214 motus, ibid.

Baſileæ maioris pōtes & ponticuli 192 portæ 193 portus 199 propugnacula 195 ſcholæ 190 ſepulcra priuata 197 ſtabula publica, ibid. ſtatuæ 299 Templa 189. turres 195 uici mechanicorū 190 uiuaria publica 198

Baſileæ minoris ædificia 223 ambitus 219 bibliotheca 223 cauponæ, ibid. cœmiteria, ibid. cœnobia 222 cōſideratio generalis 219 deambulacra 222 diſpoſitio 219 domus 222 extructio 221 familiæ 223 figura 219 fora 223 foſſæ, ibid. incendia 221 inſcriptiones 223 inundationes 221 loca & locata 219.224 mœnia 223 nomen 219

Baſileæ minoris partium formalis conſideratio 224 materialis 222

Baſileæ minoris plateæ 222 pontes, ibid. portæ, ibid. prætorium, ibid. propugnacula 223

Baſileæ minoris politia eccleſiaſtica & ciuilis 224 poſſeſſio 221 ſepulcra 223 ſitus 219 templa 222 uicinia 219

Baſilienſis academiæ comitia, 211 conuiuia 212 exercitatio 211 iuriſdictio 212 locus, ibid. magiſtratuū electio 211 motus, ibid. pompæ, 212 profeſſiones 211 profeſſorum electio, ibid. promotio 212 receptio 211 tempus 212

Baſilienſis agri generalis conſideratio 162

Baſiliēſis Reip. ager reliquus 225

Baſilienſes epiſcopi 202

Baſilienſes familiæ illuſtres 204

Baſilienſium ingenia, mores, opulentia, robur 169

Baſilienſium magiſtratuū electio 217 depoſitio, alternatio 218

Baſilienſium tribus 213

Baſilienſes quis primus conuerterit 204

Baſilij Imp. legatus ante Capuam & Beneuentum trucidatus 139

Bedæ diſcipuli ſapientiam uenalem habent 12

Benedictus Biſcopius quando uixerit 4. Romā in Britanniam uitriarios & alios artifices aduehit 4

Beneuentum à Saracenis liberatur 139

D. Bernardi bibliotheca 118

Bernenſis numus ab hoſpite Conſtātienſe repudiatus 57

*Beton Alexandri itinerū ſcriptor 80

Bitumen Iudaicum 83

Bombicum lanificium à quibus Græciæ illatum 6

Bos Apis honoratur 98

Βοτανολογικὴ peregrinatio 39

Bretinorium urbs Romandiolæ 154

Breuitas leges commendat 43

Brunduſinum iter Horatij 46

Βȣλεύεσθαι βραδέως, ἀποδημεύεσθαι ταχέως 95

Buſta Gallica Romæ 73

C

CÆſaris cōmentarij quādo & quomodo ſcripti 111

I. Cæſaris in nauigando confidentia 133 natandi peritia, ibid. peregrinandi ſtudiū 132

Cæus caput fuligine tingit 136

Calchas Homero Græcorum dux ad Troiam 58

Calendarium nauticum 152

Calyce & Sappho quomodo interierint 37

Cambyſenæ niues 155

Campaniæ æſtus 155

Canes feroces peregrinātibus noxij 57

Canes ſtudioſo non conueniūt 113

Canum quis uſus in itinere 57

Cappadocibus cantharides et erucæ infeſtæ 89

Capua à Saracenis liberatur 139

Cares milites 123

Carneades Academicus legatus 137

Carolus Magnus Chriſtianos à Saracenis redemit 14 inermis Romā profectus Auguſtus ſalutatur 6

Caroli Magni expeditiones 99

Carouanarum Barbaricarum peregrinādi ratio 148.156

Carthaginenſibus quomodo per Q. Fabium bellum indi

ſtum 15
Caſeus medicatus è loto ſylueſtri 124
Cato maior ficus Carthaginēſes coram Senatu effundit 83
Cato minor Deiotarum regē inuiſit 11
Catonis minoris etiamnū adoleſcentis auſteritas 130 in muneribus accipiendis continentia 35
Catonem nauigationis pœnitet 152
Cauponæ quæ adeundæ 60
Cauponum Gallorum & Italorum hoſpitalitas 154
Cayrum è Feſſa iter 156
Ceas uorago apud Lacones 76.78
Cephali peregrinatio ad Leucadiam inſulam 37
Ceramicus Athenis 77
Cerebri firmitas peregrinanti neceſſaria 51
Ceres cur peregrinata 12
Certaminum ſacrorum athletæ quà confluere ſoliti 11
Chaldæorū idololatria aſtu ſacerdotis Canopæi confutata 13
Chirurgum caſtra ſequi iubet Hip. 6
Chirurgi peregrinantibus imitandi 60
Chorazenæ niues 155
Chorica peregrinatio 40
Chortes ex cratibus facti pro pecore in ſylueſtribus defendendo 24
Chriſtiani Aſſaſsinos legatos ſpoliant 4
Chriſtiani à Carolo Magno redempti à Saracenorum captiuitate 14
Chriſtianorum ad Alexandrinam ſcholā peregrinatio 4 in terram ſanctam expeditio eodem die per uniuerſum orbem cognita 22
Chriſtophori Columbi aduentus in Americā, incolis prius notus 22
Chriſtophori Columbi in Hiſpaniam & ad Antipodas profectio 6.81
Cibos præparare domi diſcendum 60
Ciconiæ naturâ peregrinationi addictæ 20
Cicero ad Filium de ſtudijs 112 Aſiaticos Rhetores adit 3 Syracuſis græcè loqtur 138
Ciceronis patris iudiciū de Italis 96
Cineæ legati facundia 143
Cineæ Theſſali Rom. Senatus & populi aſsimilatio 135
Ciuibus Platonicis quando & quandiu peregrinari conceſſum 21
Claudius Cæſar prouinciæ græcæ principē peregrinatū mittit 71
Cleombrotus Lacedæmonius lucernam Iouis Ammonis uidet 115
Cleomenes Megalopolis occupādæ occaſionē amittit 63
Clitorius lacus 84
Cluſini à Rom. auxilia contra Gallos petunt 140
Cognitionis rerū formā 92
Colchorum mel 83
Colonienſis archiepiſcopus à ruſtico arguitur 117
Comites quot & quales in itinere deligendi, & quomodo tractandi 59
Comitū uſus ubi maximus 156
Cōmoratio, qualis motus 25
Commutatio rerū duplex 127
Conſtantinopolis noua Roma 31
Conſtantinus Magnus Concilium congregat 116
Conſtantij Imp. candidatus à dæmone liberatur 105
in Conuerſatione quid obſeruandum 90
Corpore peregrinandum non animo 46
P. Craſſus Ciceroni reconciliatur 49
P. Craſſus contra Parthos 10. 106
Crates paupertatem foribus inſcribēdam cenſebat 145
Cratetis exclamatio 131
Critolaus Peripateticus ad Rom. legatus 137
Κρότωνος ὑγιέστερον, prou. 88
Crotonenſes à peſtilentia liberi 88
Cruce ſignatorum expeditiones 99
Currulis peregrinationis præcepta 151
Curioſitas nimia peregrinanti cauenda 48
Cyrenaici locuſtis obnoxij 89
Cyri contra Scythas expeditio 10

D

DÆdalus in Atticam uolat 26
δανάω pro δανάσω 68
Darij legati, terram & aquã petunt 143
Datidis barbariſmus affectatus 68
Datidis cantilena, prouerb. 68
Dauidis fuga ad Gethæos 16
Dauidis legatio ad Ammonitarum regem 14
Deductorũ uſus ubi maximus 156
Delphici gladij 60
Democritus ad Gymnoſophiſtas 110
Demoſthenis ad Phrynem profectio 10
Demoſthenes de Portub. 80
Deucalionis peregrinatio ad Leucadiam inſulam 37
Deus à peregrinante quomodo colendus 50
Deorum mater Romam ducitur 98
Diæta peregrinantis 52
Dicæarcho Pelius mons altiſs. 75
Dictator apud Rom. 363
διδασκαλίας & μαθήσεως differentia 69
Dido Pigmalionem fugit 16
Diebus feſtis an & quomodo peregrinandum 62
Δῆμος quid 25
Dinocratis nuncius ad Dionyſium 125
Diodori Siculi peregrinationes 5. 81
Diogenes Stoicus ad Rom. legatus 137
Diogenis Cynici exilium 15. et 154. philoſophiæ ſtudium, ibid. & 34
Diogeni Antiſthenes minitatur 147
Diognetus Alexandri Magni peregrinationũ ſcriptor 80
Dionis in Siciliã expeditio 16
Dioſcorides cur militiam ſequutus 6
Diſcẽdæ linguæ præcepta 70
Diſcipulorum peregrinationis præcepta 112
Diuerſorijs quibus & quando utendum 58
in Diuerſorijs quid obſeruandum 58
Diuerticula commoda, breuia 155
Diuitiarũ cauſa ſuſceptæ peregrinationis præcepta 106
Doctorum hominum peregrinationis præcepta 111
Doctrinæ & Diſciplinæ differentia 69
Domitianus in Aſia uites prohibet, rurſus habere mandat 143

E

ECcleſiaſtis peregrinãtis officium 118
Edgarus rex Ethelulduum familiarem occidit 140
in Elea muli non naſcuntur 86
Eleuſine 388
Eleuſinius ager uerſus Atticã 387 uerſus Bœotos & Megarenſes 388
Elias ad montem Orebum 13
Eliezer ob Rebeccam peregrinatur 9
Empedocles in Ætna ſuffocatus 84
Ennij tria corda 71
Epaminondas uias ſternit 358
Ephemerides peregrinanti cõficiendæ 46
Ἐφόδια quæ Græcis 113
Epidauriorum cum Illyrijs negotiandi mos 56
Ἐπιδημία quid 25
Epiſcopi peregrinantis officiũ 117
Epiſcopi ab Arabibus in Hieroſolymitano itinere male multati 48
Epimenides aræ ignoti Dei extructor 118
Equeſtris peregrinationis præcepta 151
Equi diſpoſiti à quo introducti 151
Equiſones quomodo tractandi 58
Errores qui 42
Erucæ Cappadocibus infeſtæ 89
Ethelbertus Anglorum rex interficitur 132
Etheluoldus ab Alfredã interemptus 140
Etheluuolfus Anglus ſuã gentem ab ignominia Pp. liberat 132
Eunuchus Candacis reginæ 24
Εὐπροσηγορία peregrinanti cõueniens 94
Euſtathius Cappadox legatus ad Perſas 137
Excurſio 25

Exercitus

Exercitus puerorum Germanorum Palæſtinam à Turcis liberaturus 21
Exilium propriè 41

F

FAbariæ thermæ 84
Q. Fabij ad Carthaginenſes legatio 15
Fabiorum legatorum temeritas 140
C. Fabricij in legatione fides 139
Fabris quò peregrinandum 104
Faui mellis in agro Colchorũ 83
Ferdinandus Magellanes uiã ad Moluccas monſtrat 81
Filiorum peregrinantum inhumanitas erga parentes 44
Florentinorum hiſtoriæ paradiſi & inferni 7
Florentinorum legati ad Car. V. & Clem. VII. Pp. 136
Florentinorum ludus ſpectatoribus fit ſerius 7
Fœcialiũ Rom. peregrinatio 9
Fœmina à peregrinatione arcetur 56
Fœmina naturâ οἰκουρὸς 56
Fœminas quas Plato in Rep. exoptet 56
Fons prope Hasleam 84
Fontis Leucæ odor 84
Formæ certamina 7
Frãciſcus Zabarellus legatus 139
Franciſcus Dandulus legatus ad Clem. V. 13. patriæ quomodo pacem impetrarit. ibid.
Fr. Petrarchæ laurea poetica 8
Frãciſci Sfortiæ conſiliũ Lud. XI. Gallorum regi datum 14
Friderici Ciliæ comitis profectio, eiuſdemq; fructus 37
Fridolini Viatoris miracula, peregrinationes, & ſedes 12

G

GAlenus tabidos quò miſerit 104
Galeni Diacaryon 122
Galeni peregrinatio in Cyprũ & inſulam Lemnũ 83 in Palæſtinam 75. & 83
Galli peregrinationibus bellicis nobilitati 20
Gallorum ad terram ſanctam recuperandam expeditio 17
Gallorum ob uinum in Italiã profectio 10 in itinerarijs deſcribendis diligentia 60
Gallorũ reges cur populi conſpectum euitent 133
Gallorum gallinaceorum uſus apud milites Germ. 57
Garipaldus Taurinatium dux legatus 139
Gaſparis Contareni de Scholis Germanorum iudicium 97. 135
Gemoniæ ſcalæ apud Roman. 78
Germani à quo conuerſi 142
Germani artis mechanicæ ſtudioſiſsimi 4
Germani caupones quales 30
Germani cur in Italiam proficiſcãtur 94 cur olim ad Polonos & Venetos peregrinati 12
Germani peregrinationibus bellicis nobilitati 20
Germani Tubalcaini poſteri 60
Germanorum ad D. Iacobum peregrinatio 99
Germanorum militum uxores impedimenta ferunt 124
Germanorum uirtutes 94
Glacialis peregrinationis præcepta 153
Gnomon heliacus uel machinarius peregrinanti neceſſarius 47
Gorgias Leontinus auxilia Athenienſium ſuis impetrat 143
Gothi in Italiam ueniunt 17 paupertatem peregrinãdo fugiunt 17
Græcia καλλιγύναιξ Homero 88
è Græcia in Ægyptũ iter 156
Græci agrum Myſorum depopulantur 47
Græci cadauera cremant 88 Colchorum melle amentes fiunt 83 iter Troianum à Telepho diſcunt 79 ſpectaculis ſupra modum ſunt dediti 7
Græcorum ad Ægyptios & Chaldæos & Spartanos peregrinationes 4
Græcorum ad nuptias Agariſtæ profectio 7
Græcorum error ob tabularũ chorographicarum inopiam 47

Græcorum

Græcorum legati Helenam repetunt 143
Grammaticæ peregrinationis præcepta 68
Gratianus Aug. in Alanorum ueſtitu cæditur 44
D. Gregorius epiſcopis imitandus 117
Grippo Carthaginē mittitur 141
Grues naturâ peregrinationi addictæ 20
Guaiaci uſus quomodo ad nos peruenerit 16
Guidonis à Prata hoſpitalitas 154
Gul. Poſtelli Arabica peregrinatio 8. bibliotheca, ibid.
Gulielmi Traiectenſis epiſcopi Hieroſolymitana profectio 48
Guntheri Babenbergenſis Hieroſolymitanum iter 48

H

Habacuci è Iudæa in Babylonem tranſportatio 19
Habdanci unde 138
Habitus peregrinus domi mutandus 44
Hadriani Imp. obitus 33
Hæretici cur peregrinationes inſtituant 15
Hannibal ad Antiochū regem fugit, ibid.
Hannibal uictis Carthaginenſibus pacem ſuadet 17
Hannibalis error in ſaltu Caſſinate 30.58 legati anulos cæſorum Rom. coram ſenatu effundunt 8
Hānibalis Rugerij ſchola 284
Hatto Baſil. epiſcopus, legatus ab Imp. Græcum 137
Hedera Aſiæ ignota 86
Helenæ proci Spartam adeunt 9
Helico ad Dionyſium tyr. mittitur 12 Gallos in Italiam pellicit 10
Heluetiorum ueterum frugalitas 124
Henricus II. Imp. miraculosè à calculo liberatus 33
Henricus IV. Imp. Glogouiam obſidet 138 legatis Polonis theſauros oſtendit, ibid.
Hephæſtium apud Ægyptios 121
Hercules ad Atlantem 4 totius orbis monſtrorum domitor 17
Herculis ad Erythreas boues peregrinatio 26
Herculis mala aurea 107
Herodotus Ægyptum perluſtrat 5 item Perſidem 81 Olympiæ Muſas ſuas recitat 6
Heſiodus de Aſcræ intemperie 89 de mercatorijs nauibus 126
Heſiodus in Chalcidem proficiſcitur 13 cum Homero iuniore certat, ibid. uictor tripoda Muſis conſecrat, ibid.
Heſiodi pater cur in Bœotiam profectus 17
Heſiodi præceptū peregrinanti obſeruandum 158
Hieronis erga afflictos Romanos liberalitas 14
Hieroſolymitana ſchola 4
Hilarion eremita diabolum expellit 105
Hilaritas quæ in uia requiratur 54
Hippocrates chirurgū caſtra ſequi iubet 6. & 121 Græciam à peſte liberat 13 hiſtorias morborum ubi deſcripſerit 6. & 85 quomodo methodum artis uniuerſalem conſtituerit 6 ut ab Atheniēſib. remuneratus 13
Hippocratis ſtatuæ cur petaſatæ 122
Hippolytus Theſei F. interit 44
Hippolytæ Amazonis peregrinatio ad Theſeum 38
Hirundines naturâ peregrinationi addictæ 20
Hiſpanus à lue uenerea quomodo liberatus 16
Hiſpani in calendario unica die anticipant 32. 152 Indis uariolarum morbum relinquunt 33 Platonis Atlanticam reperiunt 127
Hiſpanorum in Americam aduentus antea per dæmones incolis ſignificatus 22
Homeri peregrinationes per Græciam 12
Homeri poemata ubi aſſeruata 37
Homines diuerſis ſyderū influxibus ad diuerſa ſtudia duci 22
Hoſpites perfidi in Gallia & Italia quamplurimi 30
Horatij iter Brunduſinum 46
Hoſpitalitas cauponum Gallorum

rum & Italorum 154
Hyperboreorum tributum per uirgines Lucinæ miſſum 13

I

IACtantia à peregrinante abſit 48
Iaſon tyrannus Timotheo aſſiſtit 11
Ibides contra ſerpentes à Moſe in deſerto adhibiti 23
Icarus et Dædalus in Atticam uolant 26
Iechonias mirabiliter conſeruatur 33
Ignis Chaldæorum Deus extinguitur 13
Ilienſium legatorum tarditas taxata 14
Illyrici belli initium 140
Impp. Germani unde titulos imperij petant 8
Imperium quando Conſtantinopolim translatum 31
Ingenium per ludū proditur 49
Ingeuones qui 123
Inſanus lacus apud Troglodytas 84
Io. Sebaſtianus à Cano primus & uerè Geometra 81
Ioannes Scotus Athenas proficiſcitur 33 fit monachus, ibid. Oxonienſis academiæ profeſſor, ibid.
Ioannis principis Megalopurgenſis ſocij Pariſijs 35
Iobi amici 14
Ioſephi cū Maria in Ægypto peregrinatio 16
Iouianus Pontanus ſilentiū tibicinum mercatur 34
Irriſiones paupertatis comites 147
Iſabella Euſa Venetias proficiſcitur 10.38 pœnam adulterij luit 10
Iſmenias Artaxerxen ſimulatè adorat 141
Iſraelitæ quò translati à Salmanaſſare 19 ſub Tartarorum nomine in Aſiam & Europam rediere, ibid.
ἱστορία ὁδοιπορικὴ quæ 27
Italicæ uirtutes 94
Italorum cura de filijs ſuis 131
de Italis iudicium Ciceronis patris 96
Iter Sabbathi Iudæorū quod 31
Itineraria itineri cōmoda 47
Itio qualis peregrinantis motus, & quottuplex 25
Iucunditas in peregrinante requiritur 49 in quibus conſiſtat, ibid.
Iudæi Hieroſolymitanam ſcholam adeunt 4
Iulianus Cæſarinus fœdus Pannoniæ regis cū Turca frangit 142 perfidiæ pœnas dat, ibid.
Iuris peritorum peregrinationis præcepta 119
Iuuenibus pædagogi præficiēdi 130
Iuuenilis uigor motui peregrinationis conuenientiſſimus 21

L

LAcedæmoniorū erga Athenienſes beneuolentia 14
Lacones quando exercitū eduxerint 32
C. Lælius ad Syphacem legatus 142
Lampis mercator quo pacto diues factus 126
Land-knecht, uox ſeruilis 123 Germanis indigna, ibid.
Laurentius Medices legatus 138
Leander Albertus de Guidone à Prata 154
ad Legationē q aptiores 140
Legatorū peregrinationis præcepta 135
Leges commendat breuitas 43
Lemniorum inſulæ perdices non ferunt 86
Leo Byzantius Athenis irridetur 138
Leodienſis peregrinus miraculosè domum perducitur 33
Leones in Europa præſtantiſſimi 86 Rhizophagis infeſti 89
Leones Xerxis camelos adoriuntur 30
Lerna palus 76
Leſcharum dialectus 146
Leucæ fontis odor 84
Libellus gallicus de commoda pecuniæ permutatione 57
Libri qui in uiā accipiendi 60
Lingua uernacula domi exercenda 44
Linguæ ſcientia abſq; uſu inanis 71
Linguæ quæ diſcendæ 68
Linguarum exoticarum cauſa ſuſceptæ peregrinationis præcepta 68
Linguarum finis 71

Linguas

Linguas iuuenes facilius diſcūt 70
Locri à peſtilentia liberi 88
Loci accidentia 73
Loci per quem peregrinamur conſideratio 75
Locorum cauſa ſuſceptæ pere grinationis præcepta 72
Locuſtæ Æthiopibus infeſtæ 89
Lothi per Abrahamum libera tio 17
Luis uenereæ remedium unde 16
Luſitanorum peregrinationes 81
Lutetiæ ambitus 229 clima, ibid.
Lutetiæ conſideratio in gene re 228 ſecundū ſpecies ma teriales 238 formales 249
Lutetiæ deſcriptio 226
Lutetiæ diſciplina œconomica 251 diſpoſitio generalis & ſpecialis, ibid. figura 229
Lutetiæ hominum artes 229 frequentia, ibid. ingenia, ibid. mores, ibid.
Lutetiæ loca urbana & ſubur bana 229 nomen, ibid. po litia academica 249 ciuilis 25 eccleſiaſtica 249 ſitus 229
Lycurgus Charilao regnū tra dit 17 Delphos abit 42 in edia moritur, ibid.
Lycurgus cur in Aſiam, Cre tam & Ægyptum profe ctus 17.37
Lycurgus Homeri rhapſodias primus publicat 85
Lymphati Ratisbonæ ab inſa nia liberantur 19

M

Macedonicum bellū à quo confectum 48
Macedonici belli ſeminaria 48
Magi Hieroſolymam ueniunt 7 & 22 primitiæ gentiū, ibid.
Magiſtratus conſideratio 359
Magnetis uſus per Lybiæ de ſerta 24
ad Mahometi ſepulcrum iter per Lybiæ deſerta 24.156
D. Marci theſaurus quando à Venetis monſtretur 92
D. Martinus ad aurigam 151 ueſtem diuidit 118
Mater Deorum Romam duci tur 98
μαθήσεως & διδασκαλίας differentia 69
Mauſoli funus quatuor tragi cis cohoneſtatum 13
Maximus tyrannus Gratia num interficit 44
Mechanicæ peregrinationis præcepta 104
Medea Iaſonem ſequitur 21 in Theſſaliam cur profecta 15
Medicæ artis conſtitutio & propagatio 120
Medicæ materiæ apparatus 122
Medicæ peregrinationis præ cepta 120
Medico peregrinationes con ferunt 120 pictura cogni tio utilis 92
in Medico quid requirat Hip. 122
Megara Eleuſini finitima 389
Megaricus ager 391
Meitſchæ, Heluetijs quæ 56
Menelaus cur peregrinetur Æliano 110
Menelaus legatus pro repeten da Helena 143
Mercatores animā lucro uen dunt 10
Mercatores inepti ſtudioſo co mites 113
Mercatorum peregrinationis præcepta 126
Methodus peregrinandi ethi ca 93 pragmatica 82 to pica 72
Metzæ quæ Auentino 56
Milites Germani cur gallis gal linaceis utantur 57
Militaris peregrinationis præ cepta 100.123
Minos Athenienſes ſubigit, tri butumq́; liberorum exigit 4
Minos Lycurgo & Solone an tiquior 43
ad Minotaurum Athenienſiū liberi miſſi 4
Minotaurum Theſeus interfi cit 34
Mithridates Aſiam perluſtrat 10.133
Monachi bombicum lanifi cium Græciæ inferunt 6
Monachorum Anglorum pe regrinationis cauſæ 12
Monaſtica peregrinatio 117
Monetæ quæ in itinere ratio 57

Mora in itinere fugienda 63
Morbi gallici remedium 37
Morborum *cognoſcendorum methodus* 121
Mores patrij retinendi 44
Morum cauſa ſuſceptæ peregrinationis præcepta 93
Moſcoui de naribus quādo periclitentur 158
Moſes per deſertum quomodo Iſraelem contra ſerpentes tutatus ſit 23.156
Moſis apud Madianitas *peregrinationis cauſa* 16
Moſis coniugium 35
Motus peregrinationis forma 25
Motus per locum uarius eſt 27
Motus accidentia 32
Motus accidentales extra noſtram poteſtatem 45
Mulæ in Africa *pariunt* 86
Muli in Elea *non naſcũtur* 86
Muli Mariani 124
Muliones quomodo in itinere tractandi 58

N

NAaman Syrus 105
Natandi peritia peregrinanti commoda 51
Nauigatio *homini minus fida* 152
Nautæ *quomodo tractandi* 58.
Nauticæ *peregrinationis præcepta* 152
Neapolitani *regni æſtus* 155
Neronis *quinquennale ludicrũ* 13
Neurijs *ſerpentes infenſi* 89
Nicenum *concilium* 116
Nic. Clenardi *Arabicæ linguæ ſtudium* 68
Numus Bernenſis *à* Conſtanſtienſi *hoſpite repudiatus* 57
Nuncius Dinocratis *ad* Dionyſium 125
Nuncij unde πτεροφόροι *dicti* 125 *quomodo* Perſis *dicti, ibid.*
Nunciorum *peregrinationis præcepta* 125
Nunciorum *ſymbolum apud* Rom. 125

O

OCtauij *libertus ab* Antonio *flagris cæditur* 140
ὁδηγοὶ *qui aſſumendi* 58 *quomodo tractandi, ibid.*
ὁδοιπορικὴ ἱστορία *quæ* 27
Oeonus Herculis *conſobrinus* 35 *ab* Hippocoontis *filijs interficitur, ibid. ab* Hercule *uindicatur, ibid.*
Offa rex Ethelbertum *interficit* 132 *uectigalis fit* Pp. *ibid.*
Olorus pater Thucydidis *ad* Herodotum *profectus* 6
Olympus Zenagoræ *aliiſ. mons* 75
Opificum leges apud Germanos 104
Opum cauſa ſuſceptæ peregrinationis præcepta 106
Orbem circumquaq; nauigabilem eſſe 127
Origenis libri deſcripti 115
Oſyridis peregrinationes 11. & 12
Otho II. Imp. *à* Sclauo *redimitur* 135
Othonis Ratiſponenſis *epiſcopi* Hieroſolymitanum *iter* 48

P

PAduanæ *uillæ* 315
Pædagogiæ prouincia ardua 128
Pædagogi adoleſcentibus præficiendi 130
Pædagogorum Peregrinationis *præcepta* 128
Pædanomus Spartanus *puerũ cur arguat* 97
Pambus Antonij *eremitæ diſcipulus* 98
Pannones *Coquinariæ periti* 124
Papienſis *Academiæ initia* 12
Paragoinum *quid* Gallis 46
Παράσιτον *alienæ menſæ eſſe quatenus honeſtum* 147
Παρέξοδος *medica* 122
Paridis *ad* Helenam *profectio* 10
Pariſiorum *conſideratio generalis* 227
Pariſiorum *fines* 227 *nomen, ibid.*
Pariſienſis *academiæ efficiens* 250 *forma, ibid. initia* 12 *materia* 249 *ſeditiones* 250
Pariſienſis *ciuitatis, ſiue* Inſulæ *diſpoſitio* 232
Pariſiēſis *politiæ auctores* 237 *extructores, ibid. incendia, ibid. incurſus hoſtiles* 238 *inundationes* 237 *peſtilentiæ, ibid. ſeditiones, ibid.*
Pariſienſis *politiæ forma* 236

Pariſienſis

Pariſienſis uillæ ſpecialis diſpoſitio 229
Pariſienſis uniuerſitatis diſpoſitio 233
Pariſienſes alumni 249 arces 244 areæ 245 bibliothecæ 247 ciues 249 cloacæ 248
Pariſienſes domus publicæ & priuatæ 243 fontes 247 hoſpites præclari & illuſtres 249 imagines 248 inſcriptiones, ibid.
Pariſienſes officinæ mechanicæ 241
Pariſienſes picturæ 248 plateæ principes 241 pontes 242 portæ, ibid. portus 248 ſtatuæ, ibid.
Pariſienſia ædificia magnifica 249
Pariſienſia cœmiteria 245 cœnobia 239 collegia ſtudioſorum 240 fora 247 horrea publica 248
Pariſienſia mechanica quæuis alia 248
Pariſienſia mœnia 243 Noſocomia 244 orphanotrophia, ibid. prætoria 241 propugnacula 244 ptochodochia, ibid. ſepulcra 245 ſtabula 247
Pariſienſia ſuburbia 239 templa, ibid. uectigalia 251 uiuaria 247 xenodochia 244
Pariſienſiũ ager reliquus 251 bella, ibid. incendia, ibid. iudicia, ibid.
Pariſienſium exuuiæ animalium 249
Pariſienſiũ loca ſuppliciorum 245 ſuburbana 251
Parſimonia magnum uectigal 147
Patauij aeris temperies 254
Patauij ampliatores 258 arx 264 circumſcriptio 258 cauponæ 264 collegia literaria gratuita 264
Patauij commoditas 254.257 curia 263 euerſores 258 excidia 259 expeditiones bellicæ, ibid. extructores 258 fines 254 gymnaſium 263 latitudo 258
Patauij loca & locata præcipua 258 longitudo, ibid. monaſteria 262 mœnia 264 noſocomia, ibid. palatia 263
Patauij partes materialiter conſideratæ 260
Patauij plateæ 263 pontes & portæ, ibid. poſſeſſores 258 prætorium 263 ptochodochia 264 regia 263 reparatores 258 ſeditiones 259 ſitus 258 temperies 257 templa 262 turres 264 xenodochia 264
Patauini agri circuitus 254 conſideratio 313 cultus 255 diſpoſitio 254 euerſio 255 fertilitas, ibid. inhabitatio, ibid. lõgitudo, & latitudo 254 poſſeßio 255
Patauini cõgregatoris electio & officium 305 Librarij officium & commoda 307 Maſſarij electio & officium 306 Notarij electio 306 officium, ibid. commoda 307
Patauini Pedelli electio 305 officium & cõmoda 306
Patauini Rectoris electio 300 officium 301 priuilegia 302
Patauini Rectoris iudicium forenſe 310
Patauini Sapientis electio 304 officium & priuilegia, ibid.
Patauini Subſtituti à Rectore electio 303 officium, ibid.
Patauini Vicarij electio 303 officium, commodum, ibid.
Patauini Vicerectoris electio & commoda 303
Patauinæ academiæ accidentia 291 actiones ſingulares 307 ampliatio 287 propagatio, ibid.
Patauinæ academiæ anatomica adminiſtratio 308
Patauinæ academiæ comitia 307 choreæ 311
Patauinæ academiæ conſtitutio ſpeciatim conſiderata 294 uniuerſim conſiderata 284
Patauinæ academiæ diſputationes 309 efficiens 288 examen 309 forma 291 haſtiludia 311

Patauinæ academiæ immatriculatio 307 inſcriptio, ibid. inſtitutio 287 interruptio 312
Patauinæ academiæ locus 292 ludi 311 membra 288 motus 291
Patauinæ academiæ pompæ 311 profeßiones 308 promotio 309 ſuſpenſio 312 tempus 292
Patauinæ œconomiæ conſtitutio 313
Patauinæ politiæ ſeu Reip. conſtitutio 312 materia & forma, ibid.
Patauina æraria 266 cœnobia 316 flumina, ibid. horologia 267 horrea 266 loca & locata aquea 271 oppida 313 ſepulcra 265 ſtabula 266 templa 316 uectigalia 266 uiuaria, ibid.
Patauinæ areæ 265 bibliothecæ 266 cælaturæ 267 campanæ, ibid. cloacæ 266 domus 263 familiæ illuſtres & nobiles 276 picturæ 266
Patauinæ res Academicæ, in quibus communicant 290
Patauinæ ſepulcrorum inſcriptiones ueteres 267 recentiores 268
Patauinæ ſculpturæ 267
Patauinæ ſtatuæ 267 thermæ 318
Patauini cælatores 275 coloni 312
Patauini dignitate ſacra uel profana clari 276
Patauini fœderati 312 grammatici 273 horti 263
Patauini iure conſulti, Iudices olim dicti 271
Patauini medici 272
Patauini militia clari 274
Patauini philoſophi 272 pictores 275 poetæ 273 portus 266 rhetores 273 ſcribæ 275 ſtatuarij, ibid. ſubiecti 312 theologi 271
Patauini uici 315
Patauinorum Academicorum commoda 297 immatriculatio 396 inſcriptio, ibid. officium 397 ornamenta, ibid. receptio 396
Patauinorum agri 254
Patauinorum ciuium ingenia 257 opulentia, ibid.
Patauinorum clima 254
Patauinorum conſideratio generalis 253
Patauinorum conſiliariorum electio 305 officium & priuilegia, ibid.
Patauinorum doctorum ſiue profeſſorum electio 298 officium 299 priuilegia, commoda 300
Patauinorum eccleſiaſtica œconomia 283
Patauinorum febres 88
Patauinorum frequentia 255 257 ingenia 255 mores, ibid. nobilitas 257 opulentia, ibid. ſtudia 255
Patauinorum ſyndicorum electio & officium 304
Patricij ſex Romani in Heturiam mißi 21
Paula Romana Bethlehemam abit 21
Paulus quomodo factus eremita 16 unde Thebæus dictus, ibid.
Paulinus Nolanus Genſerici regis obitum prædicit 34 è ſeruitute dimittitur incolumis, ibid.
Paulinus Nolanus ſponte ſe emancipat 11
D. Paulus Athenis 48. 118
D. Pauli peregrinationum finis 12
Pauperum peregrinantium præcepta 144
Pauperum quæ commoda peregrinatio 57
Paupertas foribus inſcribēda 145
Paupertas Horatio author uerſuum 146
Pauſanias Græciā perluſtrat 5. 110
Pauſaniæ peregrinationis author 160
Pedeſtris peregrinationis præcepta 150
Pelius Dicæarcho mons altiß. 75
Penelopes proci 9
Perdices in Lemniorum inſulis non uiuunt 86
Peregrinari uolentis cum fructu ſtudium 25

Peregrinandi ethica methodus 93
Peregrinans φιλίςωρ eſto 47 intelligens ſit, ibid.
Peregrinans uocabula quædã peregrina nouerit 46
Peregrinantis quæ diætæ ratio 52
Peregrinanti an ludus, et cum quib. concedatur 46
Peregrinãti in itinere quæ neceſſaria 18.46.47.48, &c.
Peregrinãti ſemper orãdũ 45
Peregrinantes cum ſaltu 26
Peregrinãtib. chirurgi & uectores uinarij imitandi 60
Peregrinatio uirtutis cauſa laudabilis 94
Peregrinatio quando ſuſcipienda, & quãdo non 45
Peregrinationis accidentia 31
Peregrinationis amicitiæ nomine ſuſceptæ præcepta 108
Peregrinationis commoda præcepta ob hoſpitalitatẽ uel aeris temperiem 154
Peregrinationis finis 27
Peregrinationis forma 25
Peregrinationis incõmodæ ob intemperiem aeris, ob æſtum, frigus, uiæ aſperitatẽ, &c. præcepta 155
Peregrinationis linguarũ exoticarũ cauſa ſuſceptæ præcepta 68
Peregrinationis grammaticæ præcepta 68
Peregrinationis materia duplex 27
Peregrinationis mechanicæ præcepta 104
Peregrinationis methodus practica 43
Peregrinationis militaris præcepta 100
Peregrinationis morum cauſa ſuſceptæ præcepta 93
Peregrinationis motus triplex 25
Peregrinationis motui quæ ætas conueniens 21
Peregrinationis multiplicis præcepta 110
Peregrinationis multorum ſimul præcepta 148
Peregrinationis opum cauſa ſuſceptæ præcepta 106
Peregrinationis organa 22.23.24
Peregrinationis periculoſæ propter inſidias præcepta 157
Peregrinationis religioſæ præcepta 98
Peregrinationis rerum cauſa, quæ uel uiſu uel auditu dignæ locis inſunt, ſuſceptæ, præcepta 82
Peregrinationis reſpectu accidẽtis tẽporis præcepta 158
Peregrinationis ſanitatis ergo ſuſceptæ præcepta 104
Peregrinationis ſecũdum materiam conſideratæ præcepta 154
Peregrinationis ſimplicis præcepta ſunt ſimplicia 64
Peregrinationis ſpecies 36.38.42 ſubiecta 4
Peregrinationis tempus quomodo perpendendum 32
Peregrinationi ætas quæ aptior 56 tempora quæ aptiſſima 62.63
in Peregrinatione motus qualis requiratur 55
Peregrinationes ſine iudicio inutiles 93
Peregrinationũ communia præcepta 44
Peregrinationum efficiens 18 finis 1 præcepta communia 44 præcepta particularia 64
Peregrinorũ apud Platonem quot genera 1
Peregrinitas domi exuẽda 44
Peridini Italici qui 123
Perſarũ rex ſcorpiones quando uenetur 30
Perſarum regũ expeditiones quales 11 in hydropoſia luxus 134
Perſarum regũ profectiones ſub imperij initia 9
Perſeus ad Gorgonas 26
Peruſini legati ad Vrbanum V. Pont. 138
Peſtilentia totius orbis per Abarin ſublata 2
Peſtilentiæ fugiẽdæ ratio 105
Petechiæ Patauinorum 88
Petrus Ambianẽſis, belli ſacri ſuſcipiendi author 34
Petrus eremita, Gallorum ad terram ſanctã recuperandam dux 17
Philippi Apoſtoli angelicus raptus e Samaria 26 eiuſdẽ Azotum deportatio, ibid.

φιλομάθεια peregrinanti neceſſaria 47
φιλοπροσηγορία peregrinanti neceſſaria 49
Philoſophi à Pythagora quib. comparati 5
Philoxenus poeta Siciliam relinquit 96
è Phœnice in Ægyptum iter 156
Phormionis Crotoniatæ curatio 105
Phryne cur Corinthum adierit 10
Phyſico picturæ cognitio utilis 92
Pictura peregrinanti commoda 46
Pictorib. quò peregrinandum 104
Pirithoi ad Proſerpinæ raptũ profectio 9
Plantæ ſuapte ſponte naſcentes lætius quàm conſitæ proueniunt 128
Plato quandò, quomodo & quandiu ſuis ciuib. peregrinari concedat 1.21.22.56.82.97
Platonis Atlantica reperta 127
Platonicorum ciuium pecunia 57
Plutarchus Spartam proficiſcitur 6.85
Plutarchi uitarum commendatio 93
Πλάτω etymon 8
Pœnorum legatus ad Tauromenitas 143
Poletes Epidauriorum quis 56.126
Polycratidas Spartanus ad Perſas legatus 139
Pomp. Lætus Romæ ſemper hæſit 45
Πόνος quid 54 ἀνάπαυσις opponitur 52
M. Popilius legatus ad Antiochum Epiphanem 138
Popularis in peregrinatione pro fratre habendus 49
Pragmatica peregrinãdi Methodus 82
Prata uillæ nomen 154
Principes animalia ἑκατόγχειρα, πολυγάστορα, & πολύποδα 134
Principum peregrinationis præcepta 132
Profeſſorum peregrinationis præcepta 111
Proteus Olympiæ pyram conſcendit 10
Prouinciæ princeps peregrinatum mittitur 71
Ptolemæi Philadelphi in conuertendis Biblijs ſtudium 116 peregrinationes 5
Puer an ad peregrinationem idoneus 21.47 quando tutò peregrinari poßit 97
Puerorum Germanorũ exercitus Palæſtinam à Turcis liberaturus 21
Puerorum peregrinationis præcepta 130
Pueris γνῶμαι conueniunt 97
Pueros ab Ethicorũ ἀκροάσει cur arceat Ariſt. 47
Punici tertij belli occaſio 82
Pyramides miraculoſæ in Mẽphi 6 ſtultorum regum magna miracula 85
Pythagoras eodem die apud Metapontios & Thurios 26
Pythagoræ uitæ humanæ aßimilatio 5
Pyxidis nauticæ inuentum 153

R

RAcanatenſium ad Greg. XI. legati 137
Rauraci aeris temperies 165
Rauraci agri cõmoditas ibid. cultores 166 exciſores, ibid. fertilitas, ibid. figura, ibid. frugum qualitas 166 generalis deſcriptio 162 inhabitatores 166 poſſeſſores, ibid.
Rauracæ arces 164 ſyluæ, ibid. uillæ priuatæ, ibid. urbes, ibid.
Rauraci agri 165 fines, ibid. fontes, ibid. incolæ 166 montes 164 pagi, ibid.
Rauraca uineta 165 flumina, ibid.
Rauracorum nomen 164
Rauracorum Reip. adminiſtratio 166
Reditio qualis motus 25
Religio aliena à peregrino ne taxetur 48
ad Religionis alienæ reprehẽſionem quid requiratur, ibid.
Religioſæ peregrinationis præcepta 98
Rerum cauſa quæ uel uiſu uel auditu dignæ locis inſunt, ſuſce-

ſuſceptæ peregrinationis præcepta 82
Regum peregrinationis præcepta 132
Rhetores ad parentalia Mauſoli euocati 13
Rhizophagi à leonib. uexantur 89
Rhodope Ægyptum cur adierit 10
Riſaces equiſo Perſarum exercitum ſeducit 30.58
Riſus Sardonius lethalis 86
Roberti Normannorum ducis Hieroſolymitana peregrinatio 26
Roboris certamina 7
Rodolfus Camerinorum princeps Maceratam excurrere iubet 81
Rodolfus Habſpurgius titulos imperij Romanos reſpuit 8
Rolandus de Placiola clericatum petit 35
Romanus populus hydra polycephalos 135 ſenatus uerò multorum regum concilium, ibid.
Romanorum conſulum arma 358
Romanorum dominandi libido 10
Romanorum monſtroſa legatio in Bithyniam 136
Rotvuelſch 146
Rußiæ frigus 155
Ruſticus archiepiſcopum arguit 117
Ruſtico uia lõgior breuior 155

S

SAbini cuiuſdam ab Auguſto de matre rogati, reſponſum 34
Sabinæ uirgines Romam ad ſpectacula profectæ 7
Sacerdos Canopeus Chaldæorum Deum extinguit 13
Sacerdos quidam ex Alpibus à Bonifacio IX. hæreſeos condemnatus 12
Salmacis fons 84
Salluſtius in Africam 81
Salmantica Hiſpaniæ urbs 68
Sanitatis ergò peregrinationis ſuſceptæ præcepta 104
Sanitatis regula 51
Sappho & Calyce quomodo interierint 37
Sarda herba 86
Sardonius riſus, ibid.
Scalæ Gemoniæ Rom. 78
Scarbicus, Boleslai Poloni ad Henr. IV. Imp. legatus 138
Scarbici poſteri Habdanci dicti 178
Scioterici manualis cognitio peregrinãti commoda 47
Scommata aliorum peregrinanti ferenda 49
Scopelianus à Domitiano in Aſia uites impetrat 143
Scorpionum frequẽtia in Perſia 30.156
Scotiſtarum ſecta unde 3
Scurrilitas in itinere abſit 54
Scylax Caryandes ad Indi fluminis oſtia miſſus 142
Scytha in Indiam deportatus, moritur 155
Seculares ludi Romæ 7
Sedecias à quo rex conſtitutus 362
Senenſium matronarum ſpecies 88
Senex ad peregrinandum ineptus 21
Senis nuncij apud Hom. fides 125
Serpens Æſculapij Romam uehitur 98
Serpentes Neurijs infeſti 89
Seruius Sulpitius in legatione moritur 33
Seruij Sulpitij ſtatua equeſtris ibid.
Sigfridi Hieroſolymitanum iter 48
Simonides Theſſalos carminibus ſuis cur prætereat 12.111
Socrates Athenis philoſophatur 45
Socrates ad quendam peregrinatum abſq; fructu 46
Solymanno inſidiæ ſtruuntur 135
Somnus diurnus in herba aut fœno recenti noxius 54
Somnus nocturnus quãtus eſſe debeat 54
Somnus per ſummum frigus lethalis 54
Sophiſtarum peregrinationes 10
Sordellus Mantuanus 24 monomachijs nobilitatus 11
Spagyri Theophraſtei 120
Sparta recõditæ philoſophiæ gymnaſium 4
Spartani ciues ab Aſia arcentur 96
Spartani legati ad Lygdamũ tyrannum 138

Spartanorum ξενηλασία 96
Sueci in nariũ diſcrimen quãdo ueniant 158
Sueones in Italiam ueniunt 17 paupertatem peregrinãdo fugiunt ibid.
Suſinum iter Scorpionib. frequens 30.156
de Stella noua in ſigno Caſsiopeæ coniectura 22
Stipes Dei nomine petenda 145
Stomachus quomodo curandus in uia 54
Stomachi firmitas peregrinãti neceſſaria 51
Strabonis peregrinationes 81
Stratonicus Heracleæ urbis molliciem notat 87
Stratonici iocus de Æno 89
Studioſi κατ᾽ ἐξοχὴν dicti 41
Studioſi qui 112
Studioſorum peregrinationis præcepta 112
Stylus magiſter dicendi optimus 68
Sudor frigori ne exponatur 54
Sues in Arabia nulli 86
L. Syllæ reſponſum ad legatos Ariſtionis 137
Symptomatum cognoſcendorum methodus 121
Συναποδημίας multorum ſimul præcepta 148
Syri cadauera condiunt 88
Syrmaiſmus 121

T

TAbellæ chorographicæ peregrinãti neceſſariæ 47
Tabellarum chorographicarum inopia quantum Græcis nocuerit 47
Tabellarij unde πιστοφόροι dicti 125 quomodo Perſis dicantur, ibid.
Tabellariorum peregrinationis præcepta 125
Tabellariorum ſymbolum apud Rom. 125
Tabidi à Galeno Tabias miſsi 104
Tartari Iſraelitæ olim 19 quando in Aſiam & Europam uenerint, ibid.
Tartarorũ expeditiones quales 156
Tedeſcho Italianato diauolo incarnato, prouerb. 96
Telemachus Spartam proficiſcitur 7
Telemachi peregrinatio inutilis 47
Telephus Troianũ iter Græcis monſtrat 58.79
Telephi uulnus 105
pro Telepho Calchantẽ Hom. ponit 58
Temperãtia peregrinanti neceſſaria 48
Tempus peregrinationi accidit 31 peregrinationis motum numerat, ibid. quatenus peregrinationẽ metiatur 62
Temporis definitio 62
Tempora quæ peregrinationi aptiſsima 62.63
Textoribus quò peregrinandum 104
Teucas Illyriorũ regina 140
Thamus Pana obijſſe proclamat 34
Thebani belli occaſio 140
Thebanorum uiarum ſternendarum munus 358
Themiſtocles Perſicam linguam diſcit 70
Theodectes Ariſtot. diſcipulus 13 uictor in funere Mauſoli, ibid.
Theognis de officio theori 142
Theologicæ peregrinationis præcepta 115
Theophili ad Pambum profectio 98
Theophraſtus linguæ pronunciatione proditur 71
Theophraſti Paracelſi Spagyrus 120
Theori qui 38.45 quando peregrinari debeant, ibid. & 56
Theori Athenienſium ad oracula miſsi 6.142
Theororum quæ peregrinatio 38
Theoris quinquagenarijs cur peregrinatio concedatur 94.97
Thermæ Fabariæ 84
Theſeus Hippolyto filio orbatus 44
Theſeus Minotaurum interficit 34 monſtrorum Græciæ domitor 17
Theſeus parentis interitus author 44
Theſei ad Proſerpinæ raptũ profectio 9
Thraſymedes coquus 124
Thucydides puer Herodotum audit 6

Timæ-

Timagoras cur capitis damnatus 107
Timoleontis expeditio in Siciliam 17
Tobiæ Nephthalenſis Hieroſolymitana profectio 13
Tobiæ ob Saram peregrinatio 9
Tolerantia peregrinanti neceſſaria 48
Topica peregrinandi methodus 72
Traianus Indici oceani peruestigator 10.75
Triptolemus cur peregrinatus 12
Trœzeniorum aquæ 84
Troglodytæ quomodo cibos coquant 155
Troglodytarum fines feruidi 155
Troianarum opum euerſio et incrementum 31
Turcæ in Rußia frigore pereunt 155
Turcarum ad ſepulcrum Mahometis peregrinationes 10 utriũ aquariorũ uſus 24
Tuſculani Romanis ſuppetias ferunt 14
Tydeo à Thebanis inſidiæ ſtructæ 140
Tyreus Octauij libertus ab Antonio flagris cæditur 140

V

VAgina gentium 22
Vagiſes Parthorũ legatus ad P. Craſſum 183
Variolarum morbus ab Hiſpania Indis inuectus 33
Vectores uinarij peregrinanti imitandi 60
Veneti quando theſaurum D. Marci oſtendant 92
Venetorum legatorũ peregrinandi ratio 97
Veredarij quomodo tractandi 58
Veſtes quæ ad iter requirantur 61
Vetronius Thurinus fumos uẽdit 7 fumo necatur, ibid.
Via longior quæ breuior 155
Via Suſis uerſus Ecbatana ſcorpionibus referta 30
Viæ ad D. Iacobũ indicia 156
Viæ auxilia quæ Maroni 113
Viatores unde πηδοφόροι dicti 125 quomodo Perſis dicti, ibid.
Viatorũ peregrinationis præcepta 125
Viatorum ſymbolum apud Rom. 125
Vinofridus Anglus Germanos conuertit 142 Greg. III. legatus, ibid. à Rom. Bonifacius dictus, ibid.
Virago quid 56 ad peregrinationem apta, ibid.
Vita humana Olympiorũ panegyri aßimilata 5
Vladislaus rex fœdus cum Turca frangit 142 ſuffocatur, ibid.
Vlphilas Gothorum epiſcopus Arianus fit 96
Vlyſſes ad Aeolum nauigat 4 Aeliano cur peregrinetur 110 aliena miſericordia uiuit 145.147 ad Calypſo proficiſcitur 4 legatus pro repetenda Helena 143 πολυμήτις 5 πολύτροπος 49 quomodo errores ſuos narret 48 Syrenum inſulas adit 3
Vlyßis peregrinationes 3.4. & 110
Vlyßis ſocij 96
Vlyſſeus enſis 60.122
D. Vrſulæ cum XI. M. Virginũ Romã peregrinatio 21
Vtres aquarij Turcorum 24

X

XEnocratis dictum 128
Xenophontis armorũ mũdities 124
Xerxis cameli à leonib. laniati 30
Xerxis copiæ in Abydenis cãpis recenſitæ 7

Z

ZEnagoræ Olympus mons altiß. 75
Zozimus Pp. ad pœnitentiam adducitur 19
Zuingeri ex Italia reditus 149 prope Francofurtum diſcrimen 157

FINIS.

Fol. 2. **Corporis.** Sic peregrinantur *alij cauſa* Bonorum Primariorum, *nimirum cauſa Sanitatis r cuperandæ,&c.* Secundariorum,*utputa cauſa* Aëris *temperatioris.Sic reges* Perſarum *Babylone brumam,in* Media *tranſigebant æſtatem,* Suſis *lætiſsimam ueris partem.* **Ciborum.** M. *Apicius* Romanus *Minturnis* Campaniæ *multum uerſabatur, ſquillas edens. Quas cùm in* Lybia *maiores audiri reperiſſet,difficili licet itinere eò nauigauit.Cæterùm ſpe ſua falſus,properè* Minturnas *rediit.*

Fol. 46. *Requiruntur ergo in peregrinante bona* **Animi.** **Corporis.** *Vide ſignum* C. **Fortunæ.** *Vide ſignum* ☞

☞ **Fortuita** *bona peregrinãtis moribus concilianda,ut eſt* Amicitia *tum*

- **Publica** *Magiſtratus, maieſtatem & auctoritatem eius,quantum in te eſt,obſeruando. Id conſequeris*
  - **Potentem**
    - **Interpellando** *humiliter,*Defenſionis *&* Tutelæ *cauſa.Ergo cùm licet & datur literas commeatus publicas impetrato, ſi mores regionis id iubeant.*
    - **Metuendo,** *uel abſentem, & mandatis eius pro uirili, non ſecus atque* Dei *in terris uicarij,*Obtemperando, *niſi quid à pietate alienum iubearis.* Stultiſsimi *proinde, qui ut contemptu legum peregrinitatis ſuæ libidinem oſtentent, magno interdum ſuo cum periculo, uel circa alimenta uetita, uel circa rerum precioſarum exportationem,importationemue,uel circa uectigalia delinquere audent: digni adeò, qui cùm in magiſtratu* Dei *uocem,magiſtratui licet impio in iis, quæ extra pietatis aleam poſita ſunt, obtemperare iubentis, contemnant, ſuæ uel pertinaciæ uel oſcitãtiæ dignas interdum pœnas luant.*
  - **Sapientem** Honorando. *Honor enim ſummæ uirtuti, in ſola ſapientia poſitæ,debetur.* Quod *ipſum iuris gentium eſſe uidetur.*
  - **Bonum** Amando, *& quibus poſsis beneuolentiæ officijs amorem huncce tuum declarando.*
- **Priuata** *uel* Popularium *omnium, uel quorundam.*Id *quod accommodatione morum,linguæ,ueſtitus,& ſimilium fiet.* De *qua paulò antè ſub* E*thicis.*

Fol. 49. Sic lege: Modeſtiam *liberalem præ ſe ferat, tum* Pudorem *ruſticum abijciēdo, Anacharſidis, &c. tum* Temeritatem *&* Importunitatē euitando. *Aldus Manutius, qui patrum memoria typographorum præſtantiſs. habebatur, cùm ſalutatorum otioſorum intēpeſtiuis officijs negotia ſua turbari & impediri ægrè ferret, Muſæi ianuæ quomodo & quandiu ſecum agi uellet inſcribendū curauit: quod ipſum* Io. Oporinus *auunculus noſter pòſt in hæc uerba imitatus eſt:* QVISQVIS *es, rogat te* Oporinus *etiā atq; etiam, ut ſi quid eſt, quod à ſe uelis, perpaucis agas, deinde actutum abeas: niſi tanquàm* Hercules *defeſſo* Atlante, *ueneris ſuppoſiturus humeros. Semper enim erit quod & tu agas, & quotquot huc attulerint pedes.*

Fol. 50. *Poſt hæc uerba,* ad tacitam uenerationem inuitare debet, *adde:* Heſiodus *in* Operibus *non prius fluuios pedibus tranſire iubet, quàm & precibus numen placaueris, & manus aqua ablueris. Addit ſuperſtitioſo præcepto piam explicationem:*

ὃς ποταμὸν διαβῇ, κακότητι δὲ χεῖρας ἄνιπτος,
τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἄλγεα δῶκαν ὀπίσσω.

Idem in alueo fluuiorum & ſuper fontes uentris onus deponere piaculare facit: tam in ſua ſuperſtitione religioſus, quàm nos in noſtra religione uel ſuperſtitioſi uel impij.

Fol. 62. Præſertim in maritimis. *adde:* Dierū *quinetiam ſucceſſio, ſecundùm* Calendas, Nonas, Idus. *Proinde* Ephemeris *breuiſſima coniungenda.*

Fol. 161. Minorem conſideratam. *lege, in* Genere Cap. II X. *in* Specie, *ſecundùm ſpecies* Materiales, Cap. IX. Formales, Cap. X.

Fol. 169. *Baſilienſium moribus hæc adde:* Sympoſijs *addicti. Syſſitijs publicis ſuis quæq; tribus fruitur, multò tamen quàm olim lautioribus.* In *congreſſibus per compita blandi: ut laudi detur, ſalutaſſe libenter. Huc item* Choreæ *ueſpertinæ* Virginum. Ciconias *aduenas in ædium caminis nidificare etiam* Æn. Syluij *tempore patiebantur impunè: uolucrū cantu in hypocauſtis hyeme delectabātur.* Lingua *utūtur* Germanica, *cùm* Alemannorum *ſint coloni, ſed dialecto* Heluetica *emollita.* Etſi *in ipſa urbe* Spalei *ſuburbani, propter commercia* Sequanorum, *ut moribus ſic lingua utantur minus polita.* Rerum *ad uictum neceſſariarum copiam mediocrem ager, maiorem uicini ſuppeditant.* Sequani *frumentum,* Alſati *&* Marchici *uinum,* Rauraci *montani per* Byrſam *fluuium materiam fabrilem & igniariam,* Heluetij *armenta.* Veſtitus *frugalis, lautior tamen quàm olim.* Calceis *nigris, calcaneo albo fœminas uti, pueros per æſtatem nudipedes incedere, ueteris moris eſſe, ex* Æn. Syluio *patet.* Victus *lautus ſatis.* Panis *optimus,* Vuecken *&* Leib *à forma dicūt, quaſi* Cuneos *&* Liba. Vinū *ſuaue, rubrū, ſed ſoli glareoſi uitio minus ſalubre.* Supellex *multa, ſtannea, plumea, argētea, longæ pacis ornamēta.*

Fol. 185. Horarum *uarietati hæc adde:* Horæ *plêræq; præter horologiorum indicia tum ſolariorum tum machinariorum, campanarum inſuper pulſu diſtinguuntur, qui horologiorum defectum propter inæqualitatem ſitus ſuppleat.* Hora *quinta matutina mercenarij ad preces* Minoritanis *campanis euocantur: ſexta* Martinianis Senatores *excitātur, ſummi templi ad concionem* Senatoriam: *ſeptima ad* Senatum Martinianis: *octaua ad ientaculum* Leonardina, *ad concionem* Petrina: *nona ad concionem ſummi templi: decima ad eleemoſynæ diſtributionem, ſummi templi.* Meridiem *indicat* Petrina *et ſummi*

templi: die Veneris ſemihora tardius Paßionem Chriſti in memoriā reuocat. Tertia hora Leonardinæ campanulæ merendam excient. Mercenarios omnium templorum campanæ hora ſexta hyeme, octaua æſtate dimittunt, ſimul etiam ad grates Deo agendas inuitant. Octaua hyeme, nona æſtate, campana D. Leonardi Igniaria dicta focum ſeruare iubet. Decima, campana cuſtodiarum ſummi templi primùm: ſubinde campanula uigilum. Nocturnas horas uigiles tubarum ſono interſtinguunt, ſalutatis prius cantu ſuo ex Mariana & Martiniana turri utroq; crepuſculo ciuibus.

Fol. 190. Vicis mechanicorum adde: Fabrorum lignariorum & ferrariorum Reip. ad D. Petri in domo Martia.

Fol. 193. Domuum urbanarum Structura. Æn. Syluius Florētinis Baſilienſes domos uniuerſim cōferre audet. Hypocauſtis utūtur: feneſtris ſpecularib. uitreis. Pleræq; laconicū habēt. Fōtes plurimæ natiuos, aliæ deriuatos. Tecta imbricib. planis decliuib. inſternūtur.

Fol. 194. DOMVS celebres Ciconijs. Meminit Æneas Syluius, frequentes in domibus nidificare ciconias, humanitatis ciuium teſtes. Eo ipſo tempore, quo hæc commentabamur, nidus qui ſupererat unicus uetuſtate cōcidit: ciconiæ exceſſere, ſed meliore utinam quàm ex Aquileia omine.

Fol. 199. Ædificiorum titulo ſubijce: CAMPANÆ. Campanis abundat in uſus tum ſacros tum profanos ex ſummis templorum turribus clangentibus. Templo Mariano campana Pontificia, à Felice V. Pp. altera ab Henrico II. Imp. donata. Ad D. Martinum campanulæ duæ Senatoriæ, euerſæ à Baſilienſibus arcis Rinfeldenſis ſpolia. Subinde, HOROLOGIA Mechanica, Summi templi. Turris Spaleæ, Pontis Rheni, D. Martini.

Fol. 212. Poſt Gymnaſium Auguſtinianum adde: Olim Burſas appellabant, Leoniā prope portā S. Crucis, et Pariſiēſem prope portā Chunoniā, ueluti collegia quædā literaria. Ioan. de Lapide Realium ſectam Lutetia Baſileā introduxiſſe an. 1494. Trithemius teſtatur.

Fol. 217. Formæ politiæ adde: Functionum politicarum ratio quæ. Vtputa Senatus habendi. Iudicij adminiſtrandi. Legibus utuntur municipalibus: etſi Æn. Syluius magis ſecundùm opinionem quàm ſecundùm legem eos iudicare diſertè affirmet, cùm formula etiamnum hodie uſitata, Ita ſibi uideri, Ita ſe putare, omnium obiectionū nodos ſoluant. Incendiorū cura. Ludorum ratio. Certis locis choreas duci, in quibus nulli plebeio, ſed nobilibus tantùm & patricijs, niſi uel magiſtratus dignitate uel diuitijs excellat, locū dari Syluius refert. Sed inprimis æſtiuæ choreæ Virginū circulares, adoleſcentibus cantu inter ſe certātibus, uictori præmiū corona delectæ uirginis florida, obſeruatu dignæ.

Fol. 250. Poſt Benedictum IX. pone, Ludouicus IX. & Philippus VI. immunitatem uectigalium conceſſere. Carolus VI. eandem auxit, ut etiam uinum & frumentum uel hæreditate uel reditu acceptum uendere liberè poſſent.

Eodem. Seditionibus Acad. adde: Sub Carolo VI. quòd Academiæ Rector Vrbani Papæ diploma publicè prælegi curaſſet, quem tamen rex pro Pp. non agnoſceret, ſed Clementem antipapam tueretur, præfectus eum comprehendere uolebat. Eo ueluti læſæ maieſtatis crimine offenſi ſtudioſi, alij aliò dilapſi ſunt.

Fol. 252. Poſt CAP. XX. lege, de Academica uniuerſim CAP. XXI. de eadem ſpeciatim CAP. XXII. de Ciuili, CAP. XXIII. de Occonomica CAP. XXIV. agemus.

BASILEÆ
EX OFFICINA HERVAGIANA,
per Euſebium Epiſcopium,
M. D. LXXVII.

00-5

#6041

J577
M592a